VETUS MISSALE ROMANUM PRÆFATIONIBUS, ET NOTIS ILLUSTRATUM...

Chiesa cattolica, Niccolo Maria Antonelli

Digitized by Google

6. 115

Digitized by Google

VETUS
MISSALE
ROMANUM

Præfationibus, & Notis illuſtratum

CURA, ET STUDIO

NICOLAI ANTONELLI

S. R. ECCLESIÆ CARDINALIS

SECUNDA EDITIO.



ROMÆ MDCCLVI.

SUMPTIBUS VENANTII MONALDINI
BIBLIOPOLÆ IN VIA CURSUS.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

11. 6. 115

Digitized by Google

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIV.

PONT. OPT. MAX.

QUÆ *duæ res in Te maximè elucent*, Beatissime Pater, *eximia ſcilicet doctrina, ac ſingularis humanitas, quarum altera univerſi Orbis admirationem, amorem*

Digitized by Google

altera jam diu Tibi conciliavit, eæ mihi incredibilem ad Sanctitatis Tuæ *pedes accedendi alacritatem attulerunt. Doctrinam enim Tuam contemplatus nequaquam vereor, ne non libenter ac cupide veterem hunc almæ Lateranenſis Baſilicæ Miſſalem codicem nuperrimè è tenebris erutum ſis excepturus; cum is ſive antiquitas ſpectetur, ſive argumenti præſtantia, ſatis habeat, quo Doctiſſimo omnium Pontifici commendetur. Cum vero ad humanitatem Tuam oculos animumque converti, tum certiſſimam in ſpem erigor, fore ut uberes ad illum acceſſiones, quamvis opus a-*

lienum

Digitized by Google

lienum ſit, per me oblatæ accidant Tibi gratiſſimæ; cum præſertim in his facile poſſis pietatem & eruditionem Cl. Præſulis Nicolai Antonelli, a Te ipſo mihi ſæpe laudati, novo documento recognoſcere, quem in mea Theſauri Liturgici *Collectione annumeratum jam diu glorior illis Viris* dignitate, & ſcientia clariſſimis, quorum plurimos... Codices,& Diſſertationes tranſmittendo ... benevolentiſſimos nobis, magno literariæ Reipublicæ bono experti ſumus: *id quod ſatis teſtatum volui in Methodo Scholæ Sacrorum Rituum Apoſtolicis Tuis literis mirificè decorata in nu-*

perri-

Digitized by Google

perrima Ritualis Romani editione. Cum itaque, Pater Beatissime, *pro Tua præſtanti natura, atque Doctrina ita ſis animo comparatus, fidenter audet noſtrum hoc* Theſauri Liturgici *volumen in Tuum conſpectum venire, Tuumque multò ampliſſimum præſidium ſibi polliceri. Peccarem in publicas utilitates, ſi longiori oratione adeo frequenter uterer apud Principem, cui eſt omnium Chriſti Eccleſiarum Vicaria cura commiſſa; quique unus omnibus ſeſe, poſthabitis rerum ac commodorum ſuorum reliquis curis, impendit. Extremum igitur illud erit, ut Deum Optimum Maximum eni-*

enixe (id, quod nunquam facere deſiſto) ſummiſque precibus rogem, ut quoniam in Te tantam virtutem, tam egregiam, tam ſingularem eſſe voluit, Te etiam univerſæ Eccleſiæ bono incolumem quam diutiſſimè tueatur; a Teque ſupplex petam, mihi ut Apoſtolicæ Benedictionis Tuæ Divinum munus, quæ Tua benignitas eſt, impertiri velis.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ad Eminentiſſ. & Reverendiſſ.
PRINCIPEM
NERIUM
S. R. E. CARDINALEM
CORSINUM
PRÆFATIO.

CUM a Cl. Viro, ac ſpectatiſſimo Præſule NICOLAO ANTONELLO humaniſſime impetraverim, ut quo novæ rerum Liturgicarum collectionis, quam jam ante aliquot annos Litterariæ Reipublicæ pollicitus ſum, ſplendidiora eſſent initia, Vetus Baſilicæ Lateranenſis Miſſalis Codex, tamdiu a Litteratis hominibus expetitus, atque ab ipſo, ubicumque res poſtularet, ſumma eruditione illuſtratus, a me publici juris fieret, haud diu anceps fui quis in hoc ſplendore Urbis in hac tanta ſummorum virorum copia deligendus eſſet vir princeps, cujus potiſſimum auſpiciis antiquum hoc ſplendidiſſimumque Chriſtianæ Religionis monumentum in lucem emitteretur. Statim enim, & quidem pluribus de cauſis iiſdemque graviſſimis apud me ſtatui, nulli magis, quam

Tibi Cardinalis Amplissime opus iſtud deberi . Cum enim me illius laudi pro virili conſulere æquum eſſet , è cujus eruditiſſimis laboribus non mediocris Theſauro noſtro Liturgico ſplendor acceſſerat , me aliquo modo huic muneri facturum ſatis putavi , ſi Mæcenatem hujuſmodi delegiſſem , qui pro ſuo judicio , pro aſſidua cum litteratis hominibus conſuetudine , vehementique in litteris ſtudio æquus æſtimare poſſet Clar. Auctoris ſummam diligentiam , & exquiſitiſſimam ejus criticen , omnigenamque eruditionem meritis laudibus commendare . Quæ quidem virtutes quamquam ita paſſim eluceant in hoc opere , & nihil neceſſe ſit me illas ſingillatim perſequi ; nihilominus Tibi Cardinalis Amplissime non ingratum fore arbitror, ſi nonnulla, quæ ſumma commendatione digna ſemper mihi viſa ſunt , quam breviſſime complectar .

Cum itaque Auctor aprime ſciret , ab eo , qui antiquos Codices , ac præcipue illos , in quibus Sacrorum myſteriorum vetus diſciplina ratioque continetur , inluſtrandos ſuſcipit, tria vulgo eruditiſſimos homines , ac profanæ ſacræque antiquitatis cupidos requirere ſolere , ut ſcilicet voluminis antiquitatem , quam accuratiſſime fieri poteſt , definiat ſtatuatque , ut uſus doceat, ut mores , cæremonias , ritus , ſiqui forte occurrunt a noſtra conſuetudine abhorrentes , explicet atque expediat . In hæc potiſſimum animum intendit ſuum , atque ita intendit , ut mirum profecto ſit , hominem privatis publiciſque muneribus diſtractum tantam diligentiam

cum

Digitized by Google

cum ſumma rerum cognitione conjunctam afferre potuiſſe, quanta ne in ſummo quidem otio expectari poſſe videbatur. Ut enim omittam eas curas, quas ſuſcipit, ut Archivo Caſtri S. Angeli, & Typographiæ linguarum Orientalium Congregationis de Propaganda Fide, quibus præeſt, operam navet ſuam, ut Pontificii Bullarii editionem promoveat, primam ex quatuor Academiis in Quirinali a SS. D. N. inſtitutis diligentiſſime moderetur; illa utique, quæ maximi momenti ſunt munia, nempe Sacri Collegii, & Conſiſtorii Pontificii, & Congregationis Conſiſtorialis, & alterius ſuper Libris Eccleſiaſticis, & Ritibus Orientalibus præpoſitæ, quibus eſt a Secretis, ſatis eſſent, ut totum hominem occuparent. Neque inter hæc, pietatis officia, & in Lateranenſi Baſilica (cujus etiam Archivum curat) ſtatis diebus aſſiduitatem unquam omittit. Superſunt quidem Clariſſimo Viro, ut ad privatum ſtudium incumbat, horæ non paucæ, ut illis, qui tempus non terunt, accidere ſolet; judicio autem non dicam meo (quamquam me non inficior in hiſce ſtudiis mediocriter eſſe verſatum) ſed præſtantiſſimorum virorum, qui de hujuſmodi rebus ferre ſententiam cum dignitate poſſunt, doctiſſimus Præſul tam prudenter, & ingenioſè ea omnia, quæ diſcutienda ſuſcipit, ad trutinam revocat, & expendit, ut nihil excogitari ſolidiùs, nihil accuratius poſſe videatur; ac mihi quidem elegantiſſimas haſce Elucubrationes ſæpius legenti illud accidit ſane mirum, ut in nullam Cl. Auctoris opinionem in-

 cide-

Digitized by Google

ciderim, quæ mihi aliqua ratione debilitari, frangique poſſe videretur, è contrario non pauca mihi veluti ſponte ſua ſe obtulerint, quæ, ſiquid neceſſe eſſet, ad confirmandam Auctoris mentem, inſervirent.

Cujus rei ut aliquot exempla in medium proferam, ad ſolidiſſimas conjecturas è quibus Cl. Auctor colligit Miſſalem hunc Codicem S. Benedicti Monachis uſui fuiſſe, aliquid momenti addere mihi videntur orationes illæ, quæ (pag. 192.) perleguntur. Ibi enim *exempla obedientiæ* proponuntur, quæ Sanctus Benedictus alumnis ſuis ad imitandum præbuit; idemque ibidem *Pater Venerabilis* appellatur, ejuſque interventiones *Paternæ* dicuntur; quæ omnia cum familiam Religioſam a Divo Benedicto inſtitutam videntur innuere, tum hunc Codicem ad ipſos Divi Benedicti clientes pertinuiſſe confirmant. Ita porro, ad hujus Codicis antiquitatem, quod attinet Cl. Auctoris ſententia, qua ſtatuit Miſſalem hunc librum XI. ſæculo deſinente, vel certe ineunte XII. deſcriptum fuiſſe, confirmari ulterius poſſe mihi videtur ex ipſomet Ritu benedicendi uvas, quem, tum cum hic Codex deſcriptus fuit, adhuc obtinuiſſe, & quidem abſoluto Canone, & priuſquam Oratio Dominica recitaretur, adhibitum eſſe, apertiſſime conſtat ex precatiuncula illa, quæ in noſtro Codice VIII. Idus Sextiles adhibetur = *Benedic Domine hos fructus uvæ novos, quos tu Domine rore cæleſti, & inundantia pluviarum, & temporum ſerenitate, atque tranquillitate ad maturitatem perducere dignatus es* = Ritum autem

autem hunc antiquiſſimum fuiſſe, ſatis teſtimonio eſſe poſſunt Sacramentarium Gregorianum editum a Menardo tom. III. Operum Divi Gregorii per Patres Maurinos, & vetus Miſſa Rataldi Abbatis apud eoſdem pag. 245., ut Valafridum Strabonem de Rit. cap. 18., ac Chriſtianum Lupum tom. 3. Diſſert. de VIII. Synodo pag. 345. edit. Venetæ ſilentio præteream.

Et vero Codicem hunc deſcriptum fuiſſe ante Pontificatum Innocentii III., qui ab anno 1198. ad 1216. Orbi Chriſtiano præfuit, luculentiſſima ſuppetunt argumenta, & vetuſtiſſima ex oratione Secreta S. Leonis, quæ in noſtro Codice continetur pag. 228. eiſdem verbis concepta, ac in Gregoriano Menardi Sacramentario, nimirum = *Animæ famuli tui Leonis hæc proſit oblatio* = quæ verba ſane jam ſublata fuiſſe, ſedente Innocentio III., vel ex ipſa Decretalium Collectione, cuique perſpectum eſſe poteſt. Interrogatus enim hac ſuper re ab Archiepiſcopo Lugdunenſi Summus Pontifex Innocentius III. = *Fraternitas tua* (inquit cap. cum Marthæ, de celebratione Miſſarum ſ. finali) *requiſivit, quare fuerit mutatum, quod in Secreta Beati Leonis ſecundum antiquiores Codices continetur, ſic videlicet* = Annue nobis Domine, ut animæ famuli tui Leonis hæc proſit oblatio = *cum in modernis Sacramentariis habeatur* = Annue nobis, quæſumus Domine, ut interceſſione Beati Leonis hæc nobis proſit oblatio = *ſuper quo reſpondemus, quod cum Sacræ Scripturæ dicat auctoritas, quod injuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre,* *idem*

Digitized by Google

idem ex ratione conſimili de aliis Sanctis ſentiendum &c. Quanquam ſi veriſſima laus eſt incorrupta vox bene judicantium de excellenti virtute, quod ad hujus Cl. Viri commendationem dici honorificentius poteſt, quam quod & magno Patruo Tuo CLEMENTI XII. & Tibi ipſi probatus ſemper fuerit, ac ſummis etiam beneficiis cumulatus: quæ quidem beneficia a Vobis in ipſum munificentiſſime collata ita paſſim commemorat, ac crebris uſurpat ſermonibus, ut quantus ipſe eſt, veſtro munere eſſe videatur.

Sed ut unde digreſſa eſt, jam redeat oratio noſtra; tanta Cl. Auctoris, ac tam ſingularis diligentia, eruditio, doctrina exitus optatiſſimos habitura mihi videbatur, ſi in tuo veluti ſinu conquieſceret, ſeque a Te, CARDINALIS AMPLISSIME, merita laudum commendatione auctam, exornatamque intelligeret: a te inquam, qui quanti litteras facias, nullo non tempore, neque obſcure ſignificaſti, qui litteratos homines ſumma humanitate complecteris, atque auctoritate, munificentia, patrocinio, ad præclara ſtudia nunquam non excitas, qui denique ne quid deeſſet, quo voluntatem hanc tuam declarares, tuam clariſſimam domum, elegantiſſimoſque hortos, Quirinorum Academiæ Muſis, cæteriſque nobilioribus ſcientiis patere voluiſti. Quapropter neminem extiturum puto, qui non judicet, me pro viribus Cl. Auctoris laudi conſuluiſſe, meque illi gratiſſimum præbuiſſe, cum elegantiſſimas ipſius Lucubrationes tibi inſcribendas putarim.

Præ-

Digitized by Google

Præterea cum jam diu vehementer optaſſem, ut aliquod meæ erga te obſervantiæ gratique animi teſtimonium extaret, quo præſentibus poſteriſque palam facerem, quantum Corſinæ Genti debeat Luſitania tum propter immortalia Pontificis Optimi Clementis XII. in nos merita, tum propter tua, qui Luſitanici Imperii apud hanc Apoſtolicam Sedem ſumma fide, ſtudio, benevolentia patronum agis, nulla profecto mihi opportunior exhiberi potuit occaſio, quam hæc fuit, ut voti compos felicius aliquando fierem. Cum enim hic Codex, ſive argumenti dignitas, atque præſtantia, ſive additamenta ſpectentur, quibus a Cl. Antonello auctus eſt ornatuſque, immortalitatem ſibi ſpondere jure optimo poſſit; non dubito, quin etiam tuorum erga nos ingentium meritorum, ac Luſitaniæ totius, meæque cum primis erga te obſervantiæ, gratique animi memoriam ſit ad poſteritatem quam diutiſſime propagaturus; non ſemel enim tuis feliciſſimis auſpiciis, ac præſenti, atque perſpecta omnibus tua erga me benevolentia frui licuit, cum binis diſputationibus a me de re Liturgica habitis, quarum alteram Joanni V., alteram Joſepho I. Regibus Fideliſſimis conſecraveram, tanta majeſtate, tam frequenti nobiliſſimorum Præſulum comitatu interfuiſti.

Quamquam etiam ſi hujuſmodi cauſæ mihi non adfuiſſent, locus tamen ipſe, unde primum è tenebris, ac ſitu in apertam lucem prodiit Miſſalis hic Codex, te mihi potiſſimum operis hujus patronum deſignare vide-

Digitized by Google

videbatur: quod jam Cl. Aſſemanus tom. IV. Collectionis ſuæ de noſtro Codice obſervavit: = Cum primum, (Te ita alloquitur) mihi propoſui ſub Benedicti Papæ XIV. auſpiciis publici Juris facere Codicem Liturgicum Eccleſiæ univerſæ, ſtatim in animum induxi meum aliquam ejuſdem Codicis partem nomini tuo inſcribere; atque eam maxime in qua contineretur Codex Miſſalis antiquus Lateranenſis Baſilicæ, cujus Archipresbyter ipſam tot nominibus Corſinæ Genti addictam, tanta cum Eminentiæ Tuæ commendatione moderaris & illuſtras; verum cum Codicem illum tibi nuncupandum ad hanc uſque diem habere mihi non licuerit &c. = Tu profecto, Princeps Eminentissime, primus in mentem venis, cum de Baſilicæ Lateranenſis gloria diſceptatur; quis enim hanc omnium Urbis, & Orbis Eccleſiarum Matrem ac principem intueatur, cui non ſimul ſplendidiſſima Corſiniæ Gentis decora, ſanctitas, munificentia, liberalitas, egregia pietas, ſumma religio animis obverſentur. Ac religio quidem, quæ in Andrea Corsino fuit certe maxima, in Patruo tuo Pontifice Optimo Maximo Clemente XII. non mediocris vel in ipſo Lateranenſis Templi aditu nobis occurrit. Hîc enim horum alteri ſplendidiſſimum Sacellum, alteri nobiliſſimum Mauſolæum conſtitutum eſt. Munificentia vero, ac liberalitas ſummo Principe digna vel ex ipſa Templi fronte innoteſcit, ac prætereuntium oculos clariſſima luce perſtringit. Egregia denique pietas, ac Religio vel in te maxime elucet, qui cum pri-

primam poſt Urbis Epiſcopum in eadem Lateranenſi Eccleſia dignitatem obtineas, ſanctiſſimo graviſſimoque munere tam præclare defungeris, ut omnium in oculis ſis, omnes te ſuſpiciant, atque admirentur; omnium ſtudiis tua ſumma virtus celebretur. Itaque noſter hic Codex, qui antiquitus Lateranenſi Eccleſiæ uſui fuerat, in tuos ſinus convolare, tuoque clariſſimo nomine cohoneſtari propemodum geſtiebat, ac profecto non aliunde ipſi cum primum in lucem emitteretur, quærenda erant vel præſidia, vel ornamenta, quam ab eo, qui ipſum Lateranenſe Templum tot nominibus nobilitaverat.

Vides profecto, atque intelligis Princeps Eminentissime, quot quantæque mihi adfuerint cauſæ, cur vetuſtiſſimum hunc Codicem tibi inſcribendum exiſtimaverim; tamen nondum illam attigi, quæ vel ſola tantum momenti apud me habuit, ut etiamſi cæteræ defuiſſent, tamen in ſuſcepta ſententia permanſiſſem. Deligendus enim erat mihi vir ſummus, qui ad pedes BENEDICTI XIV. de Cl. Antonello, de me ipſo, de Luſitania tota, denique de rebus Liturgicis optime meriti volumen hoc ſiſteret, illique Pontificis vere Maximi, Optimique Principis ſtudium, atque exiſtimationem conciliare facile poſſet. Quod quidem non dubito, quia Tu propter tua erga Sedem Apoſtolicam præclara merita ſis facillime conſequuturus. Quæ quidem in præſentia non commemorabo, ne longius, quam par eſt, noſtra protrahatur oratio; aut etiam modeſtiæ tuæ

moleſtior accidat, præſertim cum ita in omnium oculis, atque ore verſentur, ut commendatione noſtra nihil prorſus indigeant. Id tantum breviſſime dicam, quod cum maximum ſit, tum fortaſſe mirum, atque inauditum videri poteſt, Corſiniæ ſcilicet Gentis ita proprium eſſe de hac Apoſtolica Sede benemereri, ut propterea legamus quadringentis ferme ab hinc annis huic eidem Genti a Summis Pontificibus ſumma tributa fuiſſe beneficia. Cum enim Gregorius XI. anno 1376. (ut legere eſt apud Pagium in ejus vita, & in eo anno apud Zovium, Rainaldum, & pleroſque Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptores) Florentinorum fortunas diripientium voluntati, corpora ſervituti ſubjeciſſet, quod illi anno ſuperiore nulla juſta cauſa in ditionem Pontificiam impetum feciſſent, Pontificiaſque Provincias ſubmiſſis militaribus ſignis, copiiſque ſuppeditatis ad rebellionem concitaſſent, denique in viros Eccleſiaſticos paſſim crudeliſſime ſe geſſiſſent, duobus cavit Nobilibus Viris Joanni, & Philippo de Corſinis, ac Pontificiis diplomatibus illorum vitam, libertatem, fortunas omnes ſalvas eſſe juſſit; teſtatus ſe id tribuere egregiis eorumdem, totiuſque familiæ ſuæ, ac germani eorum Fratris Petri Epiſcopi Portuenſis erga Summos Pontifices, ac Sedem Apoſtolicam meritis. Verum enim vero tibi non ingratum fore arbitror, ſi hic ipſiſſima Gregorii XI. Pontificis Maximi diplomata ſubjiciam (nondum enim, quod ſciam, typis excuſa ſunt) ex quibus duo manifeſtiſſime conſtabunt, antiquiſſima

ſci-

ſcilicet familiæ tuæ nobilitas, & ſummum majorum tuorum, a quibus ſane nihil deſciviſti, erga Summos Pontifices, Sedemque Apoſtolicam ſtudium.

EX LIBRO II.

Litterarum Apoſtolicarum

GREGORII PAPÆ XI.

Dilecto Filio Nobili Viro Joanni de Corſinis Domicello Florentino ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SInceræ devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam geris Eccleſiam, promeretur, ut te favore ſpecialis gratiæ proſequamur: Nos ſiquidem attendentes graves exceſſus, ac nefanda opera, & ſcelera, quæ impii Florentini contra Nos, & Sanctam Romanam Eccleſiam matrem cunctorum Chriſti Fidelium, & Magiſtram, & etiam contra Rempublicam, quorum etiam aliqua hæreſim, & Hæreticorum fautoriam ſapere dignoſcuntur, perpetraverant, & quotidie perpetrare nullatenus verebantur, adverſus ipſos Florentinos, ac alios de eorum Comitatu, & Diſtrictu, ac de Comitatibus, Terris, Caſtris, & Locis ipſis Florentinis, etiam de facto ſubjectis certos proceſſus de Fratrum Noſtrorum conſilio fecimus, graves,

& varias ſententias, atque pœnas continentes, & inter cætera quorumcumque Florentinorum ubicumque conſiſtentium bona mobilia, & immobilia de eorumdem Fratrum noſtrorum conſilio confiſcavimus, & perſonas ipſorum omnium, & ſingulorum expoſuimus fidelibus, ut capientium fiant ſervi, & bona eorum mobilia, & immobilia quibuſcumque fidelibus occupanda. Nos igitur conſiderantes grata ſervitia per te, & tuos Nobis, & Romanæ Eccleſiæ hactenus impenſa, & propter eas, & etiam conſideratione Venerabilis Fratris noſtri Petri Epiſcopi Portuenſis, qui ejuſdem Romanæ Eccleſiæ magnum, & honorabile membrum exiſtit, cujuſque Germanus exiſtis; Volentes perſonam tuam Nobis peramabilem proſequi favore gratiæ ſpecialis, volumus, & Tibi motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro Te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, authoritate Apoſtolica concedimus, quod pœnis, & ſententiis in prædictis contentis proceſſibus, etiam quoad perſonam, & bona mobilia, & etiam immobilia tua non ſubjaceas, nec eis ligeris quoquo modo, quodque ubicumque, extra tamen Civitatem, & Diœceſim, & Comitatum Florentinum, ac Civitates, Terras, & loca prædictis Florentinis etiam de facto ſubjecta reſtare, & morari poſſis, præmiſſaſque ſententias, & pœnas quoad Te, & prædicta bona tua relaxamus, ſive tollimus, per præſentes diſtrictius inhibentes quibuſvis perſonis, ne Te, ſeu bona tua occaſione prædictorum proceſſuum capere, occupare, ſeu quomodolibet moleſtare, ſive perturbare præſumant, & ſi ſecus fieret, id irritum, & inane.

Nulli.

Digitized by Google

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ voluntatis, conceſſionis, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Villam Novam Avenionen. Kal. Maji Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

Dilecto Filio Nobili Viro Philippo de Corſinis Domicello Florentino Legum Doctori ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SInceræ devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam geris Eccleſiam promeretur, ut Te favore ſpecialis gratiæ proſequamur. Dudum ſiquidem attendentes graves exceſſus &c. ſequitur ut in primo Brevi. *Datum apud Villam Novam Avenionen. Diæceſis Undecimo Kal. Julii, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.*

Sumptum ex Libro tertio diverſorum, qui extat in Archivo Caſtri Sancti Angeli, collatum concordat. In quorum &c. 24. Decembris 1736.

N. Antonellus ejuſdem Archivi Præfectus.

AP-

Digitized by Google

APPROBATIO.

ANtiquum Miſſale Romanum è blattis, tineiſque feliciter vindicatum, elaborata Præfatione, ſelectiſque adnotationibus illuſtratum ab eruditiſſimo Præſule NICOLAO ANTONELLO, demandante S. P. A. Magiſtro, & legi, & expendi. Quum autem opus omnino totum eò collineet, ut Catholicæ Fidei enutriendæ, Chriſtianæque pietati confovendæ nimium quantum deſervire valeat, nihil profecto inter legendum occurrit, quod prælo typiſque non perquàm dignum exiſtimem. Judicium haud abſimile ferendum duco de duabus ejuſdem Clariſſimi Auctoris Operi adjectis diſſertationibus, quarum in una Ritus Caput Romani Pontificis Feria IV. in Capite jejunii cineribus minime conſpergendi, enucleate diſcutitur. In altera de Commemoratione Romani Pontificis, dum Sacra res agitur, facienda fuſe nervoſeque diſputatur. Romæ ex Ædibus Sanctæ Mariæ ad Montes die 30. Maji 1751.

Thomas Sergius Piorum Operariorum Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Conſultor.

Rei

Digitized by Google

APPROBATIO.

REi Liturgicæ feliciter augendæ, probatiſque Romanæ Eccleſiæ ritibus illuſtrandis opportuniſſimum ſane erit Vetus Miſſale Romanum præfatione, Notis, ac duplici elaboratiſſima Diſſertatione adauctum à Reverendiſſimo, & doctiſſimo Præſule Nicolao Antonello: Quumque præterea in eo legendo, & expendendo, juſſu Reverendiſſimi Patris Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri, omnia exarata repererim adamuſſim veræ Religionis, ſolidæque Pietatis, bono publico conſultum iri profecto cenſeo, ſi publica luce donetur Opus excipiendum non minori commendatione, quàm alia Clariſſimi Auctoris, quæ leguntur, & proſunt. Romæ ex Tyrocinio S. Andreæ ad Montem Quirinalem 8. Septembris 1752.

Fabius Danzetta Societatis Jeſu.

Digitized by Google

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Mag.

F. Maria de Rubeis Patriarcha Conſtantinopolitanus Viceſgerens.

IMPRIMATUR

Fr. Joſeph Auguſtinus Orſi Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

DOM.

Digitized by Google

BENE MERERI de Eccleſia Catholica, qui veteres Liturgicos libros in lucem proferunt, unanimis eſt Doctorum hominum ſententia; inde enim refelluntur maledicta, & convicia hæreticorum hominum, qui venerandos æque ac vetuſtos Eccleſiæ ritus, Sacras veſtes, Sanctaſque preces, veluti otioſorum hominum inventa, & in vulgus recens invecta, veluti nuperos anilis ſuperſtitionis, timidorumque animorum fœtus impie traducunt, atque exagitant. His enim Sacris Codicibus, tanquam locupletiſſimis teſtibus manifeſtum, apertumque omnibus fit, quæ nunc Sancta ſervat Eccleſia, ſi pauca quædam minimi momenti excipias, ab antiquis Chriſtianæ Fidei

Quanta in edendis Liturgicis libris utilitas ſit.

temporibus apud Catholicos in more, ac conſuetudine fuiſſe: neque novas res ſuperioribus ſæculis in Eccleſia Catholica excogitatas, & inductas fuiſſe; ſed quæ vetuſta erant, eos improbitate ſua evertere, atque innovare tentaſſe, ſuſque, deque omnia, ſi fieri poſſet, turbare, miſcere, ac confundere conatos eſſe, ut teterrimam errorum ſuorum, mendaciorumque mercem ingererent, & peſtiferarum ſuarum novitatum colluviem, veluti offuſa fidelium oculis denſiſſima caligine, ſi fas eſſet, occulerent. Sed nemini id mirum eſſe debet. Nam ſolemne ſemper ac in more fuit eorum omnium, qui Catholicæ Religioni bellum indicere auſi ſunt, nefarium aliquid adverſus veneranda Chriſtianæ Religionis Sacra, vel ejus Altaria, Eccleſias, & ornamenta aggredi ac moliri; donec ad noviſſima tempora ventum eſt, quibus nefandi ſceleſtique homines Euchariſticum Sacrificium, ejuſque ſacroſanctos ritus, vaſa, veſtes, ac libros, omnemque ſacram ſupellectilem penitus abolere ag-

greſſi

Digitized by Google

greſſi ſunt. Quod ſane cuique, qui ſpatium præteriti temporis reſpicere, & memoriam naſcentis Eccleſiæ velit recordari ultimam, inde uſque repetenti manifeſtum erit. Verum enim quemadmodum veteribus accidit, ita etiam recentiores hæreſum inventores infelici eventu adverſus Eccleſiam, contra quam portas inferi non prævalituras Deus promiſit, pugnarunt; & flagitioſis ſuis conatibus nihil aliud egerunt, niſi ut Novatorum nomen, quod aliis calumnioſe, ac falſo impingere volebant, ſibi merito compararent. Ad hæc præterea accedit, quod neque ludum ludere, neque oleum, operamque perdere cenſendi ſunt, qui in antiquis eruendis orationibus, & publicarum precum formulis è tenebris vetuſtatis educendis ſtudium ſuum, ac diligentiam collocant; ſi hac in re æquum eſt ſequi judicium, auctoritatemque veterum Catholicæ Eccleſiæ magiſtrorum, quæ in antiquiſſimis de Gratia Dei Capitulis expreſſa legitur. In his enim poſt Apoſtolicæ Sedis Sanctiones ſecundus

Sanctiſſimo Pontifici Cœleſtino I. tribui ſolent.

 quod-

quodammodo locus in rebus Fidei ſtatuendis obſecrationum Sacerdotalium Sacramentis tribuitur his verbis : *Præter has autem Beatiſſimæ & Apoſtolicæ Sedis inviolabiles ſanctiones, quibus nos piiſſimi Patres, peſtiferæ novitatis elatione dejecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis uſque in finem perſeverantiam ad Chriſti gratiam referre docuerunt, obſecrationum quoque Sacerdotalium Sacramenta reſpiciamus, quæ ab Apoſtolis tradita in toto mundo, atque in omni Eccleſia Catholica uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi*. Cæterum quam valida arma, quam apta ad retundendos Hæreticorum cónatus, eorumque errores refellendos ex Liturgicis libris ſumi poſſint, jam ante doctiſſimi viri uſu, præceptiſque ſuis indicarunt, & noviſſime clar. mem. vir Ludovicus Antonius Muratorius ampliſſimè demonſtravit, ut inane prorſus ac ſupervacaneum ſit pluribus hac de re diſſerere.

In Collect. ep. Rom. Pontific. apud Couſtant. poſt epiſt. 21. §. 12. cap. xj.

Murator. in Præfat. de Liturg. Rom. vet.

Denique haud dubium eſt, plurimum

Ca-

Digitized by Google

Catholicorum omnium intereſſe debere, ex Liturgicis earum Eccleſiarum, quæ in Urbe ſunt, libris, Romanæ Eccleſiæ antiquos ritus, & Eccleſiaſtica inſtituta, ſacraſque preces in conficiendis SSm̃is Sacramentis adhibitas probe noſcere, atque intelligere. Scribit enim S. Innocentius Decentio Epiſcopo Eugubino: *Quis neſciat, aut non advertat id, quod a Principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc uſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſervari*. Proſequitur deinde, aſſeritque per omnem Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Africam, atque Siciliam, & Inſulas interjacentes neminem alium inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos Venerabilis Apoſtolus Petrus, aut ejus Succeſſores conſtituerint Sacerdotes. Poſt hæc ita Sanctiſſimus Pontifex concludit: *Oportet eos hoc ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit, a qua eos principium accepiſſe, non dubium eſt, ne dum peregrinis aſſertionibus ſtudent, caput Inſtitutionum videantur omittere*. Omnibus autem Romanæ Urbis Eccleſiis di-

Libri Liturgici Romanæ Eccleſiæ aliis præferendi, præſertim Baſilicæ Lateranenſis.

gni-

gnitate, & auctoritate præeminet Lateranenſis Baſilica, quæ non ſolum Urbis, ſed omnium Eccleſiarum totius Orbis Mater eſt, ac Princeps, de qua dignum eſt, ut hoc loco memoretur, quod ſcribit Petrus Abaelardus in Epiſtola ad Bernardum Abbatem Clarevallenſem: *Antiquam*, inquit, *certe Romanæ Sedis conſuetudinem nec ipſa Civitas tenet; ſed ſola Eccleſia Lateranenſis, quæ Mater eſt omnium, antiquum tenet officium, nulla filiarum ſuarum in hoc eam ſequente, nec ipſa etiam Romani Palatii Baſilica*. Quibus allatis, ita ſubjicit clar. vir Joannes Mabillonius: *Quod ſi ita eſt, quiſquis veteres Romanæ Eccleſiæ ritus accuratè indagare cupit, ſtudioſius ea legere debet, quæ pertinent ad Eccleſiam Lateranenſem*.

Mabillonius comm. in ord. Rom. p. 129. §. 6.

Ubi repertum ſit Miſſale, quod in publicum emittitur.

Contigit autem mihi ſuperioribus annis, cum chartas, chartarumque fragmenta in angulum projecta Archivi Baſilicæ Lateranenſis, cujus mihi cuſtodia commiſſa eſt, evolverem, ut ad manus perveniret antiquum Miſſale nullis tegminibus

Digitized by Google

nibus coopertum, tineis ac blattis corroſum, humiditate, carieque non uno in loco corruptum, & pluribus paginis in fine mancum, & mutilum. Erat autem totum in charta pergamena majori charactere, quem uncialem vocant, ſcriptum, unde ſtatim inſpicienti ejus vetuſtas apparebat. Itaque ea majori diligentia, qua potui, collegi, & deſcribendum curavi, cumque rem cum nonnullis eruditis hominibus, ejuſdemque Baſilicæ Canonicis communicaſſem, hortati ſunt, ut in publicum edi vellem.

Quid ſit Miſſale, & quid Miſſale plenarium.

Miſſalis nomen, ſeu Miſſarum liber aliam prorſus apud veteres ſignificationem, quam nunc obtinet, habuit. Nos enim Miſſalem vocamus librum, quo omnia continentur, quæ ad Sacrificium peragendum ad Altare recitanda ſunt; antiquitus verò hoc nomine, ut plurimum, ſignificabatur liber Sacramentorum, ſeu Sacramentarium ſive Gelaſianum, ſive Gregorianum, quo continebantur Orationes & Preces, quæ in conficiendo Altaris Sacramento a Sacerdote pro-

Digitized by Google

proferuntur: ſi autem ad preces accedebant Evangelium, Lectiones, Epiſtolæ, Antiphonæ, Graduales, & alia, quæ ritu, ac de more ad Sacram Dei menſam dici debebant, tum Codex Miſſale plenarium vocabatur. Noſtrum autem Miſſale in duas partes diſpartitum eſt: harum prima, quæ aliquantum vetuſtior eſſe ex characteris ſpecie, & ex iis, quæ in ea leguntur, comperitur, Orationes, Præfationes, & Evangelia, & myſticas in Sacro faciendo preces complectitur; altera verò, quæ primæ aſſuta, & conjuncta eſt, quæque recentior eſſe non ſolùm ex characterum diverſitate, ſed etiam ex iis, quæ in ea occurrunt, agnoſcitur, Lectiones, Epiſtolas, Antiphonas ad Introitum, Reſponſoria in gradibus, Verſiculos ad Offertorium, & poſt communionem continet; adeo ut in hoc uno Codice inveniantur, quæ apud veteres erant in quatuor voluminibus diſpoſita, quibus ad rem Divinam peragendam utebantur. Hæc autem volumina erant *liber Evangeliorum*, ſeu *Evangeliarium*, *Le-*

Miſſale noſtrum quale ſit.

Digitized by Google

Lectionarius ſeu *liber Comitis*, & *Apoſtolus*, *liber Sacramentorum* ſeu *Sacramentarium*, quo precationes ſolemnes ad ſacrificium conficiendum; *Antiphonarius*, quo Antiphonæ ad Introitum, Reſponſoria in Gradibus, verſiculi ad Offertorium, & poſt communionem continebantur.

At verò hoc loco plures nobis exoriuntur quæſtiones: Prima eſt, an ad Lateranenſem Eccleſiam noſtrum Miſſale pertinuerit? Si autem ad Baſilicam Lateranenſem; an potius ad Monachos, qui Monaſteria eidem Baſilicæ contermina habitantes, ſacras laudes die, noctuque in Salvatoris Eccleſia, vel in ſuis Oratoriis perſolvebant? an ad Canonicos Regulares, qui Sacramenta in eadem Baſilica longo tempore adminiſtrarunt, aliaque Eccleſiaſtica munia obiverunt? Demum & illud inquirendum utique eſt, cujus ætatis Codex noſter ſit, & quo tempore ſcriptus, cum ex antiquitate ſacris hujuſmodi mercibus pretium, & dignitas accedat, vel decreſcat.

Quæſtiones, quæ de noſtro Miſſali fieri poſſunt.

Digitized by Google

Neminem eſſe puto, qui mihi, hac in re, libenter non concedat, conjecturis uti licere, & omnem controverſiam ex veriſimilibus, ſi certum aliquid haberi nequeat, argumentis eſſe dijudicandam. Quantum igitur conjectura aſſequi poſſum, ita mihi perſuadeo, Miſſale noſtrum ad Baſilicam Lateranenſem pertinuiſſe.

Miſſale pertinuit ad Baſilicam Lateranenſem.

Moveor autem non eo dumtaxat, quod in Lateranenſi Archivo inter alios Eccleſiaſticos libros, vel antiquitus impreſſos, vel manuſcriptos, vetereſque hujuſmodi chartas a me inventum eſt; ſed quia quorum Sanctorum nomina, ſeu Miſſarum officia, aut orationes in noſtro Miſſali occurrunt, deſunt autem in aliis antiquis Sacramentariis Gregorianis, horum omnium vitæ, ſeu paſſiones in vetuſtis paſſionariis mſs. Lateranenſis Eccleſiæ leguntur. Scribit Dominicus Macri in ſuo Hierolexico: Mombritium ex antiquo Paſſionario pergameno ms. in Archivo Lateranenſi conſervato, acta Sanctorum deſcripſiſſe, & tempore Sixti IV. typis mandaſſe. Sed in Archivo Lateranenſi inter

Macr. Hierol. verb. Birrus pag. 83.

pau-

paucos alios Eccleſiaſticos libros manuſcriptos ſervantur quatuor Codices ſcripti in charta pergamena prægrandi folio; in horum primo ſunt homiliæ Sanctorum Patrum, & in fine reperiuntur nonnulla acta, ſeu paſſiones Martyrum, & vitæ Sanctorum; in reliquis verò continentur dumtaxat acta Martyrum, & nonnullorum Confeſſorum vitæ: omnibus autem Codex notatus littera C. præcellere antiquitate videtur. In prima hujus Codicis pagina prope finem hujuſmodi verſiculi leguntur:

[a] .. *ũ ꝗ geſtis SSrũm fartus honeſtis* — a Librum ſuppl.
[b] .. *ſcere ſi quaris quis ſcripſerit, ecce doceris.* — b Noſcere

Moribus ornatus Monachatus arce locatus
Chriſto dicatus Bibianus MM. vocitatus.
Hunc librum factum, Dominoque juvante peractum
Juſſit Anaſtaſius Romanæ Presbyter almus
Eccleſiæ, Tituli Clementis Martyris almi,
Officio latus ſublimi Cardinalatus.
His etenim junctis Sancto ſibi fœdere nexis

 Gre-

Gregorio Magno juncto ſibi rite ratione
Quem Chriſtus ſervet, faciat, quod in æthere regnet.
Auxilio quorum perfecit in omne decorum.

Quis fuerit Cardinalis ille Anaſtaſius, cujus juſſu Bibianus Monachus, ſeu Abbas Monaſterii forſan Lateranenſis Codicem hunc, quo Sanctorum Martyrum acta, vitæ Sanctorum Confeſſorum, aliqui ſermones de Sanctis, & inſuper lectio in dedicatione Baſilicæ Lateranenſis continetur, haud inane ac ſupervacaneum eſt inquirere. Nam duo fuere Preſbyteri Cardinales Tituli Sancti Clementis Anaſtaſii nomine, quorum primum perperam confundi cum altero putat Oldoinus in additionibus ad Ciacconium. *Tom. I. col. 912. 915.* Uterque Anaſtaſius ſub Paſchali II. Pontifice vixit undecimo ſæculo exeunte; & Anaſtaſius Junior uſque ad Honorii II. Pontificatum vitam perduxit; nam ejuſdem Pontificis diplomati anno 1125. ſubſcripſit; Ad eum autem allatam inſcriptionem pertinere veroſimile admodum eſt. Fuit enim ſtudioſiſſimus Eccle-

ſiæ

ſiæ ſuæ exornandæ, inſtruendæque Sacris libris; inſuper & religione ac pietate illuſtris, ut ejuſdem Eccleſiæ S. Clementis monumenta & inſcriptio antiquo ejus marmoreo ſarcophago inſculpta, & a Ciacconio relata teſtantur. Et quidem ætas Codicis, qui ex characterum ſpecie & forma ſcriptus eſſe videtur exeunte ſæculo undecimo, vel duodecimo ineunte, bene cum temporibus, quibus floruit Anaſtaſius Junior, congruit. Hunc autem Codicem, alioſque nonnullos non vidit, neque deſcripſit Mombritius, ut cuique compertum fieri poteſt, ſi opus Mombritii cum noſtro hoc Codice, quod a me factum eſt, conferre velit. Sed eo revertor, unde diſceſſi. Miſſale noſtrum pertinuiſſe ad Lateranenſem Baſilicam ex eo etiam colligo, quia in Calendario, quod tamen mutilum, diverſoque charactere ſcriptum ei præpoſitum, adnexumque eſt, notatur: *V. Idus Novembris Dedicatio Salvatoris, & Theodoli*: quo die etiamnum memoria dedicationis Lateranenſis Baſilicæ recolitur. Præterea in eodem Miſ-

ſali

ſali extat Miſſa pro Pontifice; in ejus autem oratione legitur: *Famulum tuum N. Pontificem noſtrum*: Et in alia oratione, quæ poſita eſt in fine Miſſæ, & inſcripta: *pro peccatis*: hæc habentur: *Pietate tua, quæſumus &c. DOMNUM APOSTOLICUM PONTIFICEM NOSTRUM, ET OMNEM CONGREGATIONEM ILLI COMMISSAM, & Nos famulos tuos, & omnem populum Chriſtianum, atque locum iſtum in omni Sanctitate cuſtodi*. Inſuper in eo habetur Miſſa de octava S. Laurentii, Feſtum S. Bartholomæi die 25. Auguſti, de quo Eminentiſſimus Baronius, *in not. ad Martyrolog.*, & alia hujuſmodi, quæ erant peculiaria Romanæ Eccleſiæ.

Non fuit Cleri Regularis, ſeu Canonicorum ejuſdem Baſilicæ.

Poſito igitur, quod ad Lateranenſem Baſilicam Miſſale pertineat, reſtat, ut videamus, an Clero Regulari ejuſdem Baſilicæ, an potius Monachis, qui prope eam habitabant, ſit adjudicandum. Profecto quod ad Clerum ſeu Canonicos Regulares ejuſdem Baſilicæ attinet, haud quidem veriſimile eſt, eos alio Miſſali in Sacris peragendis ſæculo XI., quo, ut poſtea di-

dicam, Codex noſter exaratus eſt, uſos fuiſſe, quàm Miſſali Cleri Sæcularis Romanæ Eccleſiæ, cujus vices, & locum in Baſilica Lateranenſi ipſi tenebant. Nam ætate illa nullum aliud diſcrimen inter eos, & alios Clericos Romanæ Urbis interceſſiſſe videtur, niſi quod in communi, aliquibus regulis conſtitutis, ſub uno Priore Regularem vitam apud Baſilicam Salvatoris agebant. Cæterum veri Romanæ, & Lateranenſis Eccleſiæ Clerici habebantur, & muneribus omnibus in Eccleſia Salvatoris, quæ olim Clericis ſæcularibus commiſſa erant, ipſi perfungebantur, Sacra faciebant, Sacramenta adminiſtrabant, populum ſibi commiſſum regebant, cæteraſque Sacras functiones, & Eccleſiaſtica munia, perinde ac Clerici ſæculares ſeu in privatis domibus degentes, obibant, quemadmodum notum fit, certoque conſtat ex Litteris, ſeu Bullis Apoſtolicis, quæ adhuc in Archivo ejuſdem Baſilicæ aſſervantur. Has inter extant Litteræ Paſchalis Papæ Secundi datas ſexto Calend. Januarii anno VII.

Pont.

Digitized by Google

Pontificatus, a Nativitate MCVI., quæ inſcriptæ ſunt: *Rocio Priori Ven. Baſilicæ Lateranenſis, ejuſque Fratribus tam præſentibus, quàm futuris Regularem vitam profeſſis*, quibus Lateranenſem Parochiam cum omnibus bonis ac juribus confirmat, ejuſque limites definit, ac deſignat. Et quidem per hæc tempora, volvente ſcilicet ſæculo undecimo, non modo in Baſilica Lateranenſi, ſed in aliis Romanæ Urbis Eccleſiis, ni fallor, inſtitutum ac moribus receptum fuerat, ut Clerici apud Eccleſias, quibus adſcripti fuerant, ſub aliquo Præſide in communi Canonicam, ſeu Regularem vitam agerent; id enim colligi poſſe videtur ex duabus Romanis Synodis, quarum una habita eſt ſub Nicolao II. anno 1059., altera an. 1063. ſub Alexandro II., quem, tradit Panvinius, Canonicorum Ordinem dilabentem Laterani juxta Beati Auguſtini Regulam primum omnium Romanorum Pontificum reformaſſe, in his autem Romanis Synodis ſtatutum eſt, ut Sacerdotes, & Diaconi *juxta Eccleſias*,

quibus

Digitized by Google

quibus ordinati ſunt, ſicut oportet Religioſos Clericos, ſimul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab Eccleſia competit, communiter habeant &c. Hujuſmodi autem Religioſos Clericos Romanæ Eccleſiæ quis ſibi perſuadere poterit, aliud Miſſale, quàm Romani Cleri, quem ipſimet conſtituebant, in Sacris adhibuiſſe, & feſta celebraſſe aliorum Sanctorum præter eos, quorum memoriam in Romanæ Urbis Eccleſiis recoli conſueverat? E diverſo autem, quæ ad Sacramenta pertinebant, quorum adminiſtratio in eorum Eccleſiis peragi ſolebat, quis credere poterit, ſilentio in eorum Eccleſiaſticis libris, præſertim in Sacramentariis, ſeu Miſſalibus, ut in noſtro Miſſali, prætерita fuiſſe?

At verò Monaſticum eſſe noſtrum Miſſale, & cum ad Baſilicam Salvatoris, ut ſuperius dixi, pertinuerit, illud Monachorum Lateranenſium fuiſſe, hæc mihi videntur haud obſcure indicare. Nomina ſcilicet Sanctorum, in quorum honorem Miſſarum officia compoſita leguntur, nempe Sancti Benedicti, Scho-

Sed ad Monachos Lateranenſes pertinuit.

 laſti-

laſticæ, Columbani, Albani & Sociorum ejus, (cujus nomine celebre fuit Benedictinorum Monaſterium & Eccleſia, & deinde Urbs in Anglia [a]) aliorumque Sanctorum, quorum Feſta a Monachis celebrari conſueverunt. Præter hos autem alii Sancti, quorum nomina deſunt in Sacramentariis Pamelii, Menardi, & Muratoris, & in Sacramentario Gelaſiano Cardinalis Thomaſii, adnotantur autem in noſtro Miſſali, illi ſunt, in quorum honorem Monaſteria, vel Monachorum Oratoria in Urbe, aut in vicinis locis ſæculo X. vel XI. erecta erant, vel quorum Orationes, ſeu Miſſarum officia in aliis Miſſalibus Monaſticis, & Libris Liturgicis habentur. Præterea in Benedictione ceræ, quæ facienda præſcribitur in die Purificationis, hæc habentur: *Te Domine, quæſumus, ut emittas Sanctum Angelum tuum Raphaelem, qui &c. & conterat illum* (hoc eſt Dœmonem) *& perdat de Baſilicis, de domibus, de angulis, de lectulis, de refectoriis, de univerſis locis, in quibuſcumque Deo famulantes habitant,*

[a] *Jacob Uſſer. Brittaniarum Eccleſ. antiqu. cap. 7. Guilielm. Camd. Brittania pag. 349.*

bitant, & requieſcunt, dormiunt & vigilant, ambulant & conſiſtunt &c. hæc autem nullis melius, quàm Monachis in commune viventibus conveniunt. Demum in toto noſtro Miſſali nihil occurrit, quod ad Sacramentorum adminiſtrationem, Baptiſmi ſcilicet, & Ordinum pertineat; quia Sacræ hujuſmodi functiones ad Monachos, qui alicui Cathedrali Eccleſiæ inſerviendæ non ſolum in Divina Pſalmodia, ſed etiam in aliis hujuſmodi Eccleſiaſticis muneribus loco ac vice Clericorum ſæcularium addicti eſſent, neutiquam ſpectabant; habentur tamen in eo Benedictiones palmarum in Dominica Majoris hebdomadæ, & Candelarum in feſto Purificationis, quia hæ Sacræ functiones a Monachis intra ſuorum clauſtrorum limites peragebantur, non autem cum Clero ſæculari Romanæ Urbis in die Purificationis ab Eccleſia Sancti Hadriani ad Baſilicam Sanctæ Mariæ Majoris procedebant. Ex his autem conjecturis haud inveriſimiliter, quantum mihi videtur, ſtatui poteſt, Miſſale, de quo agitur, ad

Lateranenſes Monachos pertinuiſſe. Sequitur igitur, ut inquiramus, cujus Monaſterii Monachi iſti fuerint.

Cujus Monaſterii Monachi illi fuerint.

Profectò poſteritatis memoriæ traditum eſt, tria Monaſteria prope Lateranenſem Baſilicam fuiſſe, quorum Monachi in Divini Salvatoris Baſilica Sacram Pſalmodiam, Sacramentorum adminiſtratione Canonicis relicta, Deo perſolvebant. Fuerunt autem, Monaſterium Sanctorum Joannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ, & Pancratii Martyris; Monaſterium Honorii, ſeu Sanctorum Andreæ, & Bartholomæi; & Monaſterium Sanctorum Sergii, & Bacchi. De primo in hiſtoria Baſilicæ Lateranenſis, quæ manuſcripta ſervatur in ejuſdem Baſilicæ Archivo, talia ſcribit Panvinius: *Sub Abbate Bonicio Longobardi, qui Juſtino Minore Auguſto anno Domini* 568. *Italiam invaſerant, Caſſinenſe Monaſterium nocturno tempore, Fratribus quieſcentibus, cœperunt, & omnibus direptis, effecerunt, ut ne unus quidem illic homo permaneret. Fugientes itaque ex eodem Cœnobio Fratres Romam*

mam ſub Joanne Papa III. profecti ſunt: ex cujus Pontificis conceſſione juxta Lateranenſem Baſilicam Monaſterium conſtruxerunt ſub Titulo Sanctorum Joannis Baptiſtæ, Evangeliſtæ, & Pancratii, ubi per centum, & triginta annos, quo ad Caſſinenſe Monaſterium dirutum permanſit, perſtiterunt, & Laicorum loco in Lateranenſi Baſilica Sacras Horas, & Pſalmos canere cœperunt, Canonicis tantùm Sacra in ea facientibus, & Sacramenta omnia adminiſtrantibus. Sub eodem etiam Pontifice Joanne III. Sanctus Fauſtus Sancti Benedicti diſcipulus, qui cum Sancto Mauro ejuſdem Sancti Patris juſſu in Gallias perrexerat ad Monachorum normam in illis etiam regionibus inſtituendam, Romam reverſus eſt, & in eodem Lateranenſi Cœnobio permanſit, Theodoro ejuſdem loci Abbate poſt Valentinianum, qui Bonicio ſucceſſerat, jam conſtituto. In quo loco vitam Beati Mauri conſcripſit. Hujus Monaſterii meminit S. Gregorius lib. Dialog. 2. cap. 1. Hæc Panvinius: Sed everſio Monaſterii Caſinenſis

non

non contigit ſub Joanne III. Pontifice, ſed Apoſtolicam Sedem gubernante Pelagio II., qui continentem Lateranenſi Baſilicæ locum ad conſtruendum Monaſterium conceſſit anno circiter, ut recte notat Mabillonius, octogeſimo ſupra quingenteſimum, qui quartus erat ejus Pontificatus annus, quod conſtat ex teſtimonio Leonis Marſicani in Chronico Caſinenſi, ubi narrat, Caſinates, direpto, everſoque Cœnobio ſuo, Romam confugiſſe, ibique ex conceſſione Romani Pontificis Pelagii, qui tunc Sedi Apoſtolicæ præerat, juxta Lateranenſe Patriarchium Monaſterium conſtruxiſſe. In Lateranenſi autem Monaſterio Caſinates Monachos permanſiſſe puto uſque ad Pontificatum Gregorii II., non autem III, ut in laudata hiſtoria manuſcripta tradidit Panvinius, per centum ſcilicet trigintaquinque plus minus annos. Nam Gregorio II. Pontifice hortante, atque opem præbente, Petronax nobiliſſimus Brixianus Civis, aſſumptis ſecum aliquot ex Lateranenſi Monaſterio Monachis, Caſinum

Mabillon. annal. Bened. lib. VII. ann. 585. num. 1.

Mabillon. annal. Bened. loc. laud. num. 3. & ad an. 720. num. 33.

num profectus Beati Benedicti Cœnobium a fundamentis reſtituit. Reſtaurato autem Caſinenſi Cœnobio, Monachos, qui Romæ in Lateranenſi Monaſterio remanſerant, eo relicto, ſe Caſinum contuliſſe, veriſimile eſt. Nam in vita Gregorii III., qui alteri Gregorio in Pontificatu ſucceſſit, memoriæ traditum eſt, eum Lateranenſe Monaſterium ſub Titulo Sanctorum Joannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ, & Pancratii, omni ordine Monaſtico, & bonis deſtitutum reperiſſe; ideoque adſcitis Monachis, redditibuſque aſſignatis, in priſtinum reſtituere curaſſe, verba Auctoris vitæ Gregorii talia ſunt: *Simili etiam modo renovavit Monaſterium Sanctorum Joannis Evangeliſta, Joannis Baptiſta, & Sancti Pancratii ſecus Eccleſiam Salvatoris antiquitus inſtitutum, quod ab omni ordine Monaſtico extiterat nimia incuria deſtitutum. In quo prædia, & dona contulit, & quæ invenerat de ipſo Monaſterio alienata, reddito precio in eumdem locum reſtituit, ubi & Congregationem Monachorum, & Abbatem* Labb. Concil. tom. 6. p. 1463.

tem conſtituit ad perſolvenda quotidie Sacra officia laudis Divinæ in Baſilica Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ Conſtantiniana nuncupatur, juxta Lateranas, diurnis, nocturniſque temporibus ordinata, juxta inſtar officiorum Beati Petri Apoſtoli. Monaſterium autem alterum Sanctorum Andreæ & Bartholomæi, quod etiam Honorii dictum eſt, ubi fuerit, quo tempore, & a quo ædificatum ſit, quid nobis hac de re in ſua hiſtoria manuſcripta Panvinius tradiderit, hoc loco referam: *HONORIUS PAPA (ut auctor eſt in ejus vita Bibliothecarius) IN DOMO SUA JUXTA LATERANUM MONASTERIUM CONDIDIT IN HONOREM DEI, ET BEATORUM APOSTOLORUM ANDREÆ, ET BARTHOLOMÆI, QUOD HONORII APPELLABATUR. CUI PRÆDIA PATRIMONII SUI, ET MULTA DONA OBTULIT. Ita ille. Cæterum quo in loco id, vel qua parte fuerit, quum hodie aut dirutum, aut mutato nomine incognitum ſit, incompertum eſt. Forte erat, ubi nunc domum hoſpitalis eſſe videmus.*

Panvin. de Baſil. Later. lib. 3. c. p. 13. ms.

Digitized by Google

demus. Cum autem temporis decurſu Monaſterium Honorii labefactatum fuiſſet, Adrianus I. Pont., hac re comperta, in veterem ſplendorem revocare decrevit, conſtituitque, ut ejuſdem Monaſterii Monachi in Baſilica Salvatoris alternis choris cum Monachis alterius Monaſterii Sancti Pancratii Deo pſallerent: *Hic autem*, inquit Anaſtaſius, ſeu alius Auctor vitæ Hadriani, *ter Beatiſſimus, & Apoſtolicus vir, dum diligentiſſima exquiſitione ſua reperiſſet, Monaſterium Honorii Papæ in nimiam deſolationem per quamdam negligentiam venire, Divina inſpiratione motus noviter ædificavit, atque ditavit, & Abbatem cum cæteris Monachis regulariter ibidem vitam degentes ordinavit, & conſtituit eos, ut in Baſilica Salvatoris, quæ & Conſtantiniana dicta eſt, juxta Lateranenſe Patriarchium poſita, officia celebrarent, hoc eſt, matutinam horam, primam, tertiam, ſextam, ſed & nonam etiam, & veſpertinam: ab uno Choro quidem, qui dudum ſingulariter in utroque pſallebant Monachi ex*

Anaſt. in vit. Hadr. Papæ I.

d *Mo-*

Monaſterio Sancti Pancratii ibidem poſito, & ab altero choro, Monachi jam fati Monaſterii Sancti Andreæ, & Bartholomæi, Honorii Papæ, quatenus piis laudibus, pariter pſallentes hymniferis choris, læti reſonent cantus, reddentes Domino glorioſos melos, perſæpius memorantes Venerandi Pontificis nomen, ſcilicet in ſæcula memoriale ejus pangentes carminibus. Hæc in vita Hadriani: De utroque autem Monaſterio rurſus mentio eſt in vita Leonis Papæ III., ubi recenſentur dona, quæ contulit Monaſteriis: *Enimvero & in Monaſterio*, ait Scriptor vitæ Leonis, *Sancti Pancratii, quod ponitur juxta Baſilicam Salvatoris, fecit coronam de argento penſantem libras quinque & ſemis. Fecit autem & in Monaſterio Sanctorum Andreæ, & Bartholomæi, quod appellatur Honorii, caniſtrum ex argento penſans libras tres*.

Monaſterium SS. Sergii, & Bacchi.

Præter hæc duo Monaſteria prope Baſilicam Lateranenſem, alterum, ut ſuperius dixi, fuit, quod vocabatur Sanctorum Sergii, & Bacchi; in quo præter Mo-

Digitized by Google

Monachos degebant etiam Sacræ Virgines. Paſchalis Papa I., qui Pontifex electus eſt anno 817., cum illud Monaſterium non ſolum Monachis, ſed etiam rebus omnibus deſtitutum reperiſſet, adeout Sacræ Virgines, quæ in Monaſterio remanſerant, Sacras Deo laudes ob inopiam non amplius perſolverent, Monachos aliunde accerſivit, voluitque, ut Sacros hymnos, ac pſalmos in Baſilica Lateranenſi nocte, dieque decantarent; unde nobis compertum ſit, per id tempus Monaſterium Sanctorum Joannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ, & Sancti Pancratii, & alterum Sanctorum Andreæ, & Bartholomæi, de quibus ſupra dictum eſt, calamitate aliqua, aut hominum culpa, & negligentia diruta, & deſerta fuiſſe; ideoque illorum Monachorum loco voluiſſe Paſchalem Primum, ut Monaci Monaſterii Sanctorum Sergii & Bacchi, quod ipſe reſtituerat, Sacram Pſalmodiam in Lateranenſi Baſilica concinerent. Quæ autem in vita Paſchalis, ſcripta leguntur, talia ſunt: *Reperit ipſe pius Pon-* *Id. in vit. Paſchalis Papæ I.*

 tifex

tifex Monaſterium Sanctorum Sergii, & Bacchi poſt formam aquaeductus Patriarchii Lateranenſis poſitum, rebus omnibus deſolatum; itaut Ancillarum Dei Congregatio, quae ibidem inerat, paupertatis inopia nullas Omnipotenti Domino, Sanctiſque illius laudes decantare valeret. Qua Ven. Paſtor inquiſitione ad pietatem commotus, famulas Dei, qualiter bene, religioſeque eſſe poſſint, perfecit. Et in eo Monachorum aggregans ſtatuit Conventionem, multis idem Monaſterium ditans facultatibus, & in familiis, maſſis, vineis, domibus urbanis, & ruſticis locis amplianter, ſufficienterque multiplicavit, quatenus ipſa Congregatio reſidens, omni neceſſitate poſtpoſita, ſoli Deo, Sanctiſque illius laudes, & hymnos nocte, dieque modulanter in Venerabili Eccleſia Salvatoris Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſita juxta Lateranas decantaret. Quae cum ita ſint, in eam ſententiam adducor, ut exiſtimem, noſtrum Miſſale ad Monaſterium Sanctorum Sergii, & Bacchi pertinuiſſe. Nam ut ex iis, quae modo

a me

a me ex Anaſtaſio allata ſunt, certò conſtat, ex tribus Monaſteriis Lateranenſis Baſilicæ hoc unum ſæculo Nono ſuperſtes fuiſſe, & hujus ſolius Cœnobii Monachos ea ætate, ac ſubſequentibus temporibus in hymnis, & canticis ſpiritualibus concinendis Deo in eadem Eccleſia inſerviiſſe. Celebre etiam hac ætate Monaſterium iſtud fuiſſe videtur, quoniam Benedictus III., qui ann. 855. Pontifex electus eſt, plura & pretioſa dona ei contulit; non enim aliud fuiſſe putat Floravantes Martinellus Monaſterium SS. Sergii, & Bacchi in Calinico ſeu Carinico, de quo Anaſtaſius, ſeu alius Auctor in vita Benedicti Pontificis. Hinc autem neceſſario conſequitur, Miſſale, de quo agitur, quod, ut inferius oſtendam, poſt ſæculum Decimum ſcriptum eſt, huic, non autem alteri Monaſterio, cum nullum aliud amplius extaret, uſui fuiſſe, & a Monachis Sanctorum Sergii, & Bacchi, qui juſſu Paſchalis Pontificis in Salvatoris Eccleſia Pſalmodiæ munus obibant, non ab aliis, qui vel neceſſitate, Monaſteriis

Digitized by Google

riis jam dirutis, vel voluntate aliò profecti Lateranenſem Baſilicam deſeruerant, in Sacris peragendis adhibitum eſſe. Accedit ad hæc, quod IX. Octobris in eodem Miſſali recolitur memoria Sanctorum Sergii, & Bacchi, de quibus in libris Liturgicis vetuſtioribus nihil occurrit, (ut adnotavit etiam eruditiſſimus vir Dominicus Georgius, quicum, donec vixit, ſumma mihi fuit amicitia, *in not. ad Martyrologium Adonis*:) quod ideo factum eſſe videtur, quia in horum Martyrum honorem Monaſterium, cujus in uſum Miſſale adornatum erat, extructum fuerat; & propterea quotannis illorum Martyrum memoria peculiari cultu celebrabatur. Leviora cuiquam fortaſſe hæc videri poterunt, ſed in tanta rerum obſcuritate, cum certa haberi nequeant, veriſimilia ſequi neceſſe eſt, & cum manifeſta argumenta, & certæ probationes nobis non ſuppetant, ſi conjecturas, & probabilia ſectemur, quis nos jure reprehendet, donec certiora habeantur?

Monachi dicti Monaſterii unde venerint.

Eadem igitur via incedendo, haud vanum

Digitized by Google

num erit, nec fortaſſe lectori ingratum, ſedulo inquirere, ex quo Monaſterio Paſchalis Papa Monachos, quos in Monaſterio Sanctorum Sergii, & Bacchi collocavit, Romam acciverit. Profecto ſi ex veriſimili conjectura aliquid affirmare licet, haud videtur improbabile, eos advocatos fuiſſe ex Monaſterio Spoletinæ Diœceſis, illud autem fuiſſe antiquiſſimum Monaſterium S. Petri de Florentillo ſive de Firentillo Ordinis Sancti Benedicti, quod poſterioribus temporibus Baſilicæ Lateranenſi cum omnibus bonis, juribus, & omnimoda juriſdictione perpetuo unitum fuit. Monaſterium enim Sancti Petri initio octavi ſæculi fundatum fuiſſe a Faroaldo Spoletanorum Duce, [a] traditum eſt. Cum autem hujus Monaſterii prima jacta ſunt fundamenta, vel cum

[a] De quo *Paullus Warnefridus de geſtis Longobardorum cap.* 13. *& lib.* 4 *cap.* 44. *Campelli Iſtoria di Spoleto lib.* 12 *in fin. & XIII. in princ. ann.* 718. *Relatio ms. in Arch. Baſil. Lateranen.* Ex eo deinde anno circiter 840. Sigualdus Epiſc. Monachos ejecit, quos in eumdem locum reſtituit Luytardus ejus ſucceſſor. Poſtea Monaſterium, fugatis Monachis, a barbaris direptum, ac devaſtatum eſt, ſed Ottonem III. Imperatorem revocatis Monachis in integrum reſtituiſſe, ferunt.

Ughell. de Epiſc. Spoletin. Ital. Sac. Tom. I. Lubin. Notit. Abb. Ital.

Digitized by Google

cum poſtea everſum Chriſtianorum Principum pietas reſtauravit, veroſimillimum eſt, ex vicinia Monachos accerſitos fuiſſe, nempe ex celebri Monaſterio, quod non magno itineris intervallo diſtabat, Sanctarum Floræ, & Lucillæ Ordinis Sancti Benedicti Aretinæ Diœceſis. Hinc autem, non alia ex cauſa eveniſſe puto, cur in noſtro Miſſali præter Sanctos, qui in omnibus Sacramentariis, & Miſſalibus Romanæ Eccleſiæ reperiuntur, occurrant etiam Sancti Eccleſiarum Spoletinæ & Aretinæ, cujuſmodi ſunt SS. Flora & Lucilla, Donatus & Hilarinus, ſeu Hilarianus, Sabinus Epiſcopus, & Gregorius Martyres, aliique non ſolum Spoleti, & Aretii, ſed in Umbria, & Thuſcia religioſo cultu celebres.

De orationibus Liturgicis, earumque uſu in Eccleſia Lateranenſi.

Neque quemquam fore puto, qui, ut ſibi, aliiſque ſuadeat, Miſſale noſtrum a Baſilica Lateranenſi, ejuſque Monachis abjudicandum eſſe, illud oppoſiturus ſit, quod ex aliorum teſtimonio ſcribit clariſſimus vir Dominicus Georgius: *Singularis ſeculo XIII. fuiſſe videtur mos Ba-*

De Liturg. Roman. Pont. lib. 5. num. 4. pag. 119.

Baſilica Lateranenſis, qua, ut Joannes Diaconus, & Durandus narrat, nunquam orationes Liturgicas in Miſſa, & in Divinis Officiis, nimirum in omnibus horis Canonicis uſurpabat, ſed Orationem Dominicam earum loco, quod in novo Teſtamento hæc prima oratio fuerit &c... Durando ſuccinit Rodulphus Tungrenſis. Cum itaque in noſtro Miſſali, perinde ac in aliis omnibus Sacramentariis Romanæ Eccleſiæ orationes Liturgicæ legantur, hinc argumentari velit, nequaquam Lateranenſis Baſilicæ, ſed alterius omnino Eccleſiæ illud fuiſſe. Et quidem Durandus Epiſcopus Mimatenſis in Rationali Divinorum Officiorum, ubi de oratione, ſeu collecta agit, talia ſcribit: *In Eccleſia Lateranenſi nunquam dicitur oratio: Sed in Miſſa, & in omnibus horis loco orationis alta voce pronuntiatur Oratio Dominica, qua in novo Teſtamento prima oratio fuit: Nam & in primitiva Eccleſia ſic fiebat.* At vero apud Rodulphum Tungrenſem loco laudato a Dominico Georgio, hoc eſt Propoſit. XIII.

De Baſil. Later. cap. 7. *Lib. 4. cap. 15.* *Lib. IV. cap. XV. num. 17.*

hac de re nihil reperi, an alibi eadem de re verba faciat, ignoro. Profecto Joannes Diaconus,(quem Durandus male intellexit ſeu explicavit) in libello de Eccleſia Lateran. cap.VII., cui Titulus eſt: *De Oratione Dominica, quæ in omni Officio frequentatur*: nequaquam id, quod Durandus ſcribit, affirmat, ſed tantum tradit, in Eccleſia Lateranenſi dici non conſueviſſe alias orationes, ſed ſolam Orationem Dominicam in Officiis, hoc eſt in matutinis horis, & veſperis; de Miſſa autem, ſeu Miſſarum officio ne verbum quidem. Verba Joannis Diaconi (*extat ms. in antiqu. Cod. Archiv. Lateranen.*, *& apud Mabillon. in Muſæo Italico in Append. pagina* 566.) talia ſunt: *Hæc* (Eccleſia Lateranenſis) *reſervans Apoſtolicam Inſtitutionem nonniſi Dominica in officiis utitur oratione: quoniam aliæ Orationes poſtea ſunt ſuperadditæ; & congruum eſt, atque conveniens, ut prima & ſumma omnium aliarum Eccleſiarum, primam & ſummam omnium aliarum orationem frequentet; & quæ*

Sal-

Digitized by Google

Salvatoris vocabulo conſecrata eſt, Salvatoris orationem, quam diſcipulos ſuos orare docuit, præ cæteris præcipuam habeat. Jmmo tantum aberat, ut in Eccleſia Lateranenſi, cum Sacerdotes Sacris operarentur, collectas non recitarent, quin etiam in ipſis Eccleſiaſticis officiis ad veſperas, & ad matutinas horas nonnullæ collectæ erant, quæ a Summo Pontifice dumtaxat, vel a ſeptem Collateralibus Epiſcopis in eadem Baſilica dici ſolebant, quod idem Joannes Diaconus nobis teſtatur; quoniam loco laudato inſtitutum ſermonem ita proſequitur: *Sunt præterea aliæ quædam collectæ ad matutinas, vel veſperas intitulatæ, quæ ab Apoſtolico, vel ab ejus ſeptem Collateralibus Epiſcopis tantum, & non ab aliis penitus in ipſa Eccleſia dici poſſunt*. Profecto quis unquam ſibi perſuadere poterit, morem recitandi collectas in Sacra Liturgia ab univerſali Eccleſia receptum, perpetuoque retentum, ætate ipſis naſcentis Eccleſiæ initiis æqualem, Apoſtolica origine venerandum, conſtanti totius Eccle-

ſiæ obſervatione conſecratum, adeo pietati fidelium alendæ utilem, adeo rerum gerendarum Majeſtati aptum, & decorum, in ſola Baſilica Lateranenſi, quæ prima, & Mater eſt omnium Eccleſiarum, quæ Sedes Romani Pontificis, & aliarum Magiſtra, ad ſæculum uſque XIV. ſervatum non fuiſſe? & quod utique prorſus inveriſimile, atque incredibile eſt, cum tot auctores de Sacris Romanæ Eccleſiæ ritibus variis temporibus ſcripſerint, & accuratiſſime etiam minima quæque, & parvi momenti adnotarint, hac de re tanti momenti, quæ ab omnium Romanæ Urbis, & totius Orbis Eccleſiarum moribus diſcrepabat, neminem ante Durandum Mimatenſem Epiſc., qui ſæculo XIII. vel XIV. vixit, ne meminiſſe quidem? Sed ad hanc fabulam rejiciendam alii antiqui Eccleſiaſtici Codices Lateranenſis Baſilicæ, qui in ejus Archivo cuſtodiuntur, ſufficiunt; in his enim orationes, & collectæ, perinde ac in aliarum Eccleſiarum libris continentur, ipſi autem vel ſæculo duodecimo,

quo

quo tempore Joannes Diaconus vixit, vel non multo poſt ſcripti ſunt. Profecto Onuphrius Panvinius in Eccleſiaſtica hiſtoria, & Sacris Romanæ Eccleſiæ Ritibus egregie eruditus, & Lateranenſis Eccleſiæ morum, antiquarumque conſuetudinum, ſi quis alius, peritiſſimus, ſententiæ noſtræ non obſcure ſuffragari videtur. Nam in ejuſdem Baſilicæ hiſtoria ab eo ſcripta, ubi recenſet peculiares Lateranenſis Eccleſiæ Ritus, nequaquam affirmat, in Miſſa orationes Liturgicas omittere, earumque loco ſolam orationem Dominicam recitare, ſed id in horis Canonicis dumtaxat ſervare conſueviſſe: Clariſſimi hujus ſcriptoris verba talia ſunt: *Quum Miſſæ in ea celebrantur, non dicitur tertia vice, qua repetitur Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,* DONA NOBIS PACEM, *ſed tantùm,* MISERERE NOBIS, *idque etiam tertio, quod in Cæleſti Eccleſia, cujus iſta gerit typum, ſempiterna pax ſit. In ſacris quoque horis Canonicis tantùm Oratio Dominicalis, Pater noſter, dicitur, ut intelligatur eam primam omnium*

Panvin. de Baſil. Lateranen. lib. 1. fol. 26. ms. in Archiv. Lateran.

Digitized by Google

omnium Eccleſiarum eſſe, quæ ſummam tantùm omnium orationum frequentet, & quæ Salvatoris nomini dicata eſt, nonniſi Salvatoris orationem, quam diſcipulis ſuis docuit, uſurpet.

Quo tempore Codex noſter ſcriptus ſit.

Sed his omiſſis, quæ parum, aut nihil dubitationis habent, ad diſquirendam ætatem noſtri Miſſalis progrediamur. Id quidem mea ſententia haud difficile eſt. Nam, vel ſeculo XI. exeunte, vel non multo ante ſcriptum fuiſſe, aperte indicari videtur tum ex forma, & ſpecie characteris, tum etiam, quia in eo non leguntur nomina Sanctorum, qui ſæculo duodecimo, vel ſubſequentibus in Sanctorum catalogum a Romanis Pontificibus relati ſunt. Additur præterea, quod in eodem Codice non ſolum diverſo, & paulo recentiori manu adjuncta legitur integra Miſſa de Trinitate, ſed inſuper in fine ejuſdem Miſſæ, & in margine alia poſterior minus antiqua, ut ex ipſa forma, & literarum ductu comperitur, additio facta occurrit quarundam orationum, quas inter legitur Oratio, *A cunctis*, quam certo con-

conſtat compoſitam fuiſſe ab Innocentio III. ex teſtimonio Gulielmi Durandi, qui ſcribens de Orationibus, ſeu Collectis: *Innocentius Papa Primus compoſuit*, inquit, *quatuor collectas pro menſe Septembri. Innocentius vero Papa Tertius compoſuit illam: A cunctis nos, quaſumus Domine, mentis & corporis defende &c.* Electus eſt autem Pontifex Innocentius III. initio anni 1198., cum igitur additio illius orationis ſit recentior, & poſterior alia nova additione facta noſtro Miſſali, neceſſario conſequens eſt, illud vel exeunte ſæculo XI., vel ad ſummum initio ſequentis ſæculi XII. ſcriptum fuiſſe, fieri enim haud certe potuit, ut ſerius eo tempore literis conſignaretur. Parvi refert, quod præter novem antiquas præfationes, quarum fertur, auctorem fuiſſe Pelagium Pontificem, legatur Præfatio de S. Maria Virgine, quæ aliis novem in Synodo Placentina ab Urbano II., ut quidam putant, addita eſt. Nam Synodus illa habita eſt an. 1095., præterea veroſimilius eſt, quod ea præfatio, cum jam apud Urbis

Gul. Durand. Ration. Divin. Offic. lib. IV. cap. XIV. num. 16. pag. 114.

Can. invenimus diſt. 1. de conſecr.

Labb. Collect. Concil. Tom. X. pag. 504 & ap. Grat. can. Sanctorum diſt. 70.

Urbis Eccleſias in uſu eſſet, Synodali decreto a Rom. Pont. Urbano iterum approbata, ſeu *canonizata*, conſtitutum fuiſſe in Synodo Placentina, ut deinceps ab omnibus inter Sacra, perinde ac aliæ novem, ſtatis ſuis diebus recitaretur. Id haud obſcurè indigitari videtur ex antiquis decretis Liturgicis, in quibus hæc leguntur: *Pelagius Papa IX. Præfationes conſtituit, ideſt, unam in albis Paſchalibus &c.* deinde ſingulis novem Præfationibus enumeratis, talia ſubjiciuntur: *Decima vero a Domno Urbano II. Papa canonizata eſt: ET TE IN VENERATIONE &c.*

Decreta Lituric. edidit ex Cod. Reg. Svec. 73. pag. 56. col. 2. ſæc. circa XII. Dominicus Georgius in appen. Tom. III. de Liturg. Roman. Pontif. pag. 435.

Quanti faciendum ſit noſtrum Miſſale.

Non ideo tamen, quia noſtrum Miſſale vetuſtiorem originem non habet, contemnendum, atque abjiciendum eſſe, quempiam decernere velim; Primum, quia poſito, quod ſpectaverit ad Monachos, qui Baſilicæ Lateranenſi inſerviebant, certum eſt, illud ad Lateranenſem Baſilicam quadantenus pertinuiſſe, de qua doctiſſimus vir Mabillonius a me ſupra relatus: *Quiſquis veteres*, inquit, *Romanæ Eccleſiæ ritus accurate indagare cupit,*

Digitized by Google

cupit, ſtudioſius ea legere debet, quæ pertinent ad Eccleſiam Lateranenſem. Deinde quia in noſtro Miſſali non XI., aut proximorum ſæculorum Sacri Ritus, orationes, ac preces ſervatæ, & comprehenſæ ſunt; ſed longe anteriorum temporum, & vetuſtioris ævi nobis exhibentur. Qua de re certam fidem nobis faciunt nomina Sanctorum, qui in eo recenſentur, quos inter recentiores ſunt SS. Benedictus, Scholaſtica, Columbanus, quorum primus obiit in Domino 21. Martii anni Domini 543., ut conjicit Mabillonius, vel die 26. Martii ann. 544., ut cenſet Pagius; Scholaſtica verò anno 543., & Columbanus in Monaſterio Bobienſi ex hac mortali vita deceſſit anno Domini 615. Præterea plura ubique ejus venerandæ antiquitatis occurrunt indicia, quorum aliqua hoc in loco, alia verò in notis, ubi occaſio ſe obtulerit, memorabo. Hujuſmodi ſunt, quod quatuor tantum dies feſti de Beata Maria Virgine, ut in omnibus antiquis Sacramentariis adnotantur, nempe Nativitatis, Purificatio-

Annal. Bened. lib. V. §. 8.

Pag. in Crit. ad Annal. Baron. ann. 544. num. XI.

nis, Aſſumptionis, & Annunciationis: duæ Miſſæ præſcribuntur in die Natali S. Joannis Evangeliſtæ, S. Joannis Baptiſtæ, & S. Laurentii, præter Miſſam de Vigilia: Benedictiones Candelarum, & Palmarum omnino diverſæ ſunt ab illis, quæ in aliis Miſſalibus, ſeu Ritualibus manuſcriptis, & in Miſſali Romano impreſſo leguntur: nulli in eo habentur tropi, proſæ, & ſequentiæ, aliique hujuſmodi Rythmi, qui ineunte ſæculo XI. Miſſalibus inſerti ſunt, de quibus ait Eminentiſſimus Cardinalis Bona: *nullum eorum veſtigium inveni apud Scriptores, qui ante annum Chriſti milleſimum libros de Divinis Officiis ediderunt*; & eruditiſſimus vir Dominicus Georgius: *nullum ſane*, ait, *de tropis ante ſæculum Chriſti XI. hactenus exemplum deprehendi. A Monachis ad alias Eccleſias ante ann. Domini* 1031. *hic mos derivatus erat. Nam Concilium Lemovicenſe anno Domini* 1031. *habitum de his tropis in Eccleſia cantandis meminit*. Et fuſius idem clariſſimus auctor de tropis, proſis, & ſe-

Bona rerum Liturg. lib. II. cap. 3.

Seſſ. 2. Concil. tom. IX. pag. 890.

& ſequentiis tractat in diſſertatione tertia, & quarta, quas tomo ſecundo de Liturgia Romani Pontificis præfixit. His omnibus accedit, quod in eo non habetur octava Epiphaniæ, ſicuti etiam deeſt in antiquo Sacramentario Gregoriano, quod ex veteri Colonienſi Codice edidit Pamelius, & in altero, quod noviſſime publicavit Ludovicus Antonius Muratorius, neque etiam habetur in Gelaſiano, neque in aliis libris Liturgicis vetuſtioribus; extat tamen in Sacramentario Gregoriano Menardi, & in aliis libris Liturgicis paulo recentioribus, ex quibus deſcriptam Pamelius ſuo Sacramentario inſeruit; unde conſtat, quàm recte cl. me. Cardinalis Thomaſius judicaverit, qui verba faciens de Sacramentariis Gregorianis editis Romæ ab Angelo Roccha, Coloniæ a Pamelio, Pariſiis ab Hugone Menardo, quorum quiſque ſuam editionem, ut germanum Gregorii fœtum, prædicat: *Sed mirum eſt*, inquit, *quam inter ſe diſſideant, ut difficile ſit, litem decidere, nec ego tantorum Virorum* Card. Thomaſ. in Præfat ad Cod. Sacram.

rum Judex eſſe poſſum, aut volo; illud tamen pro veritatis amore ſilere non debeo, Pamelio præ reliquis me adhærere, moveor enim ex antiquiſſimorum manuſcriptorum Codicum conſenſu, moveor ex multorum Feſtorum, Miſſarumque defectu in ejus editione (ſi tamen, quæ virgulis, vel quæ tanquam aliunde adſcita Pamelius ipſe adnotavit, diligenter dempſeris) moveor ex illius brevitate, quæ Gregorianam correctionem juxta Joannis Diaconi narrationem magis redolere videtur; nec minoris momenti dixerim Grimoldi Abbatis, ſive Alcuini Magiſtri Caroli Magni, juxta Micrologum, teſtimonium in prælaudata præfatione, quam Gregoriano operi adtexuit. Sed revertor ad octavam Epiphaniæ, a qua paululum digreſſus ſum: Octavam Epiphaniæ celebrari non conſueviſſe ſæculo octavo, nobis certo compertum ſit ex fragmento epiſtolæ Caroli Magni ad Albinum Abbatem, quod ex collectione Cardinalis Laborantis deſcriptum in adnotatione ad octavam Epiphaniæ retuli; initio autem

ſæ-

ſæculi noni uſu receptam fuiſſe, fidem faciunt verba Amalarii, qui lib. IV. de Eccleſiaſticis Officiis cap. trigeſimoquarto tractat de octavis Theophaniæ, tanquam de ſolemnitate non recens inſtituta, ſed jam ubique uſitata, & frequentata, cujus officium ubique terrarum Romano Ritu celebrari conſueverit. Scripſit autem Amalarius libros de Divinis, ſeu Eccleſiaſticis Officiis ad Ludovicum Imperatorem Caroli Magni filium circa annum 827. *In Theophania*, inquit, *celebramus, quomodo Dominus a Magis ſit inquiſitus, & inventus, ac adoratus; quomodo lætati ſint Convivæ in nuptiis, quomodo ſit baptizatus. Quæ omnia poſſumus dignoſcere ex Antiphonis, quæ cantantur in Matutino. In octavis ejus celebratur res, pro qua Chriſtus baptizatus eſt, hoc eſt noſtrum lavacrum, per quod noſtra peccata abluantur, quale eſt illud de prima Antiphona in octavis Theophaniæ. VETEREM HOMINEM RENOVANS SALVATOR &c.* Deeſt quoque in noſtro Miſſali octava Aſſumptionis, quam inſti-

tutam

tutam fuiſſe anno 847. a Leone IV., nobis innoteſcit ex teſtimonio Sigeberti, qui ita de eodem Pontifice tradidit: *Decrevit, ut octavæ Aſſumptionis Sanctæ Mariæ in Eccleſia Romana celebrarentur, quod antea non fiebat:* adſtipulatur Sigeberto Anaſtaſius in vita ejuſdem Pontificis his verbis: *Octavam Aſſumptionis Beatæ Dei Genitricis diem, quæ minime Romæ antea colebatur, vigiliis ſacris, matutiniſque cum omni Clero pernoctans laudibus in Baſilica ejuſdem ſemper Virginis Dominæ Noſtræ, quæ foris muros juxta Baſilicam Beati Laurentii Martyris ſita eſt, celebrari præcepit.* Nulla inſuper feſta Apoſtolorum in ipſo leguntur, niſi ea, quæ in omnibus Sacramentariis Gregorianis ſæculo VIII., vel IX. ſcriptis habentur. Sed de illius antiquitate haud plura; nam hæc æquo lectori ſatis eſſe videntur, ut de noſtro Miſſali favorabilius cenſeat.

Quid in hoc Miſſali edendo curatum fuerit.

Sed priuſquam finem dicendi faciam, quid ego in hac editione adornanda præſtiterim, paucis exponam. Primùm noſtrum

Digitized by Google

ſtrum Miſſale accuratè contuli cum Miſſali Romano Venetiis edito anno 1718., & varias lectiones diligenter adnotavi; præterea nonnullas adnotationes iis in locis, ubi mihi opus eſſe, & res poſtulare videbatur, & ubi aliquid ſpeciale in noſtro Miſſali occurrebat, adſcripſi: multo quidem plura & doctiora, haud ignoro, adnotari potuiſſe ab eo, cui majus otium aut eruditionis copia adfuiſſet; ſed fortaſſe neque noſtra prorſus inutilia erunt, & quæ deerunt, facile eruditus lector ex tot Doctorum hominum libris, ac Commentariis de rebus Liturgicis per ſe addere, noſtraque emendare, ac ſupplere poterit.

Digitized by Google

INDEX

Eorum, quæ in Appendice continentur.

I. EPiſtola de ritu inſpergendi Sacri Cineris ſuper caput Romani Pontificis. *pag.* 329

II. Sententia Ven. Card. Thomaſii de Feria IV. in Capite Jejunii ex Cod.ms. inſignis Bibliothecæ Doctiſſimi Card. Monti. 341

III. Conſultatio de commemoratione Romani Pontificis in Sacris officiis apud Græcos. 351

IV. Paſſio S. Sabini Epiſc. & Mart. ex Cod. Baſilicæ Lateranenſis. 467

V. Miſſa in Feſto S. Hieronymi Preſbyteri ex Cod. Bibl. Vallic. 478

VI. Sermo in Dedicatione Eccleſiæ ex Cod. Bibl. Vatic. 480

VII. Sermo in Dedicatione Eccleſiæ Salvatoris ex Cod. Baſil. Lat. 493

VIII. Sermo SSmi D. N. Benedicti Papæ XIV. in Dedicatione Eccleſiæ S. Apollinaris. 498

MA-

Digitized by Google

(a) MADIUS habet dies XXXI.
Et Luna XXX.

b	Kal. Maj.	Philippi & Jacobi.
c	VI. nonas	
d	V. nonas	Inventio S. ✠ Alexandri, Eventi, & Theodoli, & S. * Pantaleonis.
e	IIII. non.	
f	III. non.	
g	II. non.	Johannes ante portam lat.
a	Non.	
b	VIII. id.	S. Angeli.
c	VII. id.	Translatio S. Nicolai.
d	VI. id.	Gordiani, Epymachi, & Chriſtinæ, & * Cataldi.
e	V. id.	
f	IIII. id.	Pancratii, Nerei, & Achillei, & S. * Montani.
g	III. id.	
a	II. id.	* Bonifacii mar. . . .
b	Idibus	* Valentini conf.
c	XVIII. Kal. Jun.	Hylarii.
d	XV.	. . . . .
		Reliqua deſunt.

(a) In fronte noſtri Codicis præfixum extat veteris Kalendarii fragmentum, quod ut lectori rem gratam facerem, hoc loco edendum curavi. Scriptum eſt manu minus antiqua, quàm noſtrum Miſſale, & exaratum videtur vel in fine ſeculi XII., vel ineunte ſæculo XIII. Et quoniam in eo nonnulla Sanctorum nomina leguntur, quorum nullum Officium, ſeu Miſſa eſt in noſtro Miſſali, & inſuper addita ſunt alia nomina Sanctorum recentiori manu, ut a reliquis diſtingui poſſint, illa * aſteriſco notavi; hæc alio charactere, quem vulgo curſivum vocant, typis expreſſa ſunt.

JUNIUS habet dies XXX.
Et Luna XXVIIII.

e	Kal. Junii.	Nicomedis mart. & XII. corpora Sanctorum, & S. . . . .
f	IV. nonas.	Marcellini & Petri.
g	III. non.	*Sanctorum Laurentini & Pergentini m.*
a	II. non.	*S. Feliciſſimæ mart.*
b	nonis	*Feſtum Conſacrationis Eccleſiæ.*
c	VIII. idus	
d	VII. idus	
e	VI. idus	
f	V. idus	Primi & Feliciani.
g	IV. idus	
a	III. idus	Barnabæ Apoſtoli.
b	II. idus	Baſilidis, Cirini, Na . . .
c	idibus	
d	XVIII. Kal. Julii	. . . . .

Reliqua deſunt.

JULIUS

Digitized by Google

JULIUS habet XXXI.
Et Luna XXX.

g	Kal. Julii	Octava S. Joannis.
a	VI. non.	Proceſſi & Martiniani.
b	V. non.	*S. Muſtiolæ Virg.*
c	IIII. non.	
d	III. non.	
e	II. non.	Octava Apoſtolorum Petri & Pauli.
f	non.	
g	VIII. idus	
a	VII. idus	
b	VI. idus	Sanctorum Septem Fratrum, & S. . . .
c	V. idus	
d	IV. idus	Naboris, & Felicis.
e	III. idus	S. * Margaritæ Virg.
		Reliqua deſunt.

AUGUSTUS habet dies XXXI.
Et Luna XXVIIII.

c	Kal. Aug.	S. Petri a Vincula, & Machabeorum, & S...
d	IIII. nonas	Stephani Papæ.
e	III. non.	Inventio corporis S. Stephani.
f	II. non.	*S. Juſtini* . . . .
g	nonis	
a	VIII. idus	Xiſti, Feliciſſimi, & Agapiti.
b	VII. idus	Donati, & Yllariani mart.
c	VI. idus	Ciriaci mart.
d	V. idus	Vig. S. Laurentii.
e	IIII. idus	Laurentii mart.
f	III. idus	Tiburtii mart., & * Rufini.
g	II. idus	*S. Claræ Virg.* . . . .
a	idibus	Ipoliti, & Caſſiani mart.
b	XVIIII. Kal.	Vig. S. Mariæ, & S. . . . .
c	XVIII.	Aſſumptio S. Mariæ.
d	XVII.	

Reliqua deſunt.

SE-

SEPTEMBER habet dies XXXI.
Et Luna XXX.

f	Kal. Septemb.	* Egidii & Terentiani.
g	IIII. non.	* Antonini mart.
a	III. non.	die . . . .
b	II. non.	
c	nonis	
d	VIII. idus	
e	VII. idus	
f	VI. idus	Nativitas S. Mariæ.
g	V. idus	Gorgoni mart.
a	IIII. idus	
b	III. idus	Proti & Jacinti.
c	II. idus	
d	idibus	S. . . . .
e	VIII. Kal. Octob.	Exaltatio S. Crucis, & S. Cornelii.
f	XVII.	Nicomedis.
g	XVI.	Eufemiæ virg.
a	XV.	
b	XIIII.	
c	XIII.	
d	XII.	Vig. S. Mathæi.
e	XI.	S. Mathæi Apoſtoli.
f	X.	Mauricii cum Sociis SS.
g	VIIII.	
a	VIII.	* Conceptio Johannis Baptiſtæ.
b	VII.	
c	VI.	
d	V.	Coſmæ & Damiani.
e	IIII.	
f	III.	S. Michaelis Arch.
g	II.	Hieronymi Presbyteri.

OCTO-

Digitized by Google

OCTOBER habet dies XXXI. Et Luna XXVIIII.

a	Kal. Octobris	* Severi.	
b	vi. nonas		
c	v. nonas		
d	iv. nonas	*S. Franciſci conf.*	
e	iii. nonas		
f	ii. nonas		
g	nonis	Marci PP.	
a	viii. idus		
b	vii. idus	Dioniſii, Ruſtici, Leutherii.	
c	vi. idus		
d	v. idus		
e	iv. idus		
f	iii. idus		
g	ii. idus	* Gaudentii.	
a	idus		
b	xvii. Kal. Nov.		
c	xvi.		
d	xv.	Lucæ Evangeliſtæ.	*Sol in Scorpione.*
e	xiv.		
f	xiii.		
g	xii.		
a	xi.		
b	x.		
c	ix.		
d	viii.	* Griſanti & Dariæ.	
e	vii.		
f	vi.	Vig. Apoſtolorum Simonis & Judæ.	
g	v.	Natale eorumdem.	
a	iv.		
b	iii.		
c	ii.	Vigilia omnium Sanctorum.	

NO-

Digitized by Google

NOVEMBER habet dies XXX.
Et Luna XXX.

d	Kal. Novembris	Omnium Sanctorum, & Cæſarei.
e	IV. non.	
f	III. non.	
g	II. non.	*Sanctorum Martyrum Vitalis, & Agricolæ.*
a	nonas	* Leonardi Confeſſ.
b	VIII. idus	
c	VII. idus	
d	VI. idus	Quatuor Coronatorum.
e	V. idus	Dedicatio S. Salvatoris, & Theodoli.
f	IV. idus	
g	III. idus	Martini Epiſcopi.
a	II. idus	* Victoris mart.
b	idus	* Britii Epiſcopi.
c	XVIII. Kal. Dec.	
d	XVII.	
e	XVI.	
f	XV.	
g	XIV.	
a	XIII.	
b	XII.	
c	XI.	
d	X.	Cæciliæ Virg.
e	IX.	Clementis mart.
f	VIII.	Chriſochoni
g	VII.	Proſperi, *& S. Catarinæ V. & M.*
a	VI.	
b	V.	
c	IV.	
d	III.	Vigilia Andreæ Apoſt. & Saturnini, & . . .
e	II.	Andreæ Apoſtoli.

DE-

Digitized by Google

DECEMBER habet dies XXXI.
Et Luna XXIX.

f	Kal. Decembris	
g	IIII. non.	S. * Bibianæ Virg.
a	III. non.	S. * Petri Ravennatis Epiſcopi .
b	II. non.	* Barbaræ Virg.
c	non.	* Sabæ Abbatis .
d	VIII. idus	Nicolai Epiſcopi .
e	VII. idus	* Ambroſii , & Savini Epiſcopi .
f	VI. idus	*Conceptio B: M.*
g	V. idus	*S. Syri Epiſcopi , & Confeſſ.*
a	IV. idus	
b	III. idus	
c	II. idus	
d	id.	Luciæ Virginis .
e	XVIIII. Kal. Jan.	
f	XVIII.	
g	XVII.	
a	XVI.	
b	XV.	*Sol in Capricornio .*
c	XIV.	
d	XIII.	Vig. Thomæ Apoſtoli .
e	XII.	Thomæ Apoſtoli .
f	XI.	
g	X.	Gregorii , & * Victorinæ .
a	IX.	Vigilia Nativitatis Domini .
b	VIII.	Nativitas D. N. J. C.
c	VII.	Stephani Prothomart.
d	VI.	Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ .
e	V.	Sanctorum Innocentum .
f	IIII.	S. * Thomæ Epiſcopi & Mart.
g	III.	
a	II.	Silveſtri Papæ .

JA-

Digitized by Google

(a) JANUARIUS.

L. D.		D. M.	
A	Kal.	1	
b	IV.	2	
c	III.	3	
d	Prid.	4	
e	Non.	5	
f	VIII.	6	
g	VII.	7	
A	VI.	8	
b	V.	9	
c	IV.	10	
d	III.	11	
e	Prid.	12	
f	Idib.	13	
g	XIX.	14	Felicis Confeſſoris. pag. 170
A	XVIII.	15	
b	XVII.	16	Marcelli Papæ, & mart. pag. 171.
c	XVI.	17	
d	XV.	18	Priſcæ Virg. & mart. p. 172
e	XIV.	19	Marii, Marthæ, Audifacis, & Abachum mart. pag. 173
f	XIII.	20	Fabiani, & Sebaſtiani mart. pag. 175
g	XII.	21	Agnetis Virg. & mart. pag. 177
A	XI.	22	Vincentii mart. pag. 177
b	X.	23	
c	IX.	24	
d	VIII.	25	Converſio S. Pauli Apoſtoli. pag. 179
e	VII.	26	
f	VI.	27	
g	V.	28	Agnetis ſecundo. pag. 180
A	IV.	29	
b	III.	30	
c	Prid.	31	

(a) Ad ſupplenda, quæ deerant in Kalendario noſtri Miſſalis, aliud, quod ſequitur, confeci Kalendarium ex nominibus Sanctorum, quorum Officia, ſeu Miſſæ in eodem noſtro Codice habentur.

Digitized by Google

FEBRUARIUS.

L. D.		D. M.	
d	Kal.	1	
e	IV.	2	Purificatio S. Mariæ. Benedictio Ceræ. p. 181
f	III.	3	
g	Prid.	4	
A	Non.	5	Agathæ Virg. & mart. pag. 186
b	VIII.	6	
c	VII.	7	
d	VI.	8	
e	V.	9	
f	IV.	10	Scholaſticæ Virg. pag. 187
g	III.	11	
A	Prid.	12	
b	Idib.	13	
c	XVI.	14	
d	XV.	15	
e	XIV.	16	
f	XIII.	17	
g	XII.	18	
A	XI.	19	
b	X.	20	
c	IX.	21	
d	VIII.	22	Cathedra S. Petri Antiochiæ. pag. 188
e	VII.	23	
f	VI.	24	Mathiæ Apoſtoli. pag. 190
g	V.	25	
A	IV.	26	
b	III.	27	
c	Prid.	28	

MAR-

Digitized by Google

MARTIUS.

L. D.		D. M.	
d	Kal.	1	
e	VI.	2	
f	V.	3	
g	IV.	4	
A	III.	5	
b	Prid.	6	
c	Non.	7	
d	VIII.	8	
e	VII.	9	
f	VI.	10	
g	V.	11	
A	IV.	12	Gregorii Papæ, & Conf. pag. 190.
b	III.	13	
c	Prid.	14	
d	Idib.	15	
e	XVII.	16	
f	XVI.	17	
g	XV.	18	
A	XIV.	19	
b	XIII.	20	
c	XII.	21	Benedicti Abbatis. pag. 192.
d	XI.	22	
e	X.	23	
f	IX.	24	
g	VIII.	25	Annuntiatio Dominica. pag. 193.
A	VII.	26	
b	VI.	27	
c	V.	28	
d	IV.	29	
e	III.	30	
f	Prid.	31	

Digitized by Google

APRILIS.

L. D.		D. M.	
g	Kal.	1	
A	IV.	2	
b	III.	3	
c	Prid.	4	
d	Non.	5	
e	VIII.	6	
f	VII.	7	
g	VI.	8	
A	V.	9	
b	IV.	10	
c	III.	11	
d	Prid.	12	
e	Idib.	13	Euphemiæ Virg. & mart. pag. 194
f	XVIII.	14	Tiburtii, & Valeriani, & Maximi mart. pag. 195
g	XVII.	15	
A	XVI.	16	
b	XV.	17	
c	XIV.	18	
d	XIII.	19	
e	XII.	20	
f	XI.	21	
g	X.	22	
A	IX.	23	Georgii mart. pag. 196.
b	VIII.	24	
c	VII.	25	Marci Evangeliſtæ. Litaniæ Majores. pag. 197
d	VI.	26	
e	V.	27	
f	IV.	28	Vitalis mart. pag. 200
g	III.	29	
A	Prid.	30	Vigilia. pag. 201

MA-

Digitized by Google

MAJUS.

L. D.		D. M.	
b	Kal.	1	Philippi, & Jacobi Apoſtol. pag. 202
c	VI.	2	
d	V.	3	Alexandri, Eventi, Theoduli mart. Juvenalis Epiſc. Conf. Inventio S. Crucis. pag. 203
e	IV.	4	
f	III.	5	
g	Prid.	6	Johannis ante Portam Latinam. pag. 205
A	Non.	7	
b	VIII.	8	
c	VII.	9	
d	VI.	10	Gordiani, Epimachi, & Chriſtinæ mart. p. 206
e	V.	11	
f	IV.	12	Nerei, Achillei, & Pancratii mart. pag. 208
g	III.	13	
A	Prid.	14	
b	Idib.	15	
c	XVII.	16	
d	XVI.	17	
e	XV.	18	
f	XIV.	19	
g	XIII.	20	
A	XII.	21	
b	XI.	22	
c	X.	23	
d	IX.	24	
e	VIII.	25	Urbani Papæ, & mart. pag. 208
f	VII.	26	
g	VI.	27	
A	V.	28	
b	IV.	29	
c	III.	30	
d	Prid.	31	

J U N I U S.

L. D.		D. M.	
e	Kal.	1	Nicomedis, Juſtini, Creſcentini, Griciniani, Viriani, Orphiti, Exuperanti, Benedicti, & Fortunati. pag. 209
f	IV.	2	Marcellini, & Petri mart. Laurentini, & Pergentini mart. pag. 211
g	III.	3	
A	Prid.	4	
b	Non.	5	
c	VIII.	6	
d	VII.	7	
e	VI.	8	
f	V.	9	Primi & Feliciani. pag. 213
g	IV.	10	
A	III.	11	Barnabæ Apoſtoli.. pag. 213.
b	Prid.	12	Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarii. p.215
c	Idib.	13	
d	XVIII.	14	
e	XVII.	15	Viti mart. pag. 215
f	XVI.	16	
g	XV.	17	
A	XIV.	18	Marci, & Marcelliani mart. pag. 216
b	XIII.	19	Gervaſii, & Protaſii mart. pag. 217
c	XII.	20	
d	XI.	21	Vigilia Sanctorum Multorum. pag. 218
e	X.	22	Albini,Paulini,& Niceti Ep.cum CMLXXXIX. mart. pag. 220
f	IX.	23	Vigilia. pag. 221
g	VIII.	24	Nativitas S. Johannis Baptiſtæ. pag. 223
A	VII.	25	
b	VI.	26	Johannis, & Pauli mart. pag. 226
c	V.	27	
d	IV.	28	Leonis Papæ, & Conf. Vigiliа. pag. 227
e	III.	29	Petri & Pauli Apoſtol. pag. 229
f	Prid.	30	Commem. S. Pauli Apoſt. pag. 230

Digitized by Google

J U L I U S.

L. D.		D. M.	
g	Kal.	1	
A	VI.	2	Proceſſi & Martiniani mart. pag. 231
b	V.	3	
c	IV.	4	
d	III.	5	
e	Prid.	6	Octava Apoſtolorum Petri & Pauli. pag. 231
f	Non.	7	
g	VIII.	8	
A	VII.	9	
b	VI.	10	Septem Fratrum mart. pag. 232
c	V.	11	
d	IV.	12	
e	III.	13	Naboris, & Felicis mart. pag. 233
f	Prid.	14	
g	Idib.	15	Quirici mart. pag. 234
A	XVII.	16	
b	XVI.	17	
c	XV.	18	
d	XIV.	19	
e	XIII.	20	
f	XII.	21	
g	XI.	22	
A	X.	23	Apollinaris Epiſc. & mart. pag. 235
b	IX.	24	Chriſtinæ Virg. & mart. pag. 237
c	VIII.	25	Jacobi Apoſtoli, & Chriſtophori. pag. 238
d	VII.	26	
e	VI.	27	
f	V.	28	Nazarii, & Celſi mart. pag.239
g	IV.	29	Felicis, Simplicii, Fauſtini, & Beatricis, Floræ, & Lucillæ. pag. 240
A	III.	30	Abdon, & Sennen mart. pag. 242.
b	Prid.	31	

AU-

Digitized by Google

AUGUSTUS.

L. D.		D. M.	
c	Kal.	1	Petri ad Vincula, Machabæorum mart. & Euſebii Sacerd. & Conf. pag. 243
d	IV.	2	Stephani Papæ, & mart. pag. 246
e	III.	3	Inventio S. Stephani Protomart. pag. 246
f	Prid.	4	
g	Non.	5	
A	VIII.	6	Xiſti Papæ, & mart. Feliciſſimi, Agapiti, & Januarii mart. Bened. Uvæ. pag. 247
b	VII.	7	Donati, & Hylariani mart. pag. 249
c	VI.	8	Cyriaci, Largi, & Smaragdi mart. pag. 251
d	V.	9	Vigilia. pag. 251
e	IV.	10	Laurentii mart. pag. 252
f	III.	11	Tiburtii mart. pag. 254
g	Prid.	12	
A	Idib.	13	Hippolyti, & Caſſiani mart. pag. 254
b	XIX.	14	Euſebii Conf. Vigilia. pag. 255
c	XVIII.	15	Aſſumptio B. Mariæ Virg. pag. 257
d	XVII.	16	
e	XVI.	17	Octava S. Laurentii. pag. 258
f	XV.	18	Agapiti mart. pag. 259
g	XIV.	19	
A	XIII.	20	
b	XII.	21	
c	XI.	22	Timothei, & Symphoriani mart. pag. 260
d	X.	23	
e	IX.	24	
f	VIII.	25	Bartholomæi Apoſt. pag. 260
g	VII.	26	
A	VI.	27	
b	V.	28	Hermetis mart. & Auguſtini Epiſcopi, & conf. pag. 261
c	IV.	29	Decollatio S. Johannis Baptiſtæ, & S. Sabinæ mart. pag. 263
d	III.	30	Felicis. pag. 264
e	Prid.	31	

SE-

Digitized by Google

SEPTEMBER.

L. D.		D. M.	
f	Kal.	1	
g	IV.	2	
A	III.	3	
b	Prid.	4	
c	Non.	5	
d	VIII.	6	
e	VII.	7	
f	VI.	8	Nativitas B. Mariæ Virg. & S. Adriani mart. pag. 265
g	V.	9	Gorgoni mart. pag. 267
A	IV.	10	
b	III.	11	Proti & Hyacinti mart. pag. 267
c	Prid.	12	
d	Idib.	13	
e	XVIII.	14	Exaltatio S. Crucis, Cornelii, & Cypriani mart. pag. 268
f	XVII.	15	Nicomedis mart. pag. 269
g	XVI.	16	Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani mart. p. 270
A	XV.	17	
b	XIV.	18	
c	XIII.	19	
d	XII.	20	Vigilia. pag. 271
e	XI.	21	Matthæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ. pag. 272
f	X.	22	Mauritii, & Sociorum mart. pag. 273
g	IX.	23	
A	VIII.	24	
b	VII.	25	
c	VI.	26	
d	V.	27	Coſmæ & Damiani mart. pag. 274
e	IV.	28	
f	III.	29	Inventio, & dedicatio Baſilicæ S. Michaelis. pag. 275
g	Prid.	30	Hieronymi Confeſſ. pag. 277

OCTO-

Digitized by Google

OCTOBER.

L. D.		D. M.	
A	Kal.	1	
b	VI.	2	
c	V.	3	
d	IV.	4	
e	III.	5	
f	Prid.	6	
g	Non.	7	Marci Papæ, & conf. Sergii, & Bacchi mart. pag. 278
A	VIII.	8	
b	VII.	9	Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii mart. pag. 279
c	VI.	10	
d	V.	11	
e	IV.	12	
f	III.	13	
g	Prid.	14	Calliſti Papæ, & Confeſſ. pag. 280
A	Idib.	15	
b	XVII.	16	
c	XVI.	17	
d	XV.	18	Lucæ Evangeliſtæ. pag. 281
e	XIV.	19	
f	XIII.	20	
g	XII.	21	
A	XI.	22	
b	X.	23	
c	IX.	24	
d	VIII.	25	
e	VII.	26	
f	VI.	27	Vigilia. pag. 282
g	V.	28	Simonis, & Judæ Apoſtol. pag. 282
A	IV.	29	
b	III.	30	
c	Prid.	31	Vigilia. pag. 283

NO-

Digitized by Google

NOVEMBER.

L. D.		D. M.	
d	Kal.	1	Omnium Sanctorum, & Cæſarei mart., & Hilarii Epiſc. & Conf. pag. 285
e	IV.	2	
f	III.	3	
g	Prid.	4	
A	Non.	5	
b	VIII.	6	
c	VII.	7	
d	VI.	8	Claudii, Nicoſtrati, Symphoriani, Caſtorii, & Simplicii mart. pag. 287
e	V.	9	Theodori mart. pag. 288
f	IV.	10	
g	III.	11	Martini Epiſc. & Conf., Mennæ mart. pag. 289
A	Prid.	12	
b	Idib.	13	
c	XVIII.	14	
d	XVII.	15	
e	XVI.	16	
f	XV.	17	
g	XIV.	18	
A	XIII.	19	
b	XII.	20	
c	XI.	21	
d	X.	22	Cæciliæ Virg. & mart. pag. 291
e	IX.	23	Clementis Papæ, & mart., S. Columbani Sacerd. & Conf., Felicitatis mart. pag. 292
f	VIII.	24	Chryſogoni, & Proſperi mart. pag. 294
g	VII.	25	
A	VI.	26	
b	V.	27	
c	IV.	28	
d	III.	29	Saturnini, & Chryſanthi mart. Vigilia. p.295
e	Prid.	30	Andreæ Apoſtoli. pag. 297

DE-

Digitized by Google

DECEMBER.

L. D.		D. M.	
f	Kal.	1	
g	IV.	2	
A	III.	3	
b	Prid.	4	
c	Non.	5	
d	VIII.	6	Nicolai Epiſcopi, & Conf. pag. 159
e	VII.	7	Savini Epiſcopi, & mart. pag. 160
f	VI.	8	
g	V.	9	
A	IV.	10	
b	III.	11	
c	Prid.	12	
d	Idib.	13	Luciæ Virginis, & mart. pag. 162
e	XXIX.	14	
f	XVIII.	15	
g	XVII.	16	
A	XVI.	17	
b	XV.	18	
c	XIV.	19	
d	XIII.	20	Vigilia. pag. 163
e	XII.	21	Thomæ Apoſtoli. pag. 163
f	XI.	22	
g	X.	23	
A	IX.	24	Gregorii mart. pag. 164
b	VIII.	25	
c	VII.	26	Stephani Protomart. pag. 165
d	VI.	27	Joannis Evangeliſtæ. pag. 166
e	V.	28	Innocentium. pag. 169
f	IV.	29	
g	III.	30	
A	Prid.	31	Silveſtri Papæ, & Conf. pag. 170

DOM.

Digitized by Google

BK2
11.6.115 LXIX

(1) DOM. I. DE ADVENTU DOMINI.

(2) ORATIO.

EXcita, [a] *Domine quæſumus*, potentiam tuam, & veni: ut ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante ſalvari. Per.

A SE-

VAR. LECTIONES MISSAL.

a Quæſumus Domine, *in Miſſ. Rom. edito.*

ADNOTATIONES.

(1) Omnia fere Capitularia Evangeliorum, & Epiſtolarum, & plura Sacramentalia exordiuntur a vigilia, ſeu a die Natalis Domini: Codex autem Vaticanus 5465., in quo Capitulare Evangeliorum continetur, incipit a Dominica prima de Adventu Domini, ut monet (*a*) cl. Vir Dominicus Georgius; item Antiphonarius Sancti Gregorii, quem ex Codice membranaceo Em. Card. Gentilis an. D. 1071. ſcripto idem Dominicus Georgius tom. 3. Liturgiæ Rom. Pontificis edidit; item Antiphonarius S. Gregorii; liber Gradalis ejuſdem Sancti; alius ejuſdem SSmi Pontificis Antiphonarius Eccleſiæ Carnutenſis; alius Montis Caſini literis Longobardicis ſcriptus; tum etiam liber Reſponſorialis, & Antiphonarius, quos omnes ex antiquiſſimis Codicibus in publicam lucem emiſit cl. m. Card. Thomaſius. Ab Adventu Domini initium ſumit Miſſale Gallicanum editum a Patre Mabillonio (*b*). Cæterum de initio anni Chriſtiani apud varias totius Orbis Eccleſias late differit Franciſcus Maria Florentinius in exercitatione I., & in adnotationibus ad Martyrologium Hieronymianum die xxv. Decembris (*c*). Miſſale autem noſtrum more, quo nunc Romana & Occidentalis Eccleſia utitur, annum Eccleſiaſticum ab Adventu Domini auſpicatur. Adventus autem

a *In Monit. ad Append. 2. Monum. ad Liturg. Rom. Pont. tom. 3. pag. 234.*
b *Tom. 1. Muſ. Ital. p. 268.* *c* *ibid. pag. 180.*

Digitized by Google

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſura Gentium præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum: areſcentibus hominibus præ timore & [a] *exultatione*, quæ ſupervenient univerſo orbi: nam virtutes cœlorum movebuntur: & tunc videbunt Filium hominis venientem in

a expectatione *in Miſſ. impr.*

tem nomine, ut omnibus notum eſt, intelligitur temporis illud ſpatium, quo ad recolendum ea animi pietate, reverentia, ac cultu, quo par eſt, Natalem diem Chriſti Domini ſe præparat Eccleſia. Tria autem ad rem noſtram de Adventu quæri poſſunt: quo primum tempore celebrari cœperit, & a quo hujuſmodi ſolemnitatis ordo inſtitutus fuerit; quot Dominicas complecteretur; & quo ordine Dominicæ illæ numerarentur. (*a*) Gulielmus Durandus inſtitutionem Adventus B. Apoſtolo Petro adſcribit: *Petrus*, inquit, *primo inſtituit tres ſeptimanas integras ante Natale venerari in commemoratione tem Adventus Chriſti*. E diverſo Cajetanus Meratus Theatinus (*b*) non ante ſæc. VII. piam hanc diſciplinam in Romanam Eccleſiam invectam fuiſſe exiſtimat; rationes autem, quibus movetur, & verba, quibus ſententiam ſuam adſtruit, talia ſunt: *Illuſtriora Adventus veſtigia habemus in monumentis Gallicanis ſæculi* V., *& fortaſſe a vero alienum non eſt, quod Gallis ſuam originem debeat, ut cenſent Baillet in vitis Sanctorum tom. 4. pag. 259. & Grancolas Comm. hiſt. in Brev. Rom. lib. 2. cap. 4., cujus aſſumpti fundamenta apud ipſos auctores videre quiſquis facile poteſt; hunc tamen ritum ab Eccleſia Romana ſero receptum fuiſſe non videtur dubitandum; licet enim Adventus Dominici mentio habeatur tam in Sacramentario Gelaſiano a Thomaſio vulgato, quam in Codicibus Gregorianis hucuſque editis, in genuino tamen Gelaſii Codice, ſub nomine Magni Leonis nuper edito a Joſepho Blanchinio penitus prætermittitur*

a Dur, lib. 6. cap. 2. ration. Divin. Offic. *b Merat. in Comment. ad Gavant. Tom. 1. Part. IV, de Rubr. Miſſ. de Adventu.*

Digitized by Google

in [a] *nubibus* cum poteſtate magna, & majeſtate. His autem fieri incipientibus, reſpicite, & levate capita veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores: cum producunt jam ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope eſt æſtas. Ita & vos cum videritis hæc fieri, ſcitote quoniam prope eſt regnum Dei. Amen dico vobis

a *nube*.

tur; ita etiam de iiſdem altum habetur ſilentium in Codice Gregoriano, quem contulit Cardinalis Thomaſius; & ex quo recenſuit additiones factas Gregoriano Codici a Pamelio edito. Prædictum Codicem Pamelii a Thomaſio ſic collatum cum genuino Gregoriano Codice, qui pertinebat ad Sereniſſimam Svecorum Reginam, penes me habeo; unde facile conjici poteſt ex hucuſque dictis, Eccleſiam Romanam ante ſæculum VII. *hanc adventus diſciplinam minime recepiſſe*. At vero Sacramentarium Gelaſianum integrum, ac genuinum illud eſſe, quod ſub nomine Magni Leonis ab eruditiſſimo P. Joſepho Blanchinio editum eſt, & Codicem Gregorianum purum ac ſyncerum, nullaque in parte mutilum aut immutatum illum fuiſſe, qui in Bibliotheca Reginæ Svecorum extabat, & a Cardinali Thomaſio cum Codice Pamelii collatus fuit, non facile doctis viris, & antiquorum Romanæ Eccleſiæ Rituum peritis ſuadebitur. Præterea Amalarius, qui nono ſæculo ineunte ſcripſit, ubi de adventu agit, diverſum hebdomadarum numerum ab eo, qui ætate ſua ſervabatur, refert, eumque in antiquis Miſſalibus, & Lectionariis reperiſſe affirmat; ſcribere autem nequiviſſet conſuluiſſe ſe antiquos Miſſalium libros ea de re, ſi non ante ſæculum ſeptimum adventus in Romana Eccleſia celebrari conſueviſſet, nullaque in vetuſtioribus Romanæ Eccleſiæ Liturgicis libris de Adventu mentio eſſet. Neque (a) Berno Abbas Augienſis referret rationem enumerandi hebdomadas de Adventu Domini, quæ in libro Comitis, qui B. Hieronymo

a *Bern. Aug. cap. 4. de Adv. Dñi in libell. de quibuſd. reb. ad Miſ. ſpectan.*

bis, [a] non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra [b] *traſient*: verba autem mea non tranſibunt.

(3) Secreta.

Hæc [c] *ſacramenta*, Domine, potenti virtute mundatos, ad ſuum faciant puriores venire principium. Per.

Ad

a quia b tranſibunt c ſacra nos.

---

nymo adſcribitur, legebatur, diſſimilem fuiſſe ab ea, quæ in Sacramentario Gregoriano extabat.

Quoad numerum vero, & modum numerandi Hebdomadas de Adventu Chriſti Domini Radulphus Tungrenſis propoſit. 16. *Ambroſianus*, inquit, *adventus habet ſex ſeptimanas, & incipit Dominica poſt Martini*. De Romanæ autem Eccleſiæ Ritu: *Adventus Domini*, ait, *apud Romanos incipit prima Dominica poſt craſtinum Catharinæ*. Hæc autem Radulphi verba accipienda ſunt de more Romanæ Eccleſiæ, qui ætate ſua obtinebat in Belgio ſeu Gallia, ut manifeſtum omnibus eſt ex nominatione feſti S. Catharinæ, quod in nullis antiquis Sacramentariis reperitur. Cæterum non ſolum Ritu Ambroſiano, ut compertum eſt ex Miſſis editis a Pamelio, & ex Miſſali impreſſo an. 1560., adventus incipiebat a feſto S. Martini, ac proinde ſex Dominicas, ſeu hebdomadas complectebatur; ideoque ſex Miſſæ in Miſſalibus leguntur, ordine tamen inverſo; adeo ut proximior Natali Chriſti Domini prima dicatur. Sed etiam apud plures Galliarum Eccleſias exemplo Turonenſis ab eodem feſto S. Martini, ante quam Sacramentarium Gregorianum in Galliis reciperetur, celebritatem Adventus, id eſt præparationem ad Natalem Domini, initium duxiſſe putat Mabillonius. Id tamen apud omnes Tranſalpinas Eccleſias receptum moribus non erat. Nam in Miſſali Gotico, ſeu Gallicano, quod primum à Cardinali Thomaſio, ac deinde a Mabillonio editum eſt, tantum duæ Miſſæ de adventu aſſignantur, quas ſequitur præparatio ad Veſperam Natalis Do-

Digitized by Google

(4) Ad Complendum.

Suſcipiamus, Domine, miſericordiam tuam in medio templi tui: [a] & reparationis noſtræ ventura ſolemnia congruis honoribus præcedamus. Per.

DOMINICA II. ADVENTUS.

Oratio.

Excita Domine corda noſtra ad præparandas Unigeni-

a ut

Domini. In Sacramentario autem Gallicano, quod in publicum emiſit idem Mabillonius tom. I. Muſ. Ital., tres Miſſæ de Adventu adſcribuntur. At vero in Romana & Latina Eccleſia, more ubique recepto, nunc Adventum a Dominica IV. ante Natale Chriſti Domini incipere, eamque Dominicam Primam de Adventu nuncupare ſolemus, ſicut etiam habetur in noſtro Miſſali. Cum autem antiquitus aliter fieri ſoleret, ex S. Gregorii inſtituto id inductum fuiſſe colligi videtur ex (a) Amalario, & Bernone Abbate Augien., horum primus ſcribit: *In antiquis libris Miſſalium, & Lectionariorum reperitur ſcriptum: Hebdomada quinta ante Natalem Domini. Totidem enim lectiones habentur in Lectionario, & totidem Evangelia a tempore memorato per dies Dominicos uſque ad Nativitatem Domini &c.* E diverſo autem hæc idem Auctor tradit de Miſſali Gregoriano inquiens: Quartam hebdomadam Adventus eſſe, *quæ proxima eſt ante Nativitatem Domini, ſive in qua celebratur &c.* Verum enim in (b) Miſſali Gelaſiano Cardinalis Thomaſii quinque Miſſæ de adventu habentur; ita etiam quinque hebdomadæ ante Natalem Domini enumerantur, quarum remotior a die Natali, hebdomada quinta ante Natalem dicitur, & ſic aliæ deinceps; ita in antiquo Lectionario edito a Cardinali Thomaſio, ac deinde a cl. V. Dominico Georgio, quem tamen ad Ritum Ambroſianum pertinere affirmant; ita etiam habetur, teſte Marteno (c), *in Codice Remenſi ab annis circ. 900.* ſcri-

a *Amalar, cap. 40. lib. 3. de Eccl. Off.*
b *Miſſ. Gelaſ. lib. 2. a num. LXXX.*
c *De antiq. Eccl. Ritib. cap. 10. lib. 4.*

geniti tui vias: ut per ejus adventum purificatis [a] mentibus ſervire mereamur. Qui tecum.

SECUNDUM [b] JOANNEM.

In illo tempore: Cum audiſſet Joannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Et reſpondens Jeſus, ait illis: Euntes renuntiate Joanni quæ

a tibi. b Matthæum.

ſcripto, in Gallonenſi, & Colbertino, & altero Colbertino, cujus caracter annos 800. *repræſentat, in Pontificale Egeberti Eboracen. Epiſcopi, & quibuſdam aliis quinque leguntur Dominicæ ante Domini Natalem*. Berno autem Augienſis Abbas in (*a*) libello de quibuſdam rebus ad Miſſam ſpectantibus, propoſita quæſtione, de qua agitur, inter cætera hæc ſcribit: *Dominica prima de Adventu Domini, Dominica ſecunda, Dominica tertia, Dominica quarta, quæ proxima eſt ante Nativitatem Domini. Aliter verò in Lectionario, quem librum Comitis appellavi, ſic: Dominica quinta ante Nativitatem Domini, quam Amalarius præparationem Dominici Adventus nominavit. Deinde Dominica quarta ante Nativitatem Domini, Dominica tertia ante* Nativitatem *Domini, Dominica ſecunda ante Nativitatem Domini, Dominica prima ante Nativitatem Domini, ut converſo modo quæ apud Hieronymum dicitur prima, vel proxima ante Nativitatem Domini, apud Gregorium dicatur Dominica quarta de Adventu Domini*. (*b*) In antiquiſſimo Bedæ Ven. Homiliario, cujus meminit Mabillonius in ejus vita, quatuor ſolum Homiliæ habentur pro adventu. Quatuor etiam Dominicæ inverſo ordine, exordiendo ſcilicet a Dominica, quæ nunc quarta dicitur ante Natalem Domini, ponuntur in Calendario, ſeu Lectionario Frontonis (c); ſic quoque habetur in Lectionario ab Albino juſſu Caroli Imperatoris emendato, & altero antiquo Lectionario Mss. Bibliothecæ

a Cap. 4. *b* Marten. de Antiqu. Eccl. Ritib. tom. 4. lib. 3. cap. 1.
c Pag. 208.

Digitized by Google

quæ (a) *vidiſtis, & audiſtis*. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur: & beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Illis (b) abeuntibus, cœpit Jeſus dicere ad (c) *turbam* de Joanne: Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mol-

a audiſtis & vidiſtis. b autem. c turbas.

thecæ Palatinæ, & in Capitulari Evangeliorum apud Cardinalem Thomaſium. Contra autem in Antiphonario S. Gregorii edito a laudato Cardinali Thomaſio quatuor quidem Dominicæ recenſentur ante Natalem Domini, ſed quæ illarum eſt a die Natali remotior, dicitur prima de Adventu, ut habetur in noſtro Miſſali, & in altero antiquo Mss. Bibliothecæ Vallicellanæ: eodem ordine, ac numero diſpoſitæ ſunt Dominicæ in antiquis Lectionariis Baſilicæ Lateranen. Vaticanæ, S. M. Majoris, & Monaſterii S. Galli in Helvetiis, quos diligenter conſulvit cl. m. Cardinalis Thomaſius; tum etiam in Sacramentario Mss. Bibliothecæ Ottobonianæ, quibus addendum eſt Sacramentarium Gregorianum a Pamelio editum, & cum pluribus Mss. Codicibus collatum. At vero illa diſſonantia, ac diverſitas in ſtatuendo numero Dominicarum, ſeu hebdomadarum, quæ Natalem Domini præcedunt, inter veteres libros, Miſſales, & Lectionarios, & recentiores Gregorianos tempore Amalarii facile conciliari, & inter ſe componi poteſt, ſi animadvertantur ea, quæ ſcribit Durandus (a), nempe in quinta hebdomada ante Nativitatem Domini inchoari præparationem Adventus. Et ipſe Amalarius, teſte Bernone Abbate Augien., præparationem Dominicæ Adventus quintam hebdomadam, ſeu Dominicam quintam nominavit. Quare ea Dominica, ſeu hebdomada, quæ tamquam præparatio Adventus in Eccleſiæ Romanæ antiquis Miſſalibus inter Dominicas Adventus ante enumerabatur, poſtea prætermiſſa

a *Ration. Div. Offic. lib. 6. cap. 2.*

mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam Prophetam. Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

SECRETA.

Placare, quæſumus Domine, humilitatis noſtræ pre-

ſa eſt, quia proprie ad celebrationem adventus non pertinebat, ſed ſolum veluti quædam præparatio ad ineundum tempus pro celebrando adventu deſignata conſiderabatur, quemadmodum, ut ita dicam, in enumerandis ordinibus omitti ſolet prima tonſura, quia non eſt ordo, ſed quædam ad ordines præparatio.

2 Hæc Oratio, quæ ante Epiſtolam legitur, appellari etiam ſolet collecta (*a*), benedictio, prædicatio, ſeu potius (*b*) precatio; veteri autem Romanæ Eccleſiæ more una tantum habetur in ſingulis miſſis. De collectarum autem nomine, antiquitate, numero, aliiſque ad eas ſpectantibus plura legi poterunt apud eos, qui de rebus Liturgicis ex profeſſo tractarunt: *Docet Petrus Cirvelus Darocenſis in proœmio expoſitionis libri Miſſalis editæ Compluti an.* 1528. *in prima collecta explicari moraliter Introitum Miſſæ, in Secreta Offertorium, in Oratione finali comunionem*. His autem talia ſubjicit Eminentiſſimus Bona (*c*): *quæ obſervatio quamvis in nonnullis locum habere poſſit; omnibus tamen aptari nequit, niſi ſenſus literalis violento quodam ingenii conatu ad eam moralitatem ſubtiliter quidem, ſed ſine ullo fundamento, ut in ſimilibus ſæpe contingit, pertrahatur*. Sed quidquid ſit de morali explicatione, de qua laudatus Petrus Darocenſis, in noſtro utique Miſſali orationes omnes, ſi attente expendantur, prima quidem bene convenit initio, ſeu ingreſſui Miſſæ, quia deprecationem Divini auxilii, vel gratiæ, aliorumque cœleſtium donorum continet, conſentanee quidem ad feſtum Sancti, de quo die

a *Alcuin. de Div. Offic.* *b* *Amalar. lib.* 3. *cap.* 9. & 11. *c* *Bona Rer. Liturg. lib.* 1. *cap.* 5. *pag.* 510.

Digitized by Google

precibus, & hoſtiis: & ubi nulla ſuppetunt ſuffragia meritorum, tuis nobis ſuccurre [a] *ſubſidiis*. Per.

Ad Complendum.

Repleti cibo ſpirituali alimoniæ, ſupplices te Domine deprecamur: ut hujus participatione myſterii, doceas nos terrena deſpicere, & amare cœleſtia. Per.

DOMINICA III. DE ADVENTU.

Oratio.

Aurem tuam, quæſumus Domine, precibus noſtris accommoda: & mentis noſtræ tenebras gratia tuæ viſitationis illuſtra. Per.

a præſidiis.

die illa, agitur, vel ad jejunium, quod ſervatur, vel ad myſterium, quod recolitur. Secreta autem, ad Divinam Victimam proxime immolandam: Poſtcommunio ſeu Oratio ad complendum ad cæleſtia dona, & Sacramenta jam percepta alludit.

3 Hæc Oratio Secreta nominatur, quia ſecreto dicitur, inquit Amalarius (*a*), vocata eſt etiam oratio ſuper oblata, qua de re plura doctiſſime diſſeruntur a Sanctiſſimo Domino Noſtro Benedicto XIV. in Comment. de Sacrif. Miſſæ ſect. I. §. 371. a Card. Bona, aliiſque pluribus eruditiſſimis Viris.

4 Oratio ad complendum appellata eſt etiam *Poſtcommunio*, quia poſt communionem pro communicantibus dici ſolet, & gratiarum actionem de percepta Euchariſtia continet; dicitur autem ad complendum, quia, ut legitur in Ordine Romanæ Eccleſiæ de Officio Miſſæ apud Hittorpium, *finita antiphona* (nempe ea, quæ communio dicitur) *ſurgit Pontifex cum Archidiacono, & veniens ad Altare, dat orationem ad complendum, qua finita, cui præceperit Archidiaconus de Diaconibus, adſpicit ad Pontificem, ut ei annuat, & dicat ad Populum: Ite, Miſſa eſt*. Complere autem in (*b*) Libris Liturgicis ſignificat Officium Eccleſiaſticum collecta ſeu oratione concludere, & complere.

a De Eccl. Offic. lib. 3. cap. 20. *b Vid. Cang. in lex. med. & infim. latin. verb. complere, & Dom. Georg. de Liturg. Rom. Pont. lib. IV. cap. 23. num. 1, 2. 3.*

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Miſerunt Judæi ab Jeroſolymis Sacerdotes & Levitas ad Joannem, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negavit: & confeſſus eſt: Quia non ſum ego Chriſtus. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut reſponſum demus his, qui miſerunt nos? quid dicis de te ipſo? Ait: Ego vox clamantis in deſerto: [a] *Parate* viam Domini, ſicut dixit Iſaias Propheta. Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis. Et interrogaverunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta? Reſpondit eis Joannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt: cujus ego non ſum dignus, ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta ſunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.

SECRETA.

Devotionis noſtræ [b] *Domine quæſumus*, hoſtia jugiter immoletur: quæ & ſacri peragat inſtituta myſterii, & ſalutare tuum [c] mirabiliter operetur. Qui tecum.

AD COMPLENDUM.

Imploramus, Domine, clementiam tuam: ut hæc divina ſubſidia a vitiis expiatos, ad feſta ventura nos præparent. Per.

FE-

a dirigite. b tibi quæſumus Domine. c in nobis.

FERIA IV. IN QUATUOR TEMPORA.

ORATIO.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus: ut redemptionis noſtræ ventura ſolemnitas, & præſentis nobis vitæ ſubſidia conferat, & æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per. ALIA ORATIO.

Feſtina, quæſumus Domine, ne tardaveris: & auxilium nobis ſupernæ virtutis impende, ut [a] *&* adventus tui conſolationibus ſubleventur, qui in tua pietate confidunt. Qui vivis.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et ingreſſus Angelus ad eam, dixit Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone ejus, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam apud [b] *Dominum*: ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus, dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus

a *& deeſt in Miſſ. impr.* b Deum.

Digitized by Google

Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit Filium in ſenectute ſua: & hic menſis [a] *eſt ſextus* illi, quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.

SECRETA.

Accepta tibi ſint, quæſumus Domine, noſtra jejunia: quæ & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad ſempiterna promiſſa perducant. Per.

AD COMPLENDUM.

Salutaris tui, Domine, munere ſatiati, ſupplices deprecamur: ut cujus lætamur guſtu, renovemur [b] *affectu*. Per.

FERIA SEXTA.

ORATIO.

Excita, quæſumus Domine, potentiam tuam, & veni: ut hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius adverſitate liberentur. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Exurgens Maria abiit in montana cum feſtinatione in civitatem Juda. Et intravit in domum Zachariæ, & ſalutavit Eliſabeth. Et factum eſt, ut audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultavit infans in utero ejus: & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth: & exclamavit voce magna [c] *dicens*: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut

a ſextus eſt. b effectu. c & dixit.

Digitized by Google

ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. Et beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi a Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.

SECRETA.

Muneribus noſtris, quæſumus Domine, precibuſque ſuſceptis: & cœleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Per.

AD COMPLENDUM.

Tui nos, Domine, ſacramenti libatio ſancta reſtauret, & a vetuſtate purgatos, in [a] *miniſterii* ſalutaris faciat tranſire conſortium. Per Dominum.

SABBATO.

ORATIO.

Deus, qui conſpicis, quia ex noſtra pravitate [b] *confligimur*: concede propitius, ut ex tua viſitatione conſolemur. Per. ALIA.

Concede, quæſumus omnipotens Deus: ut [c] *quia* ſub peccati jugo, ex vetuſta ſervitute deprimimur; expectata unigeniti Filii tui nova nativitate liberemur. Qui tecum. ALIA.

Indignos [d], quæſumus Domine, famulos tuos, quos actionis propriæ culpa contriſtat, unigeniti Filii tui adventu lætifica. Qui tecum.

ALIA.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus: ut Filii tui ven-

a myſterii. b affligimur. c qui *in Miſſ. imp.* d nos.

ventura ſolemnitas, & præſentis vitæ nobis remedia conferat, & præmia æterna concedat. Per eumdem.

ALIA ORATIO.

Preces populi tui, quæſumus Domine, clementer exaudi: ut qui juſte pro peccatis noſtris affligimur, pietatis tuæ viſitatione conſolemur. Per.

ALIA ORATIO.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti [a] *flammam* ignium: concede propitius; ut nos famulos tuos non exuret flamma vitiorum. Per.

(1) INITIUM S. EVANGELII SECUN. LUCAM.

Anno quintodecimo imperii Tiberii Cæſaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Ituræ, & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilinæ tetrarcha, ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha: factum eſt verbum Domini ſuper Joannem, Zachariæ filium, in deſerto. Et venit in omnem regionem Jordanis, prædi-

a flammas.

1 Capite tertio ſuæ Evangelicæ hiſtoriæ S. Lucas, omnibus temporis, loci, & perſonarum circumſtantiis diligenter deſcriptis, exordium prædicationis Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti exponit; ideoque Evangelium, quod hac die legitur, quo pars illa Sacræ Hiſtoriæ continetur, non male in noſtro Codice *Initium Evangelii* inſcribitur, hoc eſt initium non Evangelicæ hiſtoriæ, quam S. Lucas literis tradidit, ſed Evangelicæ prædicationis, quam Chriſtus Dominus, ut lucem afferret ſedentibus in tenebris, & umbra mortis, exorſus eſt. Id autem ſingulare quidem eſt; nam in aliis Miſſalibus & Evangeliariis nunquam me legiſſe memini.

Digitized by Google

dicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Iſaiæ Prophetæ: Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini: rectas facite ſemitas ejus. Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aſpera in vias planas: & videbit omnis caro ſalutare Dei. SECRETA.

Sacrificiis præſentibus, quæſumus Domine, placatus intende: ut & devotioni noſtræ proficiant, & ſaluti. Per. AD COMPLENDUM.

Quæſumus Domine Deus noſter: ut ſacroſancta myſteria, quæ pro reparationis noſtræ munimine contuliſti; & præſens nobis remedium eſſe facias, & [a] *venturum*. Per.

(1) DOMINICA VACAT.

ORATIO.

Excita, Domine quæſumus, potentiam tuam, & veni

a futurum.

1 Dominica poſt Sabbatum puatuor temporum *vacans* dicitur, quia Officio Miſſæ vacabat ob ordinationes, quæ habebantur nocte Sabbati antecedentis, quæ cum inciperentur circa mediam noctem, uſque ad diluculum diei ſequentis durabant, & ideo Miſſa Ordinationum, quæ Dominica die ſummo mane celebrabatur, (a) pro ejuſdem Dominicæ Miſſa habebatur. De Dominicis vacantibus & quomodo poſtea eorum officia ex aliorum dierum officiis ſupplerentur, hæc adnotat Micrologus (b): *Quatuor Dominicæ, quæ hujuſmodi jejunia proxime ſubſequuntur, in libro Sacramentorum vacantes prætitulantur, eo quod propriis careant officiis. Unde & ex præcedentibus quartis feriis jejuniorum*

a S. Leo Ep. LXXXI. c. 1. ad Dioſc. Ep. Alexandr. b Microl. in obſerv. c. 23.

Digitized by Google

veni & magna nobis virtute ſuccurre; ut per auxilium gratiæ tuæ, quod noſtra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui vivis.

EVANGELIUM REQ.[a]

Anno quintodecimo.

VIGILIA NAT. DOMINI.

ORATIO.

Deus, qui [b] redemptionis noſtræ annua expectatione lætificas: præſta, ut Unigenitum tuum, quem redem-

a *Id eſt, require in Sabbato.* b nos.

---

rum Romano more inofficiantur, ut illæ duæ, quæ vernale jejunium ſubſequuntur, & hyemale; illa autem poſt æſtivale jejunium non cum quarta feria, ſed multo convenientius cum Officio Pentecoſtes ſuppletur, eo quod ſit octava ejus. Poſt jejunium etiam autumnale quidam ex quarta feria Dominicam ſequentem inofficiant, ut paucitati Dominicalium officiorum in æſtate hoc ſupplemento ſubveniant. Sed Romani ejuſmodi penuriam repetitione Dominicalium Officiorum ſupplent. Et Amalarius verba faciens de Miſſa, & Officio Adventus Domini (*a*): *Antiphonarius*, inquit, *habet tria officia diurna, & quartum in die Dominico, qui vacat poſt lectiones duodecim.* Videri etiam poſſunt, quæ hac de re ſcribit Berno Abbas Augienſis in libello de quibuſdam rebus pertinentibus ad Miſſæ Officium cap. 5. (*b*) Durandus autem Mimatenſis Epiſcopus quatuor rationes affert, cur in antiquis libris Dominica quarta Adventus vacans inſcribitur. Prima myſtica eſt, nempe *quia oſtendit*, inquit, *quod omnis Sanctus vacat*; ſecunda, *quia non habet proprium officium, ſed mutuat alienum*; Tertia, *quia numerum dierum adventus excedit*; Quarta, quia Pontifex hac die diſtribuendis eleemoſynis intentus ſtationem de more non celebrabat, ideoque dicta eſt *vacans*, ſcilicet *a ſtatione, & indulgentia*.

a Amal. de Eccl. Offic. lib. 3. cap. 40. lib. VI. cap. XI. *b Durand. in Ration. Divin. Offic.*

Digitized by Google

redemptorem læti ſuſcipimus, venientem quoque judicem ſecuri videamus, Dominum noſtrum.

SECUNDUM MATTÆUM.

Cum eſſet deſponſata mater Jeſu Maria Joſeph, antequam convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu ſancto. Joſeph autem vir ejus cum eſſet juſtus, & nollet eam traducere; voluit occulte [a] *eam dimittere*. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens: Joſeph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Jeſum: ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis eorum.

SECRETA.

Da nobis, quæſumus omnipotens Deus: ut, ſicut [b] *ad* adoranda Filii tui natalitia prævenimus; ſic ejus munera capiamus ſempiterna gaudentes. Qui.

AD COMPLENDUM.

Da nobis, quæſumus Domine, unigeniti Filii tui recenſita nativitate reſpirare: cujus cœleſti myſterio paſcimur, & potamur. Per.

(1) MISSA AD PULLORUM CANTUM.

ORATIO.

Deus, qui hanc ſacratiſſimam noctem veri luminis

a dimittere eam. b ad *deeſt in Miſſal. impr.*

1 In Miſſali Romano: *Ad primam Miſſam in nocte*: in Sacramentario Gregoriano Pamelii: *Media nocte*: Menardi, *In vigilia Domi-*

fecisti illuſtratione clareſcere : da quæſumus ; ut cujus [a] myſteria in terra cognovimus , ejus quoque gaudiis in cœlo perfruamur . Qui tecum .

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore : Exiit edictum a Cæſare Auguſto , ut deſcriberetur univerſus orbis . Hæc deſcriptio prima facta eſt a præſide Syriæ Cyrino : & ibant omnes , ut profiterentur ſinguli in ſuam civitatem . Aſcendit autem & Joſeph a Galilæa de civitate Nazareth , in Judæam [b] civitatem David, quæ vocatur Bethlehem ; eo quod eſſet de domo & familia David , ut profiteretur cum Maria deſponſata ſibi uxore prægnante . Factum eſt autem , cum eſſent ibi , impleti ſunt dies ut pareret [c] filium ſuum primogenitum , & pannis eum involvit , & reclinavit eum in præſepio : quia non erat ei locus in diverſorio . Et paſtores erant in regione eadem vigilantes ,

a. lucis . b. in . c. Et peperit .

Domini in nocte: ita etiam in Gelaſiano : in Miſſali Gallicano veteri , *in media nocte Nativitatis Domini* . Joannes Fronto in notis ad Calendarium , ſeu potius Capitulare Evangeliorum : *In manuſcriptis* , ait , *legi hanc miſſam decantatam fuiſſe in Galli cantu* . In Antiphonario Gregoriano edito a Card. Thomaſio legitur (*a*): *In media nocte Nativitatis Domini* : al. *in vigilia in primo pullorum cantu* : al. *in primo galli cantu vel Gallicinis* . In Miſſali Turonenſi annorum 800. , *primo pullorum cantu*, legi affirmat Edmundus Marten, qui etiam pluribus oſtendit verba illa : in Galli cantu , in Pullorum cantu, intelligenda eſſe de media nocte, media enim nocte primum cantum edere ſolent Galli ; non autem de cantu Gallorum circa diluculum, ut quidam, quem refellit, putabat .

a Edmund. Marten. de antiqu. Eccl. ritib. lib. IV. cap. 12. §. 19.

Digitized by Google

res, & cuſtodientes vigilias noctis [a] *ſupra* gregem ſuum. Et ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus, in civitate David. Et hoc vobis ſignum: Invenietis infantem pannis involutum, & poſitum in præſepio. Et ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis, laudantium [b] *Dominum*, & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

SECRETA.

Accepta tibi ſit, Domine, quæſumus [c] hodierna feſtivitatis oblatio; ut tua gratia largiente, per hæc ſacroſancta commercia, in illius inveniamur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtantia. Qui tecum.

AD COMPLENDUM.

Da nobis, quæſumus Domine Deus noſter: ut qui nativitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti [d] nos frequentare gaudemus, dignis converſationibus ad ejus mereamur [e] *pertingere* conſortium.

(1) MISSA MANE.

ORATIO.

Da, quæſumus omnipotens Deus: ut qui nova in-

C 2

a ſuper. b Deum. c hodiernæ. d myſteriis. e pervenire.

1 In Sacramentario Gregoriano Pamelii: *Mane primo*: Menardi: *In mane primo*: In Miſſali Romano edito: *In Aurora*. Quod autem

Digitized by Google

incarnati Verbi tui luce perfundimur; hoc in noſtro reſplendeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per.

ORATIO.

Da quæſumus omnipotens Deus: ut qui beatæ Ana-

autem ad tres Miſſas attinet, quæ in Natali Domini antiquitus celebrari ſolebant, qui mos etiamnum in Eccleſia Dei retinetur, in collectione Canonum Card. Laborantis, de qua pluribus meminit Emus Baronius in Annalibus (a) Eccleſiaſticis, relatis in ea Alexandri Papæ de numero Miſſarum verbis, quæ etiam leguntur apud Gratianum *can. ſufficit* 53. *diſt.* 1. *de conſec.* hæc ſubiiciuntur: *In Natale vero Domini quia non extat alius, tres oportune Miſſas Presbyter unus facit. Licenter autem & alio die tres, unde in Concilio habito apud Seleguſtam: Decernimus, ut unuſquiſque Presbyter in die non amplius quàm tres Miſſas celebrare præſumat. Caveat tamen, ſi valet, ne duas Miſſas celebret uno die ſuper eodem Altari, quia probibetur in Concilio urbico celebrato ſub Hilaro Papa. Fit iſta licentia, potiuſve neceſſitas, cum ſolemnior alicujus Eccleſiæ dies non omnem poteſt inſimul plebem unius celebritati Miſſæ recipere. Unde* (b) *Leo Papa ad Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum: Ut autem in omnibus &c.* Par. I. Lib. VI. Tit. IV. & inferius ad Titulum IV., qui talis eſt: *Ut quid* (hoc eſt Miſſa celebretur) *in Natale Domini, tum & talibus horis*: hæc alia leguntur: *Natus eſt de Virgine Chriſtus, & voluit mori pro multis, quorum aliqui fuerunt ante lucem Moyſiticæ legis, aliqui tempore legis, quod eſt ante plenitudinem lucis, & fidei, aliqui tempore plenæ lucis, orto ſole juſtitiæ Chriſti, propter hoc, ut fertur, trina fit in Natale Domini Dominicæ commemoratio paſſionis.* Cum autem in margine non adſcribatur nomen Auctoris Canonis, ſeu verborum, quæ modo attuli, ut alibi ſemper fieri ſolet, ejuſdem Card. Laborantis ea eſſe, certum eſt. Cæterum de tribus Miſſis in Natali Dominico videri poſſunt, quæ late ediſſerunt Edmundus Marten, Meratus ad Gavantum, aliique plures docti viri, ſed præ cæteris, legatur eruditiſſimus tractatus Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI XIV. de Feſtis Jeſu Chriſti, ejuſque Sanctiſſimæ Matris Mariæ.

a *Baron. ad an.* 1182. *in fin. pag.* 766. *tom.* 12. b *Ep.* LXXXI. *ad Dioſc. cap.* 2.

Digitized by Google

Anaſtaſiæ martiris tuæ [a] *natalitia* colimus, ejus apud te patrocinia ſentiamus. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Paſtores loquebantur ad invicem: Tranſeamus uſque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod [b] *fecit* Dominus, & oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes: & invenerunt Mariam, & Joſeph, & infantem poſitum in præſepio. Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati ſunt de his, quæ dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Maria autem conſervabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Et reverſi ſunt paſtores glorificantes, & laudantes [c] *Dominum* in omnibus, quæ audierant, & viderant, ſicut dictum eſt ad illos.

SECRETA.

Munera noſtra, quæſumus Domine, nativitatis hodiernæ myſteriis apta proveniant, [d] ut ſicut homo genitus idem refulſit & Deus, ſic nobis hæc terrena ſubſtantia conferat quod divinum eſt. Per.

ALIA.

Accipe, quæſumus Domine, munera dignanter oblata: & beatæ Anaſtaſiæ [e] ſuffragantibus meritis, ad noſtræ ſalutis auxilium [f] *pervenire* concede. Per.

AD COMPLENDUM.

Hujus nos, Domine, ſacramenti ſemper novitas nata-

a ſolemnia. b quod Dominus oſtendit. c Deum. d & pacem nobis ſemper infundant. e martyris tuæ. f provenire.

Digitized by Google

natalis inſtauret: cujus nativitas ſingularis humanam repulit vetuſtatem. [a] *Qui tecum*.

ALIA.

Satiaſti Domine familiam tuam muneribus ſacris: ejus, quæſumus, [b] *ſemper* interventione nos refove, cujus ſolemnia celebramus. Per.

MISSA IN DIE.

ORATIO.

Concede, quæſumus omnipotens Deus: ut nos Unigeniti tui nova per carnem nativitas liberet, quos ſub peccati jugo vetuſta ſervitus tenet. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine

a Per eundem Dominum noſtrum. b ſemper, *deeſt in Miſſ. impr.*

Digitized by Google

ne ejus : qui non ex ſanguinibus, neque ex [a] *voluptate* carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam quaſi unigeniti a Patre, plenum [b] *gratia & veritate*.

SECRETA.

Oblata Domine munera, nova Unigeniti tui nativitate ſanctifica: [c] *nos quoque* a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per.

AD COMPLENDUM.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut natus hodie Salvator mundi, ſicut divinæ nobis generationis eſt auctor; ita & immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum.

(1) ALIA.

Omnipotens ſempiterne [d], *qui hunc diem per Incarnationem Verbi tui, & per partum B. Mariæ Virginis conſecraſti, da populis tuis in hac celebritate conſortium, ut qui tua gratia ſunt redempti, tua ſint adoptione ſecuri. Per eumdem.*

ALIA.

Deus, qui per B.M.V. partum ſine humana concupiſcentia procreatum in Filii tui membra [e] *venientis paternis feci-*

a voluntate. b gratiæ & veritatis. c noſque. d Deus, *in Sacr. Greg.* d venientes, *ibidem.*

1 Hæc oratio, tum altera, quæ ſequitur, extant poſt alias orationes Miſſæ in die Natalis Domini in Sacramentario Pamelii, & Menardi: Tertia vero, quæ incipit: *Deus qui nobis*, extat in iiſdem Sacramentariis in Miſſa Kalendis Januarii, ſeu in octava Domini, ad quam pertinet, & quæ per errorem ſcripta videtur hoc loco in noſtro Miſſali.

Digitized by Google

feciſti præjudiciis non teneri, præſta quæſumus, ut hujus creaturæ novitate ſuſcepta, vetuſtatis antiquæ contagiis exuamur. Per.

ALIA.

Deus qui nobis nati Salvatoris diem celebrare concedis octavum, fac quoque nos ejus perpetua Divinitate muniri, cujus ſumus carnali commercio reparati. Per.

(1) IN OCTAVA DOMINI ORATIO.

Deus, qui ſalutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate

1 In Miſſali Romano edito: *In Circumciſione, & octava Nativitatis*. At vero in Sacramentario Pamelii, & Menardi, & Gelaſiano legitur, ut in noſtro Miſſali, & de Circumciſione nulla fit mentio. Quoad octavam Domini attinet, hoc loco adſcribam, quæ de octavis leguntur in laudata collectione Canonum Card. Laborantis, cujus unicum exemplar nitidiſſime ſcriptum in carta pergamena in Archivo Capituli Baſilicæ Vaticanæ diligenter ſervatur. Nam cum illa adhuc in lucem edita non fuerit, rem gratam me facturum Lectori exiſtimo, ſi aliquid ex ea proferam. In ea igitur collectione *Tit.* XIX. *Primæ Partis libri* VI. *De octavis diebus feſtivitatum*, hæc afferuntur ex epiſtola 2. Caroli Regis ad Albinum Abbatem: *Duas ſtolas ſunt habituri Sancti, glorificationem ſcilicet corporis, & glorificationem animæ. Altera præcedit alteram, ſtola videlicet animæ. Hæc enim in die depoſitionis carneæ gravitatis, & ſarcinæ corporalis accipitur: Qui dies Natalis, ſeu Natalitium hujus, illiuſve Sancti vocatur. Tunc quippe vir Sanctus cum præſenti miſeriæ moritur, naſcitur æternæ felicitati. Dies, inquit, mortis dies Nativitatis, & ſociatur Angelicis Choris. Et ut pro naſcente puero fieri ſolebat antiquitus, pro eo Natalitium celebratur in terris, de cujus aſſumptione gaudium fit in Cœlis, & cui veluti concorporali membro cætera membra congaudent: & non modo ſemel, ut pro accepta ſtola jucunditatis animæ; ſed & ſecundo, quia pro accipienda ſtola*

tate fœcunda, humano generi præmia præſtitiſti, tribue quæſumus; ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere, Dominum noſtrum.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Poſtquam conſummati ſunt dies octo, ut circumcideretur puer: vocatum eſt nomen ejus

D Je-

ſtola felicitatis in corpore. Eapropter in Martyrologio continetur: AGNETIS SECUNDO: ſubaudis, eſt gloria celebriter memoranda. Quæ gloria quia pertinet ad ſecundam ſtolam, quæ conferetur in die Octava, ideſt noviſſima, pro qua ſextus Pſalmus habet in Titulo pro Octava; idcirco & pro B. Agne, & pro cæteris ſuis membris in Octava Natalis eorum ſancta jam lætatur Eccleſia, Divinæ Clementiæ gratias agit, exultat, jubilat, & ſolennizat. Depoſitionis ergo dies electorum etiam depoſitio dicitur, non autem mors, neque mortis; ſed tranſitus utique a dolore in refrigerium, item obitus, quum obiens ad ſe venientibus piis Angelis obviat. Quocirca pro nemine celebranda eſſe videtur Octava, niſi ſic tranſitus ejus intuitu dicta, ejuſdemque ſit caro reſuſcitanda, juxta quod nulla Chriſti feſtivitas habet hujus rationis Octavam. Non enim jacet Chriſtus in monumento reſuſcitandus, ac per hoc in Octava Reſurrectionis Dominicæ Paſchalis introitus non cantatur, cum in Octava Sanctæ Agnetis, & aliorum Natalis introitus iteretur. Verum quia Dominus univerſorum Chriſtus eſt, & per ſeptenarium rerum univerſitas figuratur, propterea ſeptem in celebritate dies habet Chriſti Nativitas. Dedicatio vero Eccleſiæ dies octo. Pro capite ſeptem primos; pro membris primum rurſus obtinet, & octavum.

Nativitas S. Mariæ non qualem diximus, habet octavam, quia non eſt pro ſtola prima, cui adhibeatur in octava, ſecunda; ſimiliter nec Annuntiatio Domini, nec Ὑπαπαντή, nec Epiphania, nec Decollatio S. Joannis, neque Natalis Domini, cum de matre naſcendo non acceperit ſtolam primam, ſed moriendo primam, & reſurgendo ſecundam.

Digitized by Google

Jeſu, quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in utero conciperetur.

SECRETA.

Muneribus noſtris, quæſumus Domine, precibuſque ſuſceptis: & cœleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Per.

AD COMPLENDUM.

(1) *Præſta quæſumus, ut quæ Salvatoris noſtri iterata ſolemnitate percipimus, perpetuam nobis redemptionis conferant medicinam. Per.*

Hæc nos communio, Domine, purget a crimine: & intercedente beata [a] Dei genitrice Maria, [b] *cæleſtibus remediis* faciat eſſe conſortes. Per eumdem Dominum.

(2) DOM. I. POST NATIVIT. DOMINI.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo: ut [c] *&* in nomine dilecti Filii tui, mereamur bonis operibus abundare. Qui tecum.

(3) SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Erat Joſeph, & Maria &c. & gratia Dei erat [d] *cum* illo. SE-

a Virgine. b cæleſtis remedii. c &, *deeſt in Miſſ. impr.* d in.

1 Extat hæc oratio in Sacramentario Gregoriano Pamelii & Menardi, ex quibus varias lectiones hic adnotabo. *Ut quæ*: Sacramentarium Pamelii & Menardi: *ut quod*. *Perpetuam*: in dictis Sacramentariis: *perpetuæ*.

2 Hæc Dominica in Miſſali Romano impreſſo vocatur: *Dominica infra Octavam Nativitatis Domini*.

3 Evangelia tum hujus Dominicæ, tum aliarum Dominicarum, & Feriarum ſequentium, ſi

Digitized by Google

SECRETA.

Concede quæſumus [a] *Domine*: ut oculis tuæ majeſtatis munus oblatum, & gratiam nobis [b] devotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per.

AD COMPLENDUM.

Per hujus, Domine, operationem myſterii, & vitia noſtra purgentur, & juſta deſideria compleantur. Per.

VIGILIA EPIPHANIÆ.

ORATIO.

(1) *Corda noſtra, quæſumus Domine, venturæ feſtivitatis ſplendor illuſtret, quo mundi hujus tenebris carere valeamus, & perveniamus ad patriam claritatis æternæ. Per.*

(2) *Kariſſime, Apparuit benignitas.*

SECUNDUM MATTHÆUM.

Defuncto Herode, &c. Quoniam Nazaræus vocabitur.

SECRETA.

Tribue quæſumus Domine, ut eum præſentibus (3) *immole-*

D 2

a Omnipotens Deus. b piæ.

ſi eadem ſint ac illa, quæ in Miſſali Romano eadem die leguntur, ſatius viſum eſt, eorum primis & ultimis verbis indicatis, brevitatis ſtudio omittere.

1 Hæc, & ſequentes orationes extant eadem die in Sacramentariis Gregorianis Pamelii, & Menardi.

2 Hæc Epiſtola legitur in Miſſali Romano in ſecunda Miſſa Nativitatis Domini, & in Miſſa de octava ejuſdem Nativitatis, non autem in vigilia Epiphaniæ.

3 *Immolemur*, legitur in Sacramentario Pamelii, ſed legendum videtur, *immolemus*.

Digitized by Google

molemus ſacrificiis & ſumamus, quem venturæ ſolemnitatis pia munera præloquuntur. Per.

AD COMPLENDUM.

Illumina quæſumus, Domine, populum tuum, & ſplendore gratiæ tuæ cor ejus ſemper accende; ut Salvatoris mundi ſtella famulante, manifeſte Nativitas mentibus eorum reveletur ſemper, & creſcat. Per.

EPIPHANIA DOMINI.

ORATIO.

Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus ſtella duce revelaſti: concede propitius; ut, qui jam te ex fide cognovimus, uſque ad contemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

Cum natus eſſet Jeſus in Bethlehem Juda &c. reverſi ſunt in regionem ſuam.

SECRETA.

Eccleſiæ tuæ, Domine quæſumus, dona propitius intuere: quibus non jam aurum, thus, & myrrha profertur: ſed quod [a] *eis Domine* muneribus declaratur, immolatur, & ſumitur [b]. *Per.*

AD COMPLENDUM.

Præſta quæſumus [c] *Domine Deus noſter*, ut quæ ſolemni celebramus officio, [d] *purificatis mentibus indulgentiam conſequamur*. Per. ORATIO.

[e] Deus, cujus Unigenitus in ſubſtantia noſtræ car-

a eiſdem. b Jeſus Chriſtus Dominus noſter. Qui tecum. c omnipotens Deus. d purificatæ mentis intelligentia conſequamur. e *Hæc oratio in Miſſali Romano impreſſo extat in Octava Epiphaniæ*:

Digitized by Google

carnis apparuit: præſta quæſumus; ut per eum, quem ſimilem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur. Qui tecum,

ALIA.

(1) *Deus illuminator omnium gentium da populis perpetua pace gaudere, & illud lumen ſplendidum infunde cordibus noſtris, quod trium Magorum mentibus aſpiraſti*, Per.

(2) DOM. I. POST EPIPHANIAM.

ORATIO.

Vota, quæſumus Domine, ſupplicantis populi cœleſti pietate proſequere: ut, & quæ agenda ſunt, videant; & ad implenda quæ viderint, convaleſcant. Per Dominum.

SECUNDUM LUCAM:

Cum factus eſſet Jeſus &c. apud Deum & homines.

SECRETA.

Oblatum tibi, Domine, ſacrificium, vivificet nos ſemper, & muniat. Per.

AD COMPLENDUM.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus; ut quos tuis

1 Extat hac die in Sacramentariis Gregorianis Menardi, & Pamelii.

2 In omnibus antiquis Sacramentariis poſt officium Epiphaniæ intermixtæ ſunt cum Miſſis Dominicalibus Miſſæ Sanctorum. At vero in noſtro Miſſali Miſſæ Dominicales dumtaxat ſequuntur. Nam proprium Miſſarum de tempore, ſejunctum ac ſeparatum in Miſſali noſtro habetur a proprio Miſſarum de Sanctis, antiquo Romanæ Eccleſiæ more, qui etiam num in Miſſalibus typis impreſſis retinetur. Quare dubitari nequit, Miſſale noſtrum ad Romanam, ſeu Lateranenſem Eccleſiam pertinuiſſe.

Digitized by Google

tuis reficis ſacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deſervire concedas. Per.

DOMINICA SECUNDA.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui cœleſtia ſimul & terrena moderaris; ſupplicationem populi tui clementer exaudi, & pacem tuam noſtris concede temporibus. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Nuptiæ factæ ſunt &c. & crediderunt in eum diſcipuli ejus.

SECRETA.

Oblata Domine munera ſanctifica: noſque a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per.

AD COMPLENDUM.

Augeatur in nobis, quæſumus Domine, tuæ [a] *miſerationis* operatio: ut divinis vegetati ſacramentis, ad eorum promiſſa capienda, tuo munere præparemur. Per.

DOMINICA TERTIA.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, infirmitatem noſtram propitius reſpice: atque ad protegendum nos, dexteram tuæ majeſtatis extende. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Cum deſcendiſſet Jeſus de monte &c. Et ſanatus eſt puer [b] illa hora.

SE-

a virtutis. a ia.

Digitized by Google

Secreta.

[a] Concede quæſumus Omnipotens Deus, ut hujus ſacrificii munus oblatum fragilitatem noſtram ab omni malo purget, ſemper & muniat. Per.

Ad Complendum.

Munera tua nos Deus a delectationibus terrenis expediant, & cœleſtibus [b] *nos inſtruant* alimentis. Per Dominum.

(1) DOMINICA QUARTA.

Oratio.

Deus, qui nos in tantis periculis conſtitutos, pro huma-

a *Hæc ſecreta extat in Miſſ. Romano Dominica* IV. *poſt Epiphaniam: Similiter ea, quæ ſequitur ad Complendum, ſeu Poſtcommunio.* b ſemper inſtaurent.

1 Obſervandum eſt, quod in noſtro Miſſali quatuor tantum Dominicæ enumerantur, cum ſex ſint in Miſſali edito. In Sacramentario Gregoriano Pamelii nullæ Miſſæ Dominicales ponuntur poſt Epiphaniam uſque ad ſeptuageſimam, ita etiam in Gelaſiano Cardinalis Thomaſii. In Sacramentario autem Menardi ſex Dominicæ leguntur; item in antiquo Lectionario *Comes* inſcripto, & edito a Cardinale Thomaſio. In Capitulari autem Evangeliorum typis evulgato ab eruditiſſimo Dominico Georgio, & in alio a Joanne Frontono ſeptem. Cur autem ſex nec plus nec minus eſſe debeant, videri poſſunt, quæ ſcribit Gavantus, & ad eum adnotat P. Meratus, qui inter alia ad verba illa Gavanti: *Dominica ſexta poſt Epiphaniam deſiderata fuit uſque ad Pium V. ſed oratio tamen habetur in Sacramentario Gregoriano*: talia ſubjicit: *De Dominica ſexta poſt Epiphaniam, nullum habebatur Officium, nec Miſſa, quia raro accidit, ut ſex occurrant Dominicæ ab Epiphania uſque ad ſeptuageſimam, & ſi quando accidiſſet, in* VI. *Dominica repetebatur Officium & Miſſa quintæ Dominicæ. Pius autem V., ut notat Gavantus ſupra, interſeri juſſit Officium proprium, nec non Miſſam pro* VI. *Dominica.* Merat. ad Gavant. Tom. I. Pars II.

Digitized by Google

humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere : da nobis ſalutem mentis & corporis ; ut ea , quæ pro peccatis noſtris patimur , te adjuvante vincamus . Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore : Aſcendente Jeſu &c. quia venti & mare obediunt ei ?

SECRETA.

(a) Hoſtias tibi Domine placationis offerimus, ut delicta noſtra miſeratus abſolvas , & nutantia corda tu dirigas . Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus omnipotens Deus , ut illius ſalutaris capiamus effectum , cujus per hæc myſteria pignus accepimus . Per .

(1) DOMINICA IN SEPTUAGESIMA.

ORATIO.

Preces populi tui , quæſumus Domine , clementer

a *Utraque oratio , quæ ſequitur extat in Dominica quinta poſt Epiphaniam in Miſſali Romano impreſſo .*

1 Cum de Septuageſima, Sexageſima , Quinquageſima , & Quadrageſima plura erudite ſcripta ſint ab omnibus , qui res Liturgicas , Eccleſiaſticoſque Ritus pertractarunt , ne actum agam , ea ſolum hoc loco adſcribam , quæ ex epiſtola Caroli Magni in laudata Collectione Canonum Ms. Cardinalis Laborantis ad Titulum : *Unde dicatur quadrageſima , quinquageſima , ſexageſima , & ſeptuageſima*: afferuntur, quæ ſunt hujuſmodi (a) :

EPISTOLA
CAROLI REGIS
AD ALBINUM ABBATEM
De quadrageſima , quinquageſima , ſexageſima , & ſeptuageſima .

Carolus gratia Dei Rex Francorum ,

a *De Epiſtola Caroli præter collectionem Laborantis, vide Vvolfangum Latium in libello* : Fragmenta quædam Caroli Magni , aliorumque &c.

Digitized by Google

ter exaudi: ut qui juſtè pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc &c. pauci vero electi.

SECRETA.

Muneribus noſtris, quæſumus Domine, precibuſque ſuſceptis, & cœleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Per.

AD COMPLENDUM.

(a) *Fidelibus tuis perpetua*, *Domine*, dona firmentur:

E

a Fideles tui, Deus, per tua dona.

corum, & Longobardorum, ac Patricius Romanorum dilectiſſimo magiſque Nobis cum magno amore nominando Albino Abbati in Domino Hieſu Chriſto æternam ſalutem. Pervenit ad Nos epiſtola miſſa a religione prudentiæ veſtræ, quæ poſt laudes, & benedictiones Omnipotenti Deo debitas Nobis, & progeniei noſtræ benedictionem optabilem cum ſumma benevolentia detulit. Poſt hæc textus illos inquirendo proſequutus es, cur ſeptuageſima, & ſexageſima, nec non & quinquageſima in ordine per dies Dominicos ante quadrageſimam dicantur, vel ſcribantur. Inde arrepta ratione per campos arithmeticæ artis quicquid ex hac re veſtra ſenſit induſtria, ſe extendendo Nobis pleniter ſignificare ſtuduit. Sed dum mens noſtra huc illucque diſcurreret, ſolerti conſideravimus indagatione non ſolum infra præſcriptos a vobis dies; ſed etiam per ſingulas hebdomadas, nec non & per totum ſpatium anni circuli per intervalla horarum, ac punctorum myſteria numerorum poſſe ab his, qui hujus artis peritia imbuti ſunt, reperiri. Unde quia tuæ Karitati placuit, noſtram regalem aulam de hac re conſulere, quicquid inde noſtra ſentit ſerenitas, ſermone comatico tibi patefacere non negamus. Exigente igitur inquiſitione,

tur : ut eadem & percipiendo requirant , & quærendo ſine fine percipiant . Per .

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

ORATIO.

Deus , qui conſpicis , quia ex nulla noſtra actione confidimus : concede propitius ; ut contra adverſa omnia Doctoris Gentium protectione muniamur . Per .

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore : Cum turba plurima &c. afferunt in patientia .

SECRETA.

Oblatum tibi , Domine , ſacrificium vivificet nos ſemper , & muniat . Per .

AD

---

ne , & conſideratione , cur alii ſex, alii ſeptem, alii octo, nonnulli vero novem abſtineant hebdomadas , argumentum ſenſus noſtri tuæ familiaritati per hos apices ſignificare ſtudemus . Qui enim ſex hebdomadas obſervantes ſe abſtinentiæ tradunt , ſubtractis ſex diebus Dominicis , in quibus jejunare minime licet, decimas dierum dantes corporis ſui triginta ſex dies , ſicut Beatus Gregorius mirabilis doctor edocet, jejunant, & hoc tempus licet in ipſo duo ſupereſſe videantur dies uſque ad Sanctam Reſurrectionem , quadrageſimam doctoribus Sanctæ Dei Eccleſiæ nominare placuit . Religione vero creſcente a Theleſphoro Pontifice , qui poſt Petrum Principem Apoſtolorum nonus in Sancta Eccleſia Romana claruit , ſeptem hebdomadæ in abſtinentia dedicatæ ſunt ; & hoc tempus , quo alio nomine rectius vocare , quam quinquageſimam in ordine rationabiliter debuerat ? Exhinc & deinceps collecta ratione , qui octo hebdomadas obſervare ſtudue. runt , ſexageſimam gradatim nominaverunt . Similiter qui novem , ſeptuageſimam , juxta præfatam rationem nomen impoſuerunt . Et non ob numerum hebdomadarum , vel dierum , ſed tenorem nominis ſervantes hæc omnia cenſuerunt . Veluti ſi quis nunc fuiſſet, qui decimam hebdomadam addere pro aliqua juſta ratione voluiſſet , non propter numerum decageſima , ſed octogeſima ſervato ordine diceretur .

Digitized by Google

Ad Complendum.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: ut quos tuis reficis ſacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deſervire concedas. Per.

DOMINICA IN QUINQUAGESIMA.

Oratio.

Preces noſtras, quæſumus Domine, clementer exaudi: atque a peccatorum vinculis abſolutos, ab omni nos adverſitate cuſtodi. Per.

Secundum Lucam.

In illo tempore: Aſſumpſit Jeſus duodecim &c. dedit laudem Deo.

Secreta.

Hæc hoſtia, Domine quæſumus, emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrandum, ſubditorum tibi corpora menteſque ſanctificet. Per.

Ad Complendum.

Quæſumus omnipotens Deus: ut qui cœleſtia alimenta percepimus, per hæc contra omnia adverſa muniamur. Per.

(1) CAPUT JEJUNII.

Benedicuntur Cineres.

Oratio.

Concede nobis, Domine, præſidia militiæ Chriſtianæ

1 In Sacramentario Gelaſiano: *In Jejunio prima Statio feria* IV. In Sacramentario Gregoriano Pamelii: *Feria* IV. *Caput Jejunii*. Ita etiam in Sacramentario Menardi, qui in notis

ſtianæ ſanctis inchoare jejuniis: ut contra ſpiritales nequitias pugnaturi, continentiæ muniamur auxiliis. Per.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, parce (a) *metuentibus*,

a pœnitentibus.

---

tis ad eum locum ſcribit: *hanc celebritatem, ſeu Miſſam adjectam fuiſſe poſt obitum S. Gregorii, certum eſt*. Contrarium tamen viſum eſt clar. mem. Cardinali Thomaſio eruditione æque, ac pietate illuſtri, qui peculiari diſſertatione italica lingua ſcripta, quam in fine libri, ut lectori rem gratam faciam, adſcribam, pluribus oſtendere curavit: Inſtitutionem Feriæ quartæ in Capite jejunii Gregorio Magno non eſſe ætate poſteriorem. Obſervatio ejuſdem Feriæ IV. in Capite jejunii an tempore Gregorii Magni in more fuerit, dubitavit cum aliis Amalarius, qui verba faciens de inchoatione jejunii in Feria IV. inter quinquageſimam, & quadrageſimam: *Opinio eſt*, inquit, *aliquorum, ut propterea hac die inchoetur jejunium quadrageſimale, quia exceptis diebus ſex Dominicis infra quadrageſimam quadraginta tantummodo ſunt a memorata feria uſque in Sabbato Sancto. Illud enim occurrit, quod S. Gregorius tantummodo triginta & ſex dies abſtinentiæ nobis inſinuat quadrageſimalis temporis: forſan quia nondum erant additi quatuor dies a ſupradicta Feria quarta uſque ad Dominicam quadrageſimæ.* (a) Sed Amalarii, aliorumque ejus ætatis dubitationem, opinionemque haud obſcure rejicit (b) Micrologus, adſtruitque ſententiam Cardinalis Thomaſii his verbis: *Sciendum autem non ſolum modernos, ut quidam putant, ſed & antiquos a capite jejunii incœpiſſe, cum, & S. Gregorius ibi quadrageſimalia Officia videatur initiaſſe, ſic enim in Gregorianis Sacramentariis, ſive gradualibus libris evidentiſſime declaratur*. Hæc quoad inſtitutionem Feriæ IV.: quoad cæremoniam vero Sacrorum Cinerum, ne majori tædio lectorem afficiam, quæ viginti ab hinc annis ex facto conſultus reſpondi, diſſertationi doctiſſimi Cardinalis Thomaſii de Feria IV. adjungam, ut no-

a *Amalar. de Eccl. Offic. lib. 1. cap. 7.* b *Microl. de Ecc. obſerv. cap. 49.*

Digitized by Google

bus, propitiare [a] *ſupplicibus*: & mittere [b] *dignare* ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui bene ✝ dicat, & ſancti ✝ ficet [c] cineres iſtos, ut ſint remedium ſalubre omnibus nomen [d] tuum humiliter implorantibus, ac ſeme-

a ſupplicantibus. b digneris. c hos cineres. d ſanctum.

noſtra Conſultatio tanquam mala merx cum proba æquo animo a benigno Lectore excipiatur. At vero ut ad rem propoſitam revertar, ſententiam Menardi pluribus noviſſime propugnavit Cajetanus Maria Meratus in notis, & obſervationibus ad Gavantum *Par.* IV. *tit. 6. de Fer.* IV. *Cinerum*, laudato etiam pro eadem ſententia Grancolas *in Comment. hiſt. Breviar. Rom. c.* 36. ſed certe ipſe non vidit diſſertationem ſuperius laudatam Cardinalis Thomaſii, cujus auctoritatem utique reveritus eſſet, qui religioſi ſui ſodalitii magnum fuit decus & ornamentum. Benedictionem autem Sacrorum Cinerum, quæ hac eadem die peragebatur, antiquiſſimam eſſe ac inſtitutioni feriæ quartæ in Capite jejunii ferè æqualem vel non multo poſteriorem teſtimonio eſſe poſſunt antiqua Miſſalia, in quibus legitur eadem die benedictio cinerum. Siquidem Pamelius teſtatur aliquot Mss. Codices, quos viderat, habere benedictionem Cinerum, & orationes ſuper pœnitentes. Et quidem Ordo Romanus editus ab Hittorpio in ordine Feriæ quartæ in Capite jejunii, utrumque habet, & benedictionem, & orationes ſuper pœnitentes; & Alcuinus, ſeu alius ejus nomine, ubi agit de Officio Feriæ quartæ in Capite jejunii: *Eadem die*, inquit, *fit collecta ad S. Anaſtaſiam. Antiphona: Exaudi nos Domine, quoniam benigna. Pſalmus: Salvum me fac Deus. Interim ponendi ſunt Cineres ſuper capita, ſicut antiphona teſtatur*. Ordini autem Romano, & Alcuino addi poſſunt collectio Canonum Reginonis edita a Balutio, pluresque diverſarum Eccleſiarum Ordines, quos ex antiquis Codicibus Ms. affert Edmundus Martene de Antiqu. Eccleſ. Ritib. tom. III. lib. IV. c. XVII. Multa etiam alia legi poterunt in Commentariis Merati ad Gavantum, & apud Thomaſſinum de Feſtorum celebratione, Baillet, Guiet, alioſque eruditos Scriptores, qui de hoc ſacro Cinerum ritu tractarunt.

Quod

ſemetipſos [a] *per conſcientiam* delictorum [b] accuſantibus, [c] *atque conſpectui* divinæ clementiæ tuæ facinora [d] deplorantibus, [e] *ſereniſſimamque* pietatem tuam ſuppliciter obnixeque flagitantibus : [f] præſta [g] *quæſumus* per invocationem [h] nominis tui : ut, quicumque [i] *ex eo in ſuo capite acceperint*, pro redemptione peccatorum ſuorum, corporis ſanitatem, & animæ tutelam [k] *a te largitore omnium bonorum accipere mereantur*. Per.

ALIA ORATIO.

Præſta Domine fidelibus tuis : ut jejuniorum veneranda ſolemnia, & congrua pietate ſuſcipiant, & ſecura devotione percurrant. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore : Dixit Jeſus diſcipulis ſuis : &c. & cor tuum.

SECRETA.

Fac nos, quæſumus Domine, his muneribus offerendis convenienter aptari : quibus ipſius venerabilis ſacramenti celebramus exordium. Per.

AD

a pro conſcientia. b ſuorum. c ante conſpectum. d ſua. e vel ſereniſſimam. f & g quæſumus *deeſt in Miſſ. impr.* h ſanctiſſimi. i per eos aſperſi fuerint; k percipiant. Per.

Quod verò ad noſtrum Miſſale propius pertinet, obſervandum eſt, pro benedictione Cinerum duas tantum orationes una cum collecta Miſſæ in eo haberi alio ordine diſpoſitas, quàm in Miſſali Romano impreſſo leguntur; in quo inſuper præter orationem collectam, quæ eadem eſt ac in noſtro Miſſali, quinque ponuntur orationes ad Cinerum benedictionem peragendam.

AD COMPLENDUM.

Percepta nobis, Domine, præbeant ſacramenta ſubſidium: ut [a] *&* tibi grata ſint noſtra jejunia, & nobis proficiant ad medelam. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Inclinantes ſe, Domine, majeſtati tuæ, propitiatus intende: ut, qui divino munere ſunt refecti, cœleſtibus ſemper nutriantur auxiliis. Per.

FERIA QUINTA.

ORATIO.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte. Per Dominum noſtrum.

EVANGELIUM.

In illo tempore: Cum deſcendiſſet Jeſus de monte.
Require retro in Dominica III. poſt Epiphaniam [b].

SECRETA.

Sacrificiis præſentibus, Domine quæſumus, intende placatus: ut & devotioni noſtræ proficiant, & ſaluti. Per.

AD COMPLENDUM.

Cœleſtis doni benedictione percepta: ſupplices te Deus

a &, *deeſt in impr.* b *Ita in Codice. Nam feria quinta cum officium proprium, ut infra dicetur, ex inſtitutione Beati Gregorii Magni non habeat, ideo ex alio die Evangelium mutuatur; & hinc factum eſt, ut in aſſignandis Evangeliis quinta feria ſæpe Miſſalia, ſeu Capitularia Evangeliorum & Epiſtolarum diſſentiant, quia ab initio id ſtabilitum minime fuit: Ut obſervat ac notat Durandus Divin. Offic. lib. 6. cap. 36. & 43. & poſt eum Emin. Bona Rer. Liturg. lib. 1. cap. XVIII. §. 2. Et quidem Miſſale Romanum impreſſum aliud ab eo, quod in Miſſali noſtro indicatur, Evangelium hac die habet.*

Deus omnipotens deprecamur: ut hoc idem nobis & ſacramenti cauſa ſit & ſalutis. Per Dominum.

Super Populum Oratio.

Parce Domine, parce populo tuo: ut dignis flagellationibus caſtigatus, in tua miſeratione reſpiret. Per.

FERIA SEXTA.

Oratio.

Inchoata jejunia, quæſumus Domine, benigno favore proſequere: ut obſervantiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam ſinceris exercere valeamus. Per Dominum.

Secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Audiſtis, quia dictum eſt: Diliges proximum tuum &c. & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. [a] *Et cum oratis, non eritis ſicuti hypocritæ triſtes, qui amant in ſynagogis, & in vicis, & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.*

Secreta.

Sacrificium, Domine, obſervantiæ quadrageſimalis, quod offerimus: præſta quæſumus; ut tibi & mentes noſtras reddat acceptas, & continentiæ promptioris nobis tribuat facultatem. Per Dominum.

Ad

a *Huc uſque in Miſſali impreſſo; cætera deſunt, quæ ſumpta ſunt ex eodem capite VI. Evangelii Sec. Matth. verſ. 5. & 6.*

Digitized by Google

AD COMPLENDUM.

Spiritum nobis, Domine, tuæ charitatis infunde: ut, quos uno pane cœleſti ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Tuere Domine populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit adverſitas, ſi nulla dominetur iniquitas. Per Dominum noſtrum.

SABBATO.

ORATIO.

[a] *Omnipotens ſempiterne Deus, obſervationis hujus annua celebritate lætantes, quæſumus Domine, ut* [b] *Paſcalibus actionibus adhærentes plenis ejus effectibus gaudeamus*. Per.

SECUNDUM MARCUM.

In illo tempore: Cum ſero &c. & quotquot tangebant eum, ſalvi fiebant.

SECRETA.

Suſcipe Domine ſacrificium, cujus te voluiſti dignanter immolatione placari: præſta quæſumus; ut hujus operatione mundati, beneplacitum tibi noſtræ mentis offeramus affectum. Per.

AD COMPLENDUM.

Cœleſtis vitæ munere vegetati, quæſumus Domine,

a *Oratio, quæ hac die extat in Miſſali impreſſo, diverſa eſt ab ea, quæ in noſtro legitur, utraque tamen habetur in Sacramentario Pamelii, non autem Menardi.*

b actibus Quadrageſimalibus inhærentes plenius ejus effectibus &c. *in Sacr. Gregor. apud Pamel.*

Digitized by Google

ne, ut quod eſt nobis in præſenti vita myſterium, fiat æternitatis auxilium. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Fideles tui, Deus, per tua dona firmentur: ut eadem & percipiendo requirant, & quærendo ſine fine percipiant. Per Dominum.

(1) DOMINICA I. IN QUADRAGESIMA.

ORATIO.

Deus, qui Eccleſiam tuam annua quadrageſimali obſer-

1 De Obſervatione quadrageſimalis jejunii, aliiſque Sacris Ritibus, ſacriſque functionibus ad quadrageſimam ſpectantibus tam multa, ut dixi, tamque copioſa ſingulari doctrina, ac eruditione literis mandata ſunt ab Eccleſiaſticarum rerum Scriptoribus, ut ſuperfluum omnino ſit, & a meo inſtituto alienum rurſus hic ab aliis ſcripta retexere. Quare contentus ero hic ſolum adſcribere, quæ in ſecunda Epiſtola Caroli Magni ad Albinum Abbatem in MS. Collectione Canonum Cardinalis Laborantis inſerta leguntur. Ita enim titulo ſuperius citato poſt alteram epiſtolam ejuſdem Imperatoris habetur:

ITEM
SECUNDA EPISTOLA
KAROLI REGIS
AD ALBINUM ABBATEM.

Quia igitur Divina gratia opitulante, prout nobis viſum fuit de nomine ſeptuageſimæ, ac ſexageſimæ, ſeu quinquageſimæ, nec non & quadrageſimæ tuæ karitati ſcripſimus, nunc ſtilo percurrente de obſervantia, & cultu earumdem hebdomadarum juxta capacitatem ſenſus noſtri ſcribere curabimus. Quadrageſima velut patuit, propterea jejunatur, ut jejunantium tempus, vel potius in tempore caro Domino decimetur. Quinquageſima ideo dicitur, & obſervatur a nonnullis, ut & decimas dierum jejunando Omnipotenti Deo offerre valeant, & imitari Dominum noſtrum Hieſum Chriſtum, qui quadraginta diebus jejunium ſacratiſſimum adimplevit. A quinquageſima namque uſque in Paſcha ſeptem hebdomadæ ſunt, quæ faciunt dies quadraginta novem, ex quibus ſi ſeptem Dominicos dies abſtraxeris, in

Digitized by Google

obſervatione purificas: præſta familiæ tuæ; ut, quod a te obtinere abſtinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per Dominum.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Ductus eſt Jeſus in deſertum &c. & miniſtrabant ei..

SECRETA.

Sacrificium quadrageſimalis initii ſolemniter im- F 2 mola-

in quibus non licet jejunium obſervare, remanent quadraginta & duo dies, & hi duo dies quinta videlicet, & ſeptima feria, qui quadrageſimum numerum excedunt, apud quoſdam in refectione propter cœnam Dominicam, & Sanctum Sabbatum habentur. Sexageſima autem, ut æſtimamus, propterea a nonnullis obſervatur, ut & decimas dierum corporis ſui Deo Omnipotenti dare poſſint, & Dominum Hieſum Chriſtum in quadragenario numero particulatim jejunando imitari, & ut prima & quinta feria a jejunio vacare debeant; a ſexageſima quippe uſque in Sanctum diem Reſurrectionis octo hebdomadæ ſunt, ex quibus ſi de ſingulis hebdomadis primam, & quintam feriam abſtraxeris, ante Sanctum diem Paſchæ, quadraginta tantum dies remanent in abſtinentia. Melchiades vero natione Afer, vir per omnia Apoſtolicus, qui triceſimus tertius poſt Sanctum Petrum extitit, cui ſucceſſit Beatus Silveſter in cathedra Apoſtolicæ dignitatis, conſtituit, ut nulla ratione in prima, vel quinta feria jejunium quis de Fidelibus agere præſumeret. Nam *cur in prima feria jejunium, ipſo tradente, ſolvatur, non eſt neceſſe texendo replicare. Quintam vero arbitrati ſumus propter magna miſteria, quæ in ea continentur, ab eo eſſe ſolutam. In ipſa namque ſanctum Chriſma conficitur ad abluendam totius mundi primæ originis culpam: in ipſa reconciliatio fit pœnitentium: in ipſa redemptor omnium cœnando cum diſcipulis ſuis panem fregit, & dedit eis, & calicem eis pariter dedit, in figura corporis & ſanguinis*

molamus; te Domine deprecantes: ut, cum epularum reſtrictione carnalium, a noxiis quoque voluntatibus temperemus.

Ad Complendum.

Tui nos, Domine, ſacramenti libatio ſancta reſtauret: & a vetuſtate purgatos, in myſterii ſalutaris faciat tranſire conſortium. Per.

(1) Super Populum Oratio.

Super populum tuum, Domine quæſumus, benedictio copioſa

---

nis ſui, nobiſque profuturum magnum exhibuit Sacramentum. Eo videlicet die poſt multa myſteria Deus & Dominus noſter Hieſus Chriſtus Sanctis ſuis Diſcipulis videntibus glorioſa aſcenſione Cælos penetravit. Sed ne diutius ſermo prolongetur, multa te legiſſe de hac ſolemnitate in Sanctorum Venerabilibus dictis Orthodoxorum Patrum non ignoramus. Septuageſima denique, ut æſtimamus, propterea ab aliquibus obſervatur, ut & decimam dierum Deo dare queant; & prima, & quinta, nec non & ſeptima feria jejunium ſolvere poſſint; a ſeptuageſima vero uſque in Paſcha novem hebdomadæ ſunt, quæ faciunt dies ſexaginta tres, ex quibus ſi de unaquaque hebdomada tres præfatos ſubtraxeris dies ante Paſchalem ſanctiſſimum, triginta & ſex dies in abſtinentia remanent. Hi vero Sabbatum in quo Deus ab omnibus operibus requievit, non ob ſuperſtitionem Judæorum, aut propter mandata legalia veteris teſtamenti, quæ ſunt umbræ futurorum, ſed neque ut cum Judæis Sabbatizetur, jejunium ſolvere conantur; ſed ea præcipue cauſa, quia ipſa veſperaſcente die gaudium Sanctæ Reſurrectionis a fidelibus honorifice celebratur. Sed quia unuſquiſque in ſuo ſenſu abundat, ſive hoc ſive aliud ſit, ſalva fide, & religione, nil præjudicamus.

1 Hæc oratio legitur eadem Dominica I. Quadrageſimæ in Sacramentariis Menardi, & Pamelii, ſed in Miſſali Romano nullæ ſunt orationes ſuper populum diebus Dominicis quadrageſimæ. Et quidem de oratione ſuper

pioſa deſcendat, indulgentia veniat, conſolatio tribuatur, fides ſancta ſubcreſcat, retributio ſempiterna firmetur. Per.

FERIA SECUNDA.

ORATIO.

Converte nos Deus ſalutaris noſter: & ut nobis jeju-

per populum talia Micrologus: *Orationem ſuper Populum in quadrageſima ideo frequentamus, quia cum majorem conflictum in jejuniis, & orationibus contra ſpirituales nequitias ſumimus; neceſſario nos inſtantius Deo commendare debemus. Nam Oratio poſt Communionem pro ſolis communicantibus ſolet orare. Populus autem & ſi quotidie in quadrageſima conveniat, non tamen quotidie, ut deberet, communicat. Ne ergo Populus ita oratione, & communione careret, adiecta eſt oratio ſuper populum, in qua non de communicatione, ſed pro populi protectione ſpecialiter oratur. In Dominicis tamen diebus non dicitur, quia genuflexio vitatur, quæ huic orationi a populo antiquitus perſolvebatur; vel potius ideo quia omnes juxta atteſtationem S. Ambroſii in Dominicis diebus communicare deberent, quibus & oratio poſt communionem pro benedictione ſufficere poſſet.* Et nonnullis interpoſitis: *Beatiſſimi quoque Patres Noſtri Ambroſius, & Auguſtinus ad quotidianam nos hortantur communionem. Sed quia hoc modo nec ab omnibus Presbyteris in quadrageſima, ne dum a Laicis obſervatur, congrue adiecta eſt oratio ſuper populum, ut vel eo tempore ultima benedictione populus non careret, dum tamen communicare non ſoleret.* Et capite 49. (*a*) *Ergo, ait, a capite jejunii neceſſario incipimus, ſi cum Domino jejunium quadraginta dierum complere volumus. Exinde etiam orationem ſuper populum juxta Gregorii inſtitutionem exordimur, quam nunquam dicimus, niſi cum & quadrageſimaliter jejunare debemus.* Aliam haud multo diſſimilem rationem affert (*b*) Honorius Auguſtodunenſis: *Statutum eſt*, inquit, *ut panis poſt Miſſam benediceretur, & populo pro benedictione communionis partiretur; ſed quia hoc in quadrageſima fieri non licet propter jejunium, orationem ſuper populum dici*

a Microlog. de Eccleſ. Obſervat. *b Hon. Auguſt. Gemm. An. lib. 1. cap. 61.*

jejunium quadrageſimale proficiat; mentes noſtras cœleſtibus inſtrue diſciplinis. Per Dominum.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis &c. juſti autem in vitam æternam.

SECRETA.

Munere tibi, Domine, oblata ſanctifica: noſque a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per.

AD COMPLENDUM.

Salutaris tui, Domine, munere ſatiati, ſuplices exoramus: ut cujus lætamur guſtu, renovemur effectu. Per.

Su-

dici Eccleſia inſtituit, ut per hanc particeps Communionis ſit. At vero hæc conciliari nequeunt cum noſtro Miſſali, in quo oratio ſuper populum non ſolum diebus eſurialibus, ſed etiam Dominicis quadrageſimæ habetur. Profecto (*a*) Cardinalis Bona in Libro II. Rerum Liturgicarum verba faciens de oratione ſuper populum allatis verbis Micrologi, & Honorii hæc adnotat: *In libro Sacramentorum S. Gregorii, & in nonnullis Miſſalibus Mss. ſunt in pleriſque Miſſis etiam extra quadrageſimam hujuſmodi orationes ſuper populum, quas ex veteri Anglicano Miſſali ſuæ Bibliothecæ Eccleſiaſticæ inſervit Cornelius Schultingus.* Aptius ad rem noſtram de hac oratione, quam benedictionem ſuper populum nominat, loquitur (*b*) Amalarius longe Micrologo, & Honorio antiquior, quia initio ſæculi noni ſcripſit. In Ecclogis, de *benedictione poſt communionem* verba faciens: *Poſtcommunionem*, ait, *hanc orationem Auguſtinus poſtulationem vocat; poſtcommunionem namque dicit, quia poſtquam Populus communicat, hæc ſequitur: ſuper populum vero, quia tunc benedicitur populus, ut noſtro*

Sin-

a *Bona lib. II. cap. XX.* *b* *Amal. in Eclog. §. 39. ap. Mabill. Muſ. Ital. tom. 2. in app. pag. 559.*

Super Populum Oratio.

Abſolve, quæſumus Domine, noſtrorum vincula peccatorum: & quidquid pro eis meremur, propitiatus averte. Per.

FERIA TERTIA.

Oratio.

Reſpice Domine familiam tuam, & præſta: ut apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat, quæ ſe carnis maceratione caſtigat. Per.

Secundum Mattæum.

In illo tempore: Cum intraſſet Jeſus &c. in Bethaniam,

Sancto conveniant Evangelio. In (a) Libro autem III. de Eccleſiaſticis Officiis hæc alia habet: *Eſt ultima benedictio, de qua nunc agimus, quam potiſſimum frequentamus tempore quadrageſimali.... in qua Milites Chriſti commendantur pugnæ contra antiquum hoſtem.... quadrageſimali tempore ſcit adverſarius noſter a Sancta Eccleſia ſingulare certamen commiſſum eſſe contra ſe, ac ideo inſtat fortius... Sacerdos noſter, ut prudens agonotheta, & pugnator, quantum in majore periculo videt milites fore, tantum munit eos amplius ſua benedictione. Arma noſtra contra Diabolum ſunt humilitas, & cæteræ virtutes. Vult Sacerdos noſter, ut noſtris armis veſtiti ſimus: propterea jubet per miniſtrum, ut humiliemus capita noſtra Deo, & ita tandem infundit ſuper milites protectionem benedictionis ſuæ*. Ex verbis autem Amalarii plane intelligitur, cur oratio ſuper populum non ſolum ferialibus diebus, ſed etiam Dominicis quadrageſimæ recitetur, ut habetur in noſtro Miſſali, cujus antiquitas vel ex hoc probari poteſt, quia jam longe ante Micrologum, & Honorium hujuſmodi ritus mutatus fuerat; & ideo uterque rationem diverſam affert, quæ cum antiquo ritu, qui ætate Amalarii obtinebat, & in noſtro Miſſali exhibetur, minime conciliari poteſt.

a *Lib.* III. *cap.* 37.

Digitized by Google

thaniam, ibique (a) *docebat eos de regno Dei*.

SECRETA.

Oblatis, quæſumus Domine, placare muneribus: & a cunctis nos defende periculis. Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus omnipotens Deus: ut illius ſalutaris capiamus effectum, cujus per hæc myſteria pignus accepimus. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Aſcendant ad te, Domine, preces noſtræ: & ab Eccleſia tua cunctam repelle nequitiam. Per.

FERIA QUARTA.

ORATIO.

Preces noſtras, quæſumus Domine, clementer exaudi: & contra cuncta nobis adverſantia, dexteram tuæ majeſtatis extende. Per.

ALIA.

Devotionem populi tui, quæſumus Domine, benignus intende: ut qui per abſtinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: *Acceſſerunt ad eum Scribæ, & Phariſæi* dicentes &c. ſoror, & mater eſt.

SECRETA.

Hoſtias tibi, Domine, placationis offerimus: ut & delicta noſtra miſeratus abſolvas, & nutantia corda tu dirigas. Per.

AD

a manſit. b Reſponderunt Jeſu quidam de Scribis & Phariſæis.

Digitized by Google

AD COMPLENDUM.

Tui Domine perceptione ſacramenti, & a noſtris mundemur occultis,& ab hoſtium liberemur inſidiis. Per.

SUPER POPULUM. ORATIO.

Mentes noſtras, quæſumus Domine, lumine tuæ claritatis illuſtra: ut videre poſſimus, quæ agenda ſunt: & quæ recta ſunt, agere valeamus. Per.

FERIA QUINTA.

ORATIO.

(1) *Omnipotens ſempiterne Deus, qui in obſervatione jejunii, & eleemoſynarum poſuiſti noſtrorum remedia peccatorum, concede nobis mente & corpore ſemper tibi eſſe devotos.* Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Egreſſus &c. Et ſanata eſt filia ejus ex illa hora.

1 Officia, ſeu Miſſæ Feriæ quintæ in quadrageſima ex eorum numero ſunt, quas Grimoldus, ſeu potius Albinus, Magiſter Caroli Magni (ut recte cenſet (*a*) Card. Thomaſius) in præfatione, quæ Sacramentorum libro ſub nomine ejuſdem Grimoldi edito præpoſita legitur, affirmat, a ſe in Sacramentario Gregoriano virgulis interpoſitis fuiſſe jugulatas, quippe quæ a B. Gregorio minime editæ ſunt, ſed alium auctorem habent. Et quidem Miſſas pro Feriis v. Quadrageſimæ primus inſtituit Sanctus Gregorius II. ſæculo VIII., teſte Anaſtaſio, aliiſque pluribus Scriptoribus. Collecta autem, ſeu oratio, quæ in noſtro Miſſali legitur, non extat hac die neque in Miſſali Romano, neque in Sacramentariis Gregorianis Pamelii, & Menardi, neque etiam in Gelaſiano. Cæterum pulcherrima eſt, & veterem Eccleſiæ Catholicæ doctrinam continet.

a *Card. Thom. in præf. ad Sacram. Gelaſ.*

Digitized by Google

SECRETA.

Sacrificia, Domine quæſumus, propitius iſta nos ſalvent, quæ medicinalibus ſunt inſtituta jejuniis. Per.

AD COMPLENDUM.

Tuorum nos, Domine, largitate donorum, & temporalibus attolle præſidiis,& renova ſempiternis. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Da, quæſumus Domine, populis Chriſtianis, & quod profitentur agnoſcere; & cœleſte munus diligere, quod frequentant. Per Dominum.

FERIA SEXTA.

ORATIO.

Eſto, Domine, propitius plebi tuæ: & quam tibi facis eſſe devotam, benigno refove miſeratus auxilio. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Erat &c. qui fecit eum ſanum.

SECRETA.

Suſcipe, quæſumus Domine, munera noſtræ oblata [b] *ſervitutis*: & tua propitius dona ſanctifica. Per.

AD COMPLENDUM.

[c] *Suſcipientes Domine ſacra miſteria ſuppliciter deprecamur, ut quorum ſequimur cultum, ſentiamus effectum. Per.*

SUPER POPULUM ORATIO.

Exaudi nos miſericors Deus: & mentibus noſtris gratiæ tuæ lumen oſtende. Per.

SAB-

a ſervitiis. b *Hac die alia oratio extat in Miſſali Romano impreſſo, & in Sacramentariis Pamelii & Menardi.*

Digitized by Google

SABBATO IN QUATUOR TEMPORA.

ORATIO.

Populum tuum, quæſumus Domine, propitius reſpice: atque ab eo flagella tuæ iracundiæ clementer averte. Per Dominum.

ALIA ORATIO.

(a) *Familiam tuam quæſumus Domine continua pietate cuſtodi, ut qui in ſola ſpe gratiæ tuæ cæleſtis innitimur, tua ſemper protectione muniamur. Per.*

ALIA ORATIO.

Protector noſter aſpice Deus: ut, qui malorum noſtrorum pondere premimur, percepta miſericordia, libera tibi mente famulemur. Per Dominum.

ALIA ORATIO.

Adeſto, Domine quæſumus, ſupplicationibus noſtris, ut eſſe, te largiente, mereamur & inter proſpera humiles, & inter adverſa ſecuri. Per.

ALIA ORATIO.

Preces populi tui, quæſumus Domine, clementer exaudi: ut, qui juſte pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per Dominum.

ALIA ORATIO.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium; concede propitius; ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per Dominum.

a *Alia Oratio legitur in Miſſ. impr. & in dictis Sacramentariis.*

Digitized by Google

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Aſſumpſit &c. donec Filius hominis a mortuis reſurgat.

SECRETA.

Præſentibus ſacrificiis, quæſumus Domine, jejunia noſtra ſanctifica: ut, quod obſervantia noſtra [a] *profitentur* extrinſecus, & interius [b] *operentur*. Per.

AD COMPLENDUM.

Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia noſtra [c] *purgentur*, & remedia nobis æterna proveniant. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Fideles tuos, [d] *Domine*, benedictio deſiderata confirmet: quæ eos & a tua voluntate numquam faciat diſcrepare, & tuis ſemper indulgeat beneficiis gratulari. Per.

DOMINICA SECUNDA. ORATIO.

[e] *Quæſumus omnipotens Deus vota humilium reſpice, atque ad defenſionem noſtram dexteram tuæ majeſtatis extende. Per.*

SECUNDUM MARCUM.

In illo tempore: Venit ad Jeſum Leproſus deprecans eum, & genuflexo dixit: Si vis, potes me mundare. Jeſus autem

a profitetur b operetur c curentur d Deus

e *Oratio & Evangelium, quod legitur in noſtro Miſſali, non extat in Miſſali Romano impreſſo; & Sacramentaria Menardi & Pamelii habent orationem, quæ legitur in Miſſali edito, non autem in noſtro. Sed nil mirum; quia Dominica poſt quatuor tempora, cum Officium proprium non haberet, eſt ex eorum dierum numero, quorum Officia poſt S. Gregorium Magnum Sacramentario addita ſunt: ideoque in Evangelio, & in Orationibus aliqua diverſitas in antiquis Miſſalibus occurrit, ut ſuperius de feria quinta notatum eſt.*

Digitized by Google

autem miſertus eſt ejus, extendens manum ſuam, & tangens dixit illi, volo, mundare; hæc cum dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mundatus eſt, & comminatus eſt ei, & ſtatim ejecit illum, & dixit ei; nemini dixeris, ſed vade, oſtende te Principi Sacerdotum, & offer pro emundatione tua, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis.

SECRETA.

Sacrificiis præſentibus, quæſumus Domine, intende placatus: ut & devotioni noſtræ proficiant, & ſaluti. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: ut, quos tuis reficis ſacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deſervire concedas. Per Dominum.

SUPER POPULUM ORATIO.

(1) *Familiam tuam, quæſumus Domine, propitiatus illuſtra, ut beneplacitis inhærendo cuncta, quæ bona ſunt, mereatur accipere. Per.*

FERIA SECUNDA.

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut familia tua, quæ ſe, affligendo carnem, ab alimentis abſtinet; ſectando juſtitiam, à culpa jejunet. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus turbis Judæorum: Ego vado, & quæretis me &c. quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

SE-

(1) *Extat in Sacramentariis Pamelii, & Menardi.*

Digitized by Google

SECRETA.

Hæc hoſtia, Domine, placationis & laudis, *tuæ nos propitiationis* dignos efficiat. Per.

AD COMPLENDUM.

Hæc nos communio, Domine, purget à crimine: & cœleſtis remedii faciat eſſe conſortes. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus: & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per.

FERIA TERTIA.

ORATIO.

Perfice, quæſumus Domine, benignus in nobis obſervantiæ ſanctæ ſubſidium: ut, quæ te auctore facienda cognovimus, te operante impleamus. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Locutus eſt Jeſus ad turbas &c. & qui ſe humiliaverit, exaltabitur.

SECRETA.

Sanctificationem tuam nobis, Domine, his myſteriis placatus operare, quæ nos & à terrenis purget vitiis, & ad cœleſtia dona perducat. Per.

AD COMPLENDUM.

Ut ſacris, Domine, reddamur digni muneribus, fac nos, quæſumus, tuis ſemper obedire mandatis. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Propitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris, & animarum noſtrarum medere languoribus: ut remiſſione per-

Digitized by Google

percepta, in tua ſemper benedictione lætemur. Per Dominum noſtrum.

FERIA QUARTA.

ORATIO.

Populum tuum, quæſumus Domine, propitius reſpice: & quos ab eſcis carnalibus præcipis abſtinere, à noxiis quoque vitiis ceſſare concede. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Aſcendens Jeſus Jeroſolymam &c. & dare animam ſuam, redemptionem pro multis.

SECRETA.

Hoſtias, Domine, quas tibi offerimus, propitius reſpice: & per hæc ſancta commercia, vincula peccatorum noſtrorum abſolve. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumptis Domine ſacramentis, ad redemptionis æternæ, quæſumus, proficiamus augmentum. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Deus innocentiæ reſtitutor & amator, dirige ad te tuorum corda ſervorum: ut Spiritus tui fervore concepto, & in fide inveniantur ſtabiles, & in opere efficaces. Per Dominum.

FERIA QUINTA.

ORATIO.

Præſta nobis, quæſumus Domine, auxilium gratiæ tuæ: ut jejuniis & orationibus convenienter intenti, liberemur ab hoſtibus mentis & corporis. Per.

SE-

Digitized by Google

SECUNDUM LUCAM:

In illo tempore: Dixit Jeſus (1) *diſcipulis ſuis parabolam hanc*: Homo quidam erat dives &c. neque ſi quis ex mortuis reſurrexit, credent ei.

SECRETA.

(2) *Accepta tibi ſint Domine, quæſumus, dona noſtri jejunii, & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad ſempiterna promiſſa perducant. Per.*

AD COMPLENDUM.

(3) *Præbeant nobis Domine, quæſumus, Divinum tua ſancta fervorem, quo & eorum pariter, & actu delectemur, & fructu. Per.*

SUPER POPULUM ORATIO.

Adeſto, Domine, famulis tuis, & perpetuam benignitatem largire poſcentibus: ut iis, qui te auctore & gu-

1 Phariſæis: Homo quidam &c. *Ita in Miſſali Romano impreſſo. Ex verbis autem, quæ leguntur in noſtro Codice, ſi quiſpiam argumentum hinc fortè ſumere vellet ad ſibi perſuadendum, quæ de Lazaro & Divite narrantur, parabolam eſſe, ut in Codice noſtro expreſſe aſſeritur, non autem hiſtoriam, ut fere omnes Patres crediderunt; falſa utique conjectura innixus longe a veritate diſcederet. Quoniam, non ſolum in Miſſali Romano impreſſo, ſed neque apud Frontonem, neque apud Card. Thomaſium, neque apud Dominicum Georgium in Capitularibus Evangeliorum ea verba*, parabolam hanc, *leguntur, ſed dumtaxat*: Dixit Jeſus turbis Judæorum, & Phariſæorum, *vel non multo aliter; ideo error ſcriptoris eſſe videtur.*

2 *Hæc Oratio extat hac die in Sacramentario Menardi, non autem in illo Pamelii, neque in Miſſali Romano.*

3 *Neque in Miſſali Romano, neque in Sacramentario Pamelii, aut Menardi hujuſmodi Oratio hac die legitur.*

Digitized by Google

& gubernatore gloriantur, & congregata reſtaures, & reſtaurata conſerves. Per.

FERIA SEXTA.

ORATIO.

Da quæſumus, omnipotens Deus: ut ſacro nos purificante jejunio, ſinceris mentibus ad ſancta ventura facias pervenire. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus turbis Judæorum &c. quoniam ſicut Prophetam eum habebant.

SECRETA.

Hæc in nobis ſacrificia, Deus, & actione permaneant, & [a] *devotione* firmentur. Per.

AD COMPLENDUM.

Fac nos, quæſumus Domine, accepto pignore ſalutis æternæ, ſic tendere congruenter: ut ad eam pervenire poſſimus. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Da, quæſumus Domine, populo tuo ſalutem mentis & corporis: ut bonis operibus inhærendo, tuæ ſemper virtutis [b] *mereamur* protectione defendi. Per.

SABBATO.

ORATIO.

Da, quæſumus Domine, noſtris effectum jejuniis ſalutarem: ut caſtigatio carnis aſſumpta, ad noſtrarum vegetationem tranſeat animarum. Per.

a operatione b mereatur

Digitized by Google

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus Phariſæis, & Scribis parabolam iſtam: Homo &c. perierat, & inventus eſt.

SECRETA.

His ſacrificiis, Domine, concede placatus: ut, qui propriis oramus abſolvi delictis, non gravemur externis. Per.

AD COMPLENDUM.

Sacramenti tui, Domine, divina libatio, penetralia noſtri cordis infundat: & ſui nos participes potenter efficiat. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Familiam tuam, quæſumus Domine, continua pietate cuſtodi: ut quæ in ſola ſpe gratiæ cœleſtis innititur, cœleſti etiam protectione muniatur. Per.

DOMINICA TERTIA.

ORATIO.

Quæſumus omnipotens Deus, vota humilium reſpice: atque ad defenſionem noſtram, dexteram tuæ majeſtatis extende. Per.

SECUNDUM LUCAM:

In illo tempore: Erat Jeſus ejiciens dœmonium, & illud erat mutum &c. & cuſtodiunt illud.

SECRETA.

Hæc hoſtia, Domine quæſumus, emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrandum, ſubditorum tibi corpora menteſque ſanctificet. Per.

AD

Digitized by Google

AD COMPLENDUM.

A cunctis nos, quæſumus Domine, reatibus & periculis propitiatus abſolve, quos tanti myſterii tribuis eſſe participes. Per.

(1) SUPER POPULUM ORATIO.

Subjectum tibi populum, quæſumus Domine, propitiatio cæleſtis amplificet, & tuis ſemper faciat ſervire mandatis. Per Dominum.

FERIA SECUNDA. ORATIO.

Cordibus noſtris, quæſumus Domine, gratiam tuam benignus infunde: ut, ſicut ab eſcis carnalibus abſtinemus; ita ſenſus quoque noſtros à noxiis retrahamus exceſſibus. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: [a] Dixit Jeſus Phariſæis &c. Ipſe autem tranſiens per medium illorum, ibat.

SECRETA.

Munus, quod tibi Domine, noſtræ ſervitutis offerimus, [b] *tuum* ſalutare nobis perfice ſacramentum. Per.

AD COMPLENDUM.

Præſta quæſumus omnipotens & miſericors Deus: ut, [c] *quæ* ore contingimus, pura mente capiamus. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Subveniat nobis, Domine, miſericordia tua: ut ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante ſalvari. Per.

a tu b quod

(1) Extat in Sacramentario Pamelii & Menardi eadem die.

Digitized by Google

FERIA TERTIA.

ORATIO.

Exaudi nos omnipotens & miſericors Deus: & continentiæ ſalutaris propitius nobis dona concede. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: [a] *Reſpiciens Jeſus diſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro* (1): Si peccaverit &c. Non dico

a Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Si peccaverit &c.

(1) Quæ in hoc Evangelio continentur, etſi a Chriſto Domino communiter omnibus diſcipulis dicta ſint, tamen præcipue ad Petrum directa fuiſſe, qui inter alios primatum gerebat, & ſuper quem ædificaturus erat Chriſtus Eccleſiam ſuam, & cui daturus erat claves Regni Cœlorum, & curam confirmandi fratres, dubitari non poſſe videtur: & quidem id colligitur etiam ex verbis ipſius Evangelii; ubi poſt ſermonem Chriſti Domini de corripiendis fratribus, ſtatim ſubjicitur; Petrum acceſſiſſe ad Jeſum, eumque interrogaſſe: quoties fratribus peccantibus dimittere deberet. Itaque quæ leguntur in Miſſali impreſſo, omnibus diſcipulis dicta fuiſſe a Domino, in noſtro Miſſali non male ſcriptum eſt, quod Jeſus reſpiciens diſcipulos ſuos ea dixit Simoni Petro. Profecto in hunc ſenſum ea accepiſſe quoque Origenes (a) videtur, qui ad hunc locum Evangelii talia adnotat: *Quæ uni*, inquit, *Petro ſupra conceſſa ſunt, hic omnibus quoque videtur tribuiſſe, qui peccatores quoslibet ter corripuerint, ut ſi mos iis geſtus non fuerit, ſupra terram eum alligent, qui ut pro ethnico, & publicano dignus haberetur, judicatus eſt, cum & in Cœlo alligatus ille ſit. At quoniam præ iis, qui ter arguerint, peculiare aliquid Petro tribui oportebat, etiamſi de Petro, & qui ter Fratres arguerint, commune aliquid dictum ſit, privatim illud Petro attributum eſt*: DABO TIBI CLAVES REGNI COELORUM, *priuſquam illud*: QUÆCUMQUE ALLIGAVERITIS SUPER TERRAM *&c. Ac ſane ſi ad Evangelica ſcripta animum diligenter appellamus, ibi magnum inveniemus diſcrimen, & excellentiam eorum, quæ Petro, præ iis, quæ aliis dicta ſunt, etiam in iis rebus, quæ Petrum inter, eoſque, qui ter fratres objurgaverint, communes eſſe videntur.*

a *Orig. comment. in Matth. tom. xiij. §. 31. p. 613.*

co tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties.

SECRETA.

Per hæc veniat, quæſumus Domine, ſacramenta, noſtræ redemptionis effectus: qui nos & ab humanis retrahat ſemper exceſſibus, & ad ſalutaria [a] *cuncta* perducat. Per.

AD COMPLENDUM.

Sacris, Domine, myſteriis expiati: & veniam, quæſumus, conſequamur & gratiam. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Tua nos, Domine protectione defende: & ab omni ſemper iniquitate cuſtodi. Per.

FERIA QUARTA.

ORATIO.

Præſta nobis, Domine quæſumus: ut ſalutaribus jejuniis eruditi, à noxiis quoque vitiis abſtinentes, propitiationem tuam faciliùs impetremus. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Acceſſerunt ad Jeſum ab Jeroſolymis Scribæ &c. non coinquinat hominem.

SECRETA.

Suſcipe, quæſumus Domine, preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: & tua myſteria celebrantes, ab omnibus nos defende periculis. Per Dominum noſtrum.

AD COMPLENDUM.

Sanctificet nos, Domine, qua paſti ſumus, menſa cœ-

a dona.

Digitized by Google

FERIA TERTIA.

ORATIO.

Exaudi nos omnipotens & miſericors Deus: & continentiæ ſalutaris propitius nobis dona concede. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: (a) *Reſpiciens Jeſus diſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro* (1): Si peccaverit &c. Non dico

a Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Si peccaverit &c.

(1) Quæ in hoc Evangelio continentur, etſi a Chriſto Domino communiter omnibus diſcipulis dicta ſint, tamen præcipue ad Petrum directa fuiſſe, qui inter alios primatum gerebat, & ſuper quem ædificaturus erat Chriſtus Eccleſiam ſuam, & cui daturus erat claves Regni Cœlorum, & curam confirmandi fratres, dubitari non poſſe videtur: & quidem id colligitur etiam ex verbis ipſius Evangelii; ubi poſt ſermonem Chriſti Domini de corripiendis fratribus, ſtatim ſubjicitur; Petrum acceſſiſſe ad Jeſum, eumque interrogaſſe: quoties fratribus peccantibus dimittere deberet. Itaque quæ leguntur in Miſſali impreſſo, omnibus diſcipulis dicta fuiſſe a Domino, in noſtro Miſſali non male ſcriptum eſt, quod Jeſus reſpiciens diſcipulos ſuos ea dixit Simoni Petro. Profecto in hunc ſenſum ea accepiſſe quoque Origenes (a) videtur, qui ad hunc locum Evangelii talia adnotat: *Quæ uni*, inquit, *Petro ſupra conceſſa ſunt, hic omnibus quoque videtur tribuiſſe, qui peccatores quoslibet ter corripuerint, ut ſi mos iis geſtus non fuerit, ſupra terram eum alligent, qui ut pro ethnico, & publicano dignus haberetur, judicatus eſt, cum & in Cœlo alligatus ille ſit. At quoniam præ iis, qui ter arguerint, peculiare aliquid Petro tribui oportebat, etiamſi de Petro, & qui ter Fratres arguerint, commune aliquid dictum ſit, privatim illud Petro attributum eſt*: DABO TIBI CLAVES REGNI COELORUM, *priuſquam illud*: QUÆCUMQUE ALLIGAVERITIS SUPER TERRAM *&c. Ac ſane ſi ad Evangelica ſcripta animum diligenter appellamus, ibi magnum inveniemus diſcrimen, & excellentiam eorum, quæ Petro, præ iis, quæ aliis dicta ſunt, etiam in iis rebus, quæ Petrum inter, eoſque, qui ter fratres objurgaverint, communes eſſe videntur.*

a *Orig. comment. in Matth. tom. xiij. §. 31. p. 613.*

co tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties.

SECRETA.

Per hæc veniat, quæſumus Domine, ſacramenta, noſtræ redemptionis effectus: qui nos & ab humanis retrahat ſemper exceſſibus, & ad ſalutaria [a] *cuncta* perducat. Per.

AD COMPLENDUM.

Sacris, Domine, myſteriis expiati: & veniam, quæſumus, conſequamur & gratiam. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Tua nos, Domine protectione defende: & ab omni ſemper iniquitate cuſtodi. Per.

FERIA QUARTA.

ORATIO.

Præſta nobis, Domine quæſumus: ut ſalutaribus jejuniis eruditi, à noxiis quoque vitiis abſtinentes, propitiationem tuam faciliùs impetremus. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Acceſſerunt ad Jeſum ab Jeroſolymis Scribæ &c. non coinquinat hominem.

SECRETA.

Suſcipe, quæſumus Domine, preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: & tua myſteria celebrantes, ab omnibus nos defende periculis. Per Dominum noſtrum.

AD COMPLENDUM.

Sanctificet nos, Domine, qua paſti ſumus, menſa cœ-

a dona.

cœleſtis: & à cunctis erroribus expiatos, ſupernis promiſſionibus reddat acceptos. Per.

Super Populum. Oratio.

Concede quæſumus omnipotens Deus: ut, qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati à malis omnibus, ſecura tibi mente ſerviamus. Per.

FERIA QUINTA.

Oratio.

Magnificet te Domine, ſanctorum tuorum Coſmæ & Damiani beata ſolemnitas: qua & illis gloriam ſempiternam, & opem nobis ineffabili providentia contuliſti. Per.

Secundum Lucam.

In illo tempore: Surgens Jeſus de ſynagoga &c. Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ.

Secreta.

In tuorum, Domine, pretioſa morte juſtorum ſacrificium illud offerimus, de quo martyrium ſumpſit omne principium. Per.

Ad Complendum.

Sit nobis, Domine, ſacramenti tui certa ſalvatio: [a] *quam* cum beatorum tuorum Coſmæ & Damiani meritis [b] *imploramus*. Per.

Super Populum Oratio.

Subjectum tibi populum, quæſumus Domine, propitiatio cœleſtis amplificet, & tuis ſemper faciat ſervire mandatis. Per.

FE-

a quæ b imploratur

Digitized by Google

FERIA SEXTA.

Oratio.

Jejunia noſtra, quæſumus Domine, benigno favore proſequere: ut ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore; ita à vitiis jejunemus in mente. Per.

Secundum Joannem.

In illo tempore: Venit Jeſus in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar &c. ipſi enim audivimus, & ſcimus, quia hic eſt verè Salvator mundi.

Secreta.

Reſpice, quæſumus Domine, propitius ad munera, quæ ſacramus: ut tibi grata ſint, & nobis ſalutaria ſemper exiſtant. Per.

Ad Complendum.

Hujus nos, Domine, perceptio ſacramenti mundet a crimine: & ad cœleſtia regna perducat. Per.

Super Populum Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis adverſantia, te adjuvante, vincamus. Per.

SABBATO. Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut *familia tua*, *quæ* ſe, affligendo carnem, ab alimentis abſtinet, ſectando juſtitiam, à culpa jejunet. Per.

Secundum Joannem.

In illo tempore: Perrexit Jeſus in montem Oliveti &c. Vade, & jam amplius noli peccare.

Se-

a at qui ſe

SECRETA.

Concede, quæſumus, omnipotens Deus: ut hujus ſacrificii munus oblatum, fragilitatem noſtram ab omni malo purget ſemper, & muniat. Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus omnipotens Deus: ut inter ejus membra numeremur, cujus corpori communicamus, & ſanguini. Per.

SUPER POPULUM. ORATIO.

Prætende Domine fidelibus tuis dexteram cœleſtis auxilii: ut te toto corde perquirant; & quæ dignè poſtulant, conſequi mereantur. Per.

DOMINICA QUARTA.

ORATIO.

Concede quæſumus omnipotens Deus: ut qui ex merito noſtræ actionis affligimur, tuæ gratiæ conſolatione reſpiremus. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Abiit Jeſus trans mare Galileæ, quod eſt Tiberiadis &c. Quia hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum. (1)

SECRETA.

Sacrificiis præſentibus, Domine quæſumus, intende placatus: ut & devotioni noſtræ proficiant, & ſaluti. Per.

AD

(1) Jeſus ergo cum cognoviſſet, quia venturi eſſent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus. *Ita in Miſſali Romano impreſſo, deſunt autem hæc in noſtro Codice.*

AD COMPLENDUM.

Da nobis, quæſumus miſericors Deus: ut ſancta tua, quibus inceſſanter explemur, ſinceris tractemus obſequiis, & ſemper fideli mente ſumamus. Per.

SUPER POPULUM. ORATIO.

[a] *Deus, qui in Deſerti regione multitudinem Populi tua virtute ſatiaſti, in hujus quoque ſæculi tranſeuntis excurſu, victum nobis ſpirituale, ne deficiamus, impende. Per.*

FERIA SECUNDA.

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut obſervationes ſacras annua devotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Propè erat Paſcha Judæorum &c. ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine.

SECRETA.

Oblatum tibi, Domine, ſacrificium vivificet nos ſemper, & muniat. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumptis, Domine, ſalutaribus ſacramentis: ad redemptionis æternæ, quæſumus, proficiamus augmentum. Per.

SUPER POPULUM: ORATIO.

Deprecationem noſtram, quæſumus Domine, benignus exaudi: & quibus ſupplicandi præſtas affectum, tribue defenſionis auxilium. Per.

a *Extat in Sacramentariis Pamelii & Menardi.*

Digitized by Google

FERIA TERTIA.

Oratio.

Sacræ nobis, quæſumus Domine, obſervationis jejunia, & piæ converſationis augmentum, & tuæ propitiationis continuum præſtent auxilium. Per.

Secundum Joannem.

In illo tempore: Jam die feſto mediante &c. De turba autem multi crediderunt in eum.

Secreta.

Hæc hoſtia, Domine quæſumus, emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrandum, ſubditorum tibi corpora menteſque ſanctificet. Per.

Ad Complendum.

Hujus nos, Domine, perceptio ſacramenti mundet à crimine: & ad cœleſtia regna perducat. Per.

Super Populum. Oratio.

Miſerere, Domine, populo tuo: & continuis tribulationibus laborantem, propitius reſpirare concede. Per Dominum.

FERIA QUARTA.

Oratio.

Deus, qui & juſtis præmia meritorum, & peccatoribus [a] veniam præbes: miſerere ſupplicibus tuis; ut reatus noſtri confeſſio, indulgentiam valeat percipere delictorum. Per.

Alia.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut, quos jejenia

a per jejunium

junia votiva caſtigant, ipſa quoque devotio ſancta lætificet; ut, terrenis affectibus mitigatis, faciliùs cœleſtia capiamus. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Præteriens Jeſus, vidit hominem cæcum à nativitate &c. Et procidens adoravit eum.

SECRETA.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut his ſacrificiis peccata noſtra mundentur: quia tunc veram nobis tribuis & mentis & corporis ſanitatem. Per.

AD COMPLENDUM.

Sacramenta, quæ ſumpſimus, Domine Deus noſter, & ſpiritualibus nos repleant alimentis, & corporalibus tueantur auxiliis. Per.

SUPER POPULUM. ORATIO.

Pateant aures miſericordiæ tuæ, Domine, precibus ſupplicantium: & ut petentibus deſiderata concedas, fac eos, quæ tibi ſunt placita, poſtulare. Per.

FERIA QUINTA.

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut, quos jejunia votiva caſtigant, ipſa quoque devotio ſancta lætificet; ut terrenis affectibus mitigatis, facilius cœleſtia capiamus. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Ibat Jeſus in civitatem, quæ vocatur Naim &c. & quia Deus viſitavit plebem ſuam.

Digitized by Google

SECRETA.

Purifica nos miſericors Deus: ut Eccleſiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ ſunt, pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gratiores. Per.

AD COMPLENDUM.

Cœleſtia dona capientibus, quæſumus Domine, non ad judicium provenire patiaris, quæ fidelibus tuis ad remedium providiſti. Per.

SUPER POPULUM. ORATIO.

Populi tui Deus inſtitutor & rector, peccata, quibus impugnatur, expelle: ut ſemper tibi placitus, & tuo (a) *numine* ſit ſecurus. Per.

FERIA SEXTA.

ORATIO.

Deus, qui ineffabilibus mundum renovas ſacramentis: præſta quæſumus; ut Eccleſia tua & æternis proficiat inſtitutis, & temporalibus non deſtituatur auxiliis. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Erat quidam languens Lazarus à Bethania &c. & viderant quæ fecit Jeſus, crediderunt in eum.

SECRETA.

Munera nos, Domine quæſumus, oblata purificent: & te nobis jugiter faciant eſſe placatum. Per.

AD COMPLENDUM.

Hæc nos, quæſumus Domine, participatio ſacramenti

a munimine

Digitized by Google

menti, & à propriis reatibus indeſinenter expediat, & ab omnibus tueatur adverſis. Per.

SUPER POPULUM. ORATIO.

Da nobis, quæſumus omnipotens Deus: ut qui infirmitatis noſtræ conſcii, de tua virtute confidimus, ſub tua ſemper pietate gaudeamus. Per.

SABBATO.

ORATIO.

Fiat, Domine quæſumus, per gratiam tuam fructuoſus noſtræ devotionis affectus: quia tunc nobis proderunt ſuſcepta jejunia, ſi tuæ ſint placita pietati. Per Dominum.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Locutus eſt Jeſus turbis Judæorum &c. quia necdum venerat hora ejus.

SECRETA.

Oblationibus noſtris, quæſumus Domine, placare ſuſceptis: & ad te noſtras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per.

AD COMPLENDUM.

Tua nos, quæſumus Domine, ſancta purificent: & operatione ſua tibi placitos eſſe perficiant. Per.

SUPER POPULUM. ORATIO.

Deus, qui ſperantibus in te miſereri potiùs eligis, quàm iraſci: da nobis dignè flere mala, quæ fecimus; ut tuæ conſolationis gratiam invenire *valeamus*. Per Dominum noſtrum.

DO-

a mereamur c

DOMINICA DE PASSIONE.

Oratio.

Quæſumus omnipotens Deus, familiam tuam propitius reſpice : ut, te largiente, regatur in corpore ; & te ſervante, cuſtodiatur in mente. Per.

Secundum Joannem.

In illo tempore : Dicebat Jeſus turbis Judæorum &c. Jeſus autem abſcondit ſe, & exivit de templo.

Secreta.

Hæc munera, quæſumus Domine, & vincula noſtræ pravitatis abſolvant, & tuæ nobis miſericordiæ dona concilient. Per.

Ad Complendum.

Adeſto nobis Domine Deus noſter : & quos tuis myſteriis recreaſti, perpetuis defende [a] *præſidiis*. Per.

Ad Vesperum.

[b] *Da nobis, quæſumus Domine, perſeverantem in tua voluntate famulatum, ut in diebus noſtris, & merito, & numero populus tibi ſerviens augeatur. Per.*

FERIA SECUNDA.

Oratio.

Sanctifica, quæſumus Domine, noſtra jejunia : & cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per.

Se-

a ſubſidiis b *Hæc Oratio non extat in Sacramentario Pamelii, ſed legitur hac die in illo Menardi cum inſcriptione ſuper populum ; in Codice autem noſtro adſcripta eſt in Margine cum titulo ad Veſperum, in Miſſali Romano impreſſo legitur in Miſſa Feria tertia poſt Dominicam Paſſionis.*

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Miſerunt principes & Phariſæi miniſtros &c. quem accepturi erant credentes in eum.

SECRETA.

Concede [a] *quæſumus*, Domine Deus noſter: ut hæc hoſtia ſalutaris, & noſtrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatio majeſtatis. Per.

AD COMPLENDUM.

Sacramenti tui, quæſumus Domine, participatio ſalutaris, & purificationem nobis [b] *præbeat*, & medelam. Per.

SUPER POPULUM. ORATIO.

Da, quæſumus Domine, populo tuo ſalutem mentis, & corporis: ut bonis operibus inhærendo, tua ſemper mereatur protectione defendi. Per.

FERIA TERTIA.

ORATIO.

Noſtra tibi, Domine quæſumus, ſint accepta jejunia: quæ nos & expiando gratia tua dignos efficiant, & ad remedia perducant æterna. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Ambulabat Jeſus in Galilæam &c. propter metum Judæorum.

SECRETA.

Hoſtias tibi, Domine, deferimus immolandas, quæ temporalem conſolationem ſignificent, ut promiſſa non deſperemus æterna. Per.

Ad

a nobis b tribuat

AD COMPLENDUM.

Da quæſumus, omnipotens Deus: ut, quæ divina ſunt, jugiter exequentes, donis mereamur cœleſtibus propinquare. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Da nobis, quæſumus Domine: perſeverantem in tua voluntate famulatum: ut in diebus noſtris, & merito, & numero, populus tibi ſerviens augeatur. Per.

FERIA QUARTA.

ORATIO.

Sanctificato hoc jejunio, Deus, tuorum corda fidelium miſerator illuſtra: & quibus devotionis præſtas affectum, præbe ſupplicantibus pium benignus auditum. Per Dominum.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Facta ſunt Encœnia in Jeroſolymis &c. ut cognoſcatis, & credatis, quia Pater in me eſt, & ego in Patre.

SECRETA.

Annue miſericors Deus: ut hoſtias placationis, & laudis, ſincero tibi deferamus obſequio. Per.

AD COMPLENDUM.

Cœleſtis doni benedictione percepta, ſupplices te Deus omnipotens deprecamur: ut hoc idem nobis & ſacramenti cauſa ſit, & ſalutis. Per.

SUPER POPULUM. ORATIO.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus: & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, conſuetæ mi-

Digitized by Google

miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Dominum.

FERIA QUINTA.

Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut dignitas conditionis humanæ per immoderantiam ſauciata, medicinalis parſimoniæ ſtudio reformetur. Per.

Secundum Lucam.

In illo tempore: Rogabat Jeſum quidam de Phariſæis &c. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum (1).

Secreta.

Domine Deus noſter, qui in his potiùs creaturis, quas ad fragilitatis noſtræ ſubſidium condidiſti, tuo quoque nomini munera juſſiſti dicanda conſtitui: tribue quæſumus; ut & vitæ nobis præſentis auxilium, & æternitatis efficiant ſacramentum. Per.

Ad Complendum.

Quod ore ſumpſimus, Domine, [a] mente capiamus: & de munere temporali, fiat nobis remedium ſempiternum. Per.

Super Populum Oratio.

Eſto, quæſumus Domine, propitius plebi tuæ: ut,

K quæ

a pura

(1) Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt, qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe: Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te ſalvam fecit: Vade in pace. *Hæc leguntur in Miſſali Romano impreſſo, ſed deſunt in noſtro Codice.*

Digitized by Google

quæ tibi non placent, reſpuentes; tuorum potiùs repleantur delectationibus mandatorum. Per.

FERIA SEXTA.

ORATIO.

Cordibus noſtris, quæſumus Domine, gratiam tuam benignus infunde: ut peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potiùs maceremur, quàm ſuppliciis deputemur æternis. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium &c. & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

SECRETA.

Præſta nobis miſericors Deus: ut dignè tuis ſervire ſemper altaribus mereamur; & eorum perpetua participatione ſalvari. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumpti ſacrificii, Domine, perpetua nos tuitio non derelinquat: & noxia ſemper à nobis cuncta depellat. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Concede quæſumus omnipotens Deus: ut qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati à malis omnibus, ſecura tibi mente ſerviamus. Per.

SABBATO

ORATIO.

Proficiat, quæſumus Domine, plebs tibi dicata piæ devotionis affectu: ut ſacris actionibus erudita, quantò majeſtati tuæ ſit gratior, tantò donis potioribus augeatur. Per. SE-

Digitized by Google

SECUNDUM JOANNEM.

(1) In illo tempore: [a] *Diſceſſio* facta eſt in turba propter Jeſum. Quidam autem ex his volebant apprehendere eum, ſed nemo miſit ſuper illum manus. Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices, & Phariſæos, & dixe-

K 2

a Diſſenſio itaque

(1) Sabbatum ante Dominicam in Ramis Palmarum tempore Beati Gregorii Officium Miſſæ proprium non habebat; ideoque in Sacramentario Gregoriano, quod a Pamelio editum eſt, hujuſmodi extat inſcriptio: *Sabbatum vacat, Dominus Papa eleemoſynam dat*. Eadem habentur in Antiphonario Beati Gregorii, & in aliquibus Codicibus Capitularium Evangeliorum citatis a Cardinale Thomaſio, Dominico Georgio, & Edmundo Martene. At verò alii Codices, qui ſimiliter ab iiſdem allegantur, hæc habent: *Sabbato datur fermentum in Conſiſtorio Lateranenſi*: ſeu: *Sabbato quando datur fermentum &c.* Eadem leguntur in Calendario, ſeu Capitulari Evangeliorum Joannis Frontonis. In ordine autem Romano hæc adnotat Hittorpius: *Sabbatum ante Palmas ita prætitulatur in Sacramentario: Sabbato vacat, Dominus Papa eleemoſynam dat*. Nec diſſimilia ſunt, quæ de eodem Sabbato traduntur ab Alcuino [a], ſeu alio auctore ſub ejus nomine, & ab Amalario [b] in lib. de Eccleſiaſticis Officiis. Addit autem laudatus Alcuinus, quod Pontifex *a Statione publica vacat, non tamen a celebratione Miſſæ*. Cur autem Sabbato ante Palmas, aliiſque nonnullis per annum diebus vacaret a Statione, hanc rationem affert Grimoaldus [c]: *ut* (ſcilicet Pontifex) *tumultuatione populari carens, & eleemoſynas pauperibus diſtribuere, & negotia exteriora liberius valeat diſponere*. Plura autem de hoc Sabbato, & de eleemoſyna, & de fermento eruditè diſſerunt Jo: Fronto [d], Dominicus Georgius [e], & Edmundus Martene [f], & Jo: Mabillonius [g] in commentario in ordinem Roma-

a *Alc. de Eccl. Off.* b *Amalar. lib. 1. cap. 9. de Eccl. Off.*
c *Grimoal. in præf. ad Sacr. Greg. edit. a Pamel.* d *Front. in not. ad Kalend.*
e *Dom. Georg. in append. Monum. ad Liturg. Rom. Pont. tom. 3. pag. 254.*
f *Mart. de antiq. Eccl. Ritib. lib. 4. cap. 19. num. 37.*
g *Mabill. comment. in Ord. Rom. num. x.*

Digitized by Google

xerunt eis; quare non adduxiſtis eum? Reſponderunt Miniſtri: nunquam locutus eſt homo ſicut hic homo. Reſponderunt ergo eis Phariſæi: nunquid & vos ſeducti eſtis? Nam quis ex Principibus credit in eum? aut ex Pha-

manum; ubi tamen clariſſimus vir memoria lapſus eſſe videtur, cum hæc ſcripſit: *conſentit Sacramentarium editionis Pameliauæ, in quo omiſſa collectæ mentione*, STATIO AD S. JOANNEM ANTE PORTAM LATINAM, *indicatur*. Quomodo enim ſe habeat Sacramentarium Pamelii, & quod nulla in eo de Statione mentio fiat, paulo ante a me relatum eſt; nec diſſimiliter erraſſe videtur, cum verba faciens de Officio hujus Sabbati: *Et ſane*, inquit, *hactenus Miſſæ officium exceptis collectis, Epiſtola, & Evangelio in eodem Sabbato repetitur ex feria vj. præcedente, quod in diebus, qui a Statione, & Officio vacant, fieri ſolitum Micrologus jamdudum obſervavit*. Nam Micrologus de Officio ejuſdem Sabbati hæc tradidit (a). *Sabata ante quadrageſimam, & ante Palmas Dominicarum ſuarum officia recipiunt: nec immerito, cum quilibet dies privati de ſuis Dominicis ſoleant inofficiari*. Et in ordine Romano (b), & apud Alcuinum hæc de eadem die adnotantur (c): *Et quia de hac feria officium non habetur, de iiſdem feriis repetitur, id eſt de quarta feria*. An verò fermentum, quod Sabbato ante Palmas diſtribuebatur in Patriarchio Lateranenſi, eſſet Euchariſtia, quæ ſingulis diebus Dominicis per titulos mittebatur ex conſecratu Pontificis, quidam ex laudatis Sriptoribus opinari videntur. Ego autem, ſi meam ſententiam in re obſcuriſſima dicere licet, puto, ea voce Sacram Euchariſtiam minime ſignificari, nec enim animum inducere poſſum, ut putem, morem illum mittendi fermentum, ſeu Euchariſtiam per titulos eo tempore ſervatum fuiſſe, quo hujuſmodi nomina, nempe, *Conſiſtorium Lateranenſe*, uſurpari in Romana Eccleſia cœperunt. Itaque nomine fermēti hoc loco nihil aliud ſignificari ſuſpicor, quàm panem benedictum, qui eo die eulogiarum vice pauperibus a Pontifice ſolemni Ritu diſtribuebatur. Et quidem è Patriarchio Lateranenſi diſtribui con-

a *Micrelog. de Eccl. obſerv. cap. 50. pag. 459.* b *Ord. Rom. pag. 41.*
c *Alcuin. de Eccl. off. pag. 52.*

Digitized by Google

Phariſæis ? Sed turba hæc, quæ non novit legem, maledicti ſunt. Dicit Nicodemus ad eos, ille, qui venit ad eum noctu, qui unus erat ex eis: Numquid lex noſtra judicat hominem, niſi ab ipſo audierit prius, & co-

conſueviſſe panem, ſeu eleemoſynam pauperibus ſuaderi poteſt ex iis, quæ narrantur in vita Adriani I. Romani Pontificis in hunc modum (a): *Decernens .... ut omni die centum Fratres Noſtri Chriſti pauperum, etiam ſi plures fuerint, aggregentur in Lateranenſi Patriarchio, & conſtituantur in Porticu, quæ eſt juxta Scalam, quæ aſcendit in Patriarchio, ubi & ipſi pauperes depicti ſunt, & quinquaginta panes penſantes per unumquemque panem libras duas, ſimulque & decimatas vini duas penſantes per unamquamque decimatam libras ſexaginta, & caldaria plena de pulmento erogentur omni die per manus unius fideliſſimi paracellarii eiſdem pauperibus, accipiens unuſquiſque eorum portionem panis, atque portionem vini*. Cum autem mos ille vocandi panem benedictum fermenti nomine in deſuetudinem paulatim abiviſſet, vel panis loco nummos, vel alias res elargiri placuiſſet, ideo fortaſſe in aliisCodicibuslegitur: *Dominus Papa eleemoſynam dat*: atque ita ſublato ſpeciali nomine fermenti, generale eleemoſynæ vocabulum adhibitum eſt; & poſtea temporis in rubrica hujus Sabbati addita ſunt verba illa: *ad S. Petrum*, cum ſcilicet Romani Pontifices habitare cœperunt apud Baſilicam S. Petri, ibique Reſidentes pias illas elargitiones, quas in Patriarchio Lateranenſi facere ſolebant, apud S. Petrum peragere inſtituerunt. Sed quod magis mea intereſt, ſupereſt, ut aliquid de Evangelio hujus diei dicam. Et quidem Evangelium, quod legitur in noſtro Codice, diverſum eſt ab illo, quod extat in Miſſali Romano impreſſo. E diverſo cum noſtro concordant tres antiqui Codices mss. relati ab Eminentiſſimo Cardinali Thomaſio, & ab eo notati lit. A. I. K., in quibus Sabbato ante Dominicam in Ramis Palmarum idem Evangelium, quod legitur in noſtro Miſſali, dicendum in Miſſa indicatur. De primo autem Codice notato lit. A. hæc monet idem Clariſſimus Cardinalis: *Vaticanus not. 43. vetuſtiſſimus continens quatuor Evangelia &c.* De altero ſignato lit. I.

a *In vita Hadr. Papæ I. in coll. Concil. Labb. tom. 6. pag. 1741.*

cognoverit quid faciat ? Reſponderunt, & dixerunt ei: Numquid & tu Galilæus es ? Scrutare, & vide quia a Galilæa Propheta non ſurgit. Et reverſi ſunt unuſquiſque in domum ſuam.

SECRETA.

A eunctis nos, quæſumus Domine, reatibus & periculis propitiatus [a] *averte*: quos tanti myſterii tribuis eſſe [b] *participes*. Per.

AD COMPLENDUM.

Divini muneris largitate ſatiati, quæſumus Domine Deus noſter: ut hujus ſemper participatione vivamus. Per Dominum.

SUPER POPULUM ORATIO.

Tueatur, quæſumus Domine, dextera tua populum [c] *tuum* deprecantem, & purificatum dignanter erudiat: ut conſolatione præſenti, ad futura bona proficiat. Per Dominum.

DOMINICA IN RAMIS PALMARUM.

ORATIO.

Deus, quem diligere & amare, juſtitia eſt; ineffabilis gratiæ tuæ in nobis dona multiplica: & qui feciſti nos in morte Filii tui ſperare, [d] *quod* credimus; fac nos eodem

a abſolve *in Miſſal. impreſſ.* b conſortes
c *deeſt in impr.* d que

---

lit. I. *Oratorii Vallicellani Miſſale vetuſtum ex S. Gelaſii, & S. Gregorii Codicibus Sacramentorum, ut videtur, conflatum not.* B. VIII. *in quo & Romanæ Stationes extant*. Ex quo utique noſtri Codicis antiquitas magis magiſque adſtruitur.

Digitized by Google

eodem reſurgente pervenire quò tendimus. Qui tecum vivit & regnat.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Cùm appropinquaſſet Jeſus Jeroſolymis &c. benedictus, qui venit in nomine Domini.

ORATIO.

Deus, qui miro [a] *diſpenſationis* ordine ex rebus etiam inſenſibilibus, diſpenſationem noſtræ ſalutis oſtendere voluiſti: da quæſumus; ut devota tuorum corda fidelium ſalubriter intelligant, [b] *quod* myſticè [c] *deſignetur* in facto, quòd hodie cœleſti lumine afflata, Redemptori obviàm procedens, palmarum atque olivarum ramos veſtigiis ejus turba ſubſtravit. Palmarum igitur rami de [d] *morte* principe triumphos expectant: ſurculi verò olivarum, ſpiritùalem unctionem adveniſſe quodammodò clamant. Intellexit enim jam tunc illa hominum beata multitudo [e]: quia Redemptor noſter humanis condolens miſeriis pro totius mundi vita cum mortis principe eſſet pugnaturus, ac moriendo triumphaturus. Et ideò talia obſequens adminiſtravit, quæ in illo & triumphos victoriæ, & miſericordiæ pinguedinem declararent. Quod nos quoque plena fide, & factum & ſignificatum retinentes, te Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſuppliciter exoramus: ut in ipſo, atque per ipſum, cujus nos membra fieri voluiſti, de mortis imperio victoriam reportantes, ipſius

a diſpoſitionis b quid c deſignet d morte e præfigurari

tes, ipſius [a] *autem gloriæ* reſurrectionis participes eſſe mereamur. Qui tecum vivit & regnat.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Surſum corda.

Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo noſtro.

Dignum & juſtum eſt.

(1) *Vere dignum & juſtum eſt æquum & ſalutare, nos tibi ſemper, & ubique gratias agere, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui Martham, & Mariam flentibus exaudiſti, & Lazarum quatriduanum flentibus revelaſti turba venientibus obviam ſibi offerentes ramos olivarum, & eam Dominus ſanctificaſti palmam, & olivarum ramos benedixiſti, bene ✝ dicere, & ſancti ✝ ficare di-*

a gloriosæ

(1) Hæc Præfatio pro benedictione Palmarum neque in Miſſali Romano, neque in Ordine Romano, neque in antiquis Sacramentariis, ſeu Miſſalibus mss. aut impreſſis, neque apud Edmundum Martene, neque apud alios rerum Liturgicarum ſcriptores reperitur, quæ tamen manca, & mendoſa multis in locis eſſe videtur, nec facile mihi fuit, eam emendare, & ad ſuam veram lectionem reſtituere; dubiuſque fui, nedum eam corrigere velim, aliam immutando faciam. Illud autem hoc loco haud inopportunum fortaſſe erit, ſi adſcribam, quæ de palmarum benedictione adnotat laudatus Martene [a] his verbis: *Benedictionis Palmarum nulla apparet mentio apud auctores ante ſæculum octavum, aut nonum. Et ſanè nullum apparet illius veſtigium in perveruſtis Miſſalibus Francorum, & Gothorum a Thomaſio vulgatis, nullum in*

a *Martene de Antiquis Eccleſ. ritib. lib. iv, cap. 16. num. 2.*

digneris. O vere Beata Oliva, quæ accepiſti primum benedictionem, ut per te omnes homines accipiant benedictionem. Unde & Altaria ungerentur, & diabolicas artes deſtrueret, & fidem Eccleſiæ tuæ conſervaret, & lumen in Eccleſia Dei reſplenderet, & medicinam ſpiritualis cœleſti & peccatorum propria. O vere Beata, o beata Oliva, quæ ad ſimilitudinem Beatæ Virginis Mariæ magnum lumen apparuit in mundo; ut nobis lumen oſtenderet. O vere beata Oliva, quæ meruiſti in ſepulcro cum nardis piſticis ingentis eſſer cum Chriſto. Ita, quæſumus Domine, ut benedicere, & ſanctificare digneris hos ramos olivarum, quos cœleſtis agricula plantavit, ex ore tuo benedicas: ita quæſumus Domine, ut tuam benedictionem deſcendat ſuper hanc olivam, & ſuper populum iſtum, qui Eccleſiam Catholicam aſcendunt, ut omnem benedictionem tuam ſuſcipiant per hanc olivam, ut omnes habitantes in ea ſubſequatur tua miſericordia, ſanctificet corda eorum, ut ab omni nos peccatorum noſtrorum liberemur, & armatum, & clauſum pectus inveniatur in nobis. Per Chriſtum Dominum.

L ORE-

---

in antiqua Liturgia Gallicana ex mss. Bobienſi a Mabillonio eruta, & edita tom. 2. Muſæi Italici, nullum in Ordine Gelaſiano, nullum in S. Gregorii Sacramentorum libro Menardi notis illuſtrato, aliiſque nonnullis ante annos nongentos exaratis; nullum denique in Egberti Eboracenſis Archiepiſcopi Pontificali, ſed neque apud Iſidorum: Nec ullum Amalario antiquiorem, qui illius mentionem fecerit, auctorem vidiſſe me memini. Ipſe enim in lib. 1. de Eccleſiaſticis Officiis cap. 10., quod eſt de Palmarum die, ita habet: IN MEMORIAM ILLIUS REI NOS PER ECCLESIAS NOSTRAS SOLEMUS PORTARE RAMOS, ET CLAMARE OSANNA: *quos Ramos haud dubitamus aliqua benedictione fuiſſe conſecratos.*

ORENUS.

Deus, qui diſperſa congregas, & congregata conſervas: qui populis obviàm Jeſu [a] *venientibus, & ramos olivarum, cæterarumque arborum frondes portantibus* benedixiſti: bene ✝ dic etiam [b] *hos ramos olivarum & palmarum*, quos tui famuli ad [c] *nominis tui benedictionem* fideliter ſuſcipiunt: ut in quemcumque locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatores loci illius conſequantur: & omni [d] *adverſa valetudine* effugata, dextera tua protegat, quos redemit Jeſus Chriſtus Filius tuus Dominus noſter. Qui tecum vivit & regnat.

ORATIO.

Petimus [e] *te* Domine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus: ut [f] *reſpicere digneris ſuper* hanc creaturam olivæ, quam ex ligni materia prodire juſſiſti, [g] *quam* columba rediens ad arcam proprio [h] *retulit* ore, [i] *tu eam* bene ✝ dicere, & ſancti ✝ ficare digneris: ut quicumque [K] *eas acceperit, accipiat ad profectum* animæ & corporis: fiatque, Domine, noſtræ ſalutis remedium, tuæ gratiæ ſacramentum. Per Dominum. Amen.

ORATIO.

(1) *Omnipotens ſempiterne Deus effunde ſuper hos ramos olivarum, & palmarum benedictionem tuam, ſicut effudiſti*

a ramos portantibus   b hos ramos palmæ & olivæ   c ad honorem nominis tui
d adverſitate   e *deeſt*   f *deeſt in Miſſ. impr.*   g quamque   h pertulit
i *deeſt ibid.*   K ex ea receperint, accipiant ſibi protectionem

(1) Hæc Oratio non legitur in ordine Romano Hittorpii. in Miſſali Romano edito, neque

ſti ſuper eos, qui ad te venientes veſtimenta ſua ſtraverunt in via, & praeuntes, & ſequentes clamabant dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſrael; Ita quaeſumus Domine, ut nos hodierna die cum illis digneris benedicere, & ad ſanctae tuae reſurrectionis gloriam incolumes perducere. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. Amen.

IN DIE AD MISSAM.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem noſtrum carnem ſumere, & crucem ſubire feciſti: concede propitius; ut & patientiæ ipſius habere documenta, & reſurrectionis [a] *conſortium* mereamur. Per.

PASSIO SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet &c. ſedentes contra ſepulchrum.

SECRETA.

Concede, quæſumus Domine, ut oculis tuæ majeſtatis munus oblatum, & gratiam nobis devotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per.

AD COMPLENDUM.

Per hujus, Domine, operationem myſterii, & vitia noſtra purgentur, & juſta deſideria compleantur. Per Dominum.

a conſortia

Super Populum. Oratio.

(1) *Præſta nobis omnipotens Deus, ut quia vitiis ſubjacet noſtra mortalitas, tua nos & medicina purificet, & potentia tueatur. Per.*

FERIA SECUNDA
majoris Hebdomadæ.

Oratio.

[a] *Præſta* quæſumus omnipotens Deus, ut, qui in tot adverſis ex noſtra infirmitate deficimus, intercedente pro nobis unigeniti Filii tui paſſione reſpiremus. Qui tecum vivit, & regnat.

Secundum Joannem.

Ante ſex dies *Feſtum* Paſchæ &c. quem ſuſcitavit à mortuis: (2) *Cogitaverunt autem principes ſacerdotum, ut & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Judæis, & credebant in Jeſum. In craſtinum autem turba multa, quæ convenerat ad diem feſtum, cùm audiſſent quia venit Jeſus Jeroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obviam ei, & clamabant: Hoſanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Iſrael. Et invenit Jeſus aſellum, & ſedit ſuper eum,*

a Da *in Miſſ. impreſ.*

(1) Hæc Oratio extat apud Pamelium, & apud Menardum, ſed in eorum Sacramentariis eſt Oratio ad Complendum, ſeu Poſtcommunio, non autem ſuper populum.

(2) Huc uſque Evangelium, quod hac die legitur in Miſſali Romano edito, quæ poſthæc ſequuntur in noſtro Miſſali uſque ad finem, in Miſſali edito extant in Evangelio, quod legitur in Sabbato ante Dominicam Palmarum.

Digitized by Google

eum, ſicut ſcriptum eſt: Noli timere filia Sion: ecce Rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ. Hæc non cognoverunt diſcipuli ejus primùm: ſed quando glorificatus eſt Jeſus, tunc recordati ſunt, quia hæc erant ſcripta de eo, & hæc fecerunt ei. Teſtimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocavit de monumento, & ſuſcitavit eum à mortuis. Propterea & obviam venit ei turba: quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum. Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos: Videtis, quia nihil proficimus; ecce mundus totus poſt eum abiit. Erant autem quidam Gentiles ex his, qui aſcenderant, ut adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Bethſaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Jeſum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rurſum & Philippus dixerunt Jeſu. Jeſus autem reſpondit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur Filius hominis. Amen, amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit; ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum Pater meus, [a] qui in cœlis eſt. Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicam: Pater, [b] ſalvum me fac ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo: Et clarificavi, & iterùm clarificabo. Turba ergo, quæ ſtabat, & an-

a deeſt in impr. b ſalvifica me

Digitized by Google

& audierat, dicebat tonitruum eſſe factum. Alii dicebant: Angelus ei locutus eſt. Reſpondit Jeſus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos. Nunc (a) autem *judicium eſt mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum: (hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus.) Reſpondit ei turba: Nos audivimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Quis eſt iſte Filius hominis? Dixit ergo eis Jeſus: Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis ſitis. Hæc locutus eſt Jeſus: & abiit, & abſcondit ſe ab eis.*

SECRETA.

Hæc ſacrificia nos, omnipotens Deus, potenti virtute mundatos, ad ſuum faciant puriores venire principium. Per.

AD COMPLENDUM.

Præbeant nobis, Domine, divinum (b) ſancta fervorem: quò eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per.

SUPER POPULUM ORATIO.

Adjuva nos Deus ſalutaris noſter: & ad beneficia recolenda, quibus nos inſtaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per.

FE-

a *deeſt* b *tua*

FERIA TERTIA.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, da nobis ita Dominicæ paſſionis ſacramenta peragere: ut indulgentiam percipere mereamur. Per eumdem Dominum.

SECUNDUM JOANNEM.

(1) In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Amen dico vobis, non eſt ſervus major Domino ſuo, neque Apoſtolus major eſt eo, qui miſit illum. Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea. Non de omnibus vobis dico: ego ſcio quos elegerim. Sed ut impleatur ſcriptura. Qui manducat mecum panem, levabit contra

(1) Hac die antiquitus non legebatur Paſſio Domini ſecundùm Marcum, ſed Evangelium ſecundùm Joannem ex cap. XIII. ℣.16. & ita faciendum præſcribitur in quinque antiquis Codicibus relatis a Cardinali Thomaſio in ſuo Capitulari Evangeliorum; ſed in aliis Codicibus adſignatur Evangelium ſecundùm Joannem ex cap. XII. Et quidem vetuſtiſſimis temporibus in more fuiſſe Romanæ Eccleſiæ, ut Paſſio Domini legeretur die Dominico, & Feria quarta, non autem feria tertia, teſtimonio ſunt verba Sancti Leonis in ſermone tertio de Paſſione, qui habitus eſt die Dominico, majoris hebdomadæ: illa autem talia ſunt: *Sed quia multum eſt, dilectiſſimi, ut omnia hodiernus ſermo percurrat, in quartam Feriam, qua lectio Dominicæ Paſſionis iterabitur, reſidua differantur*. Sed hac de re haud plura dicam, illud ſolum addens, aliud hinc ſumi argumentum pro antiquitate noſtri Miſſalis, & pro illo Romanæ Eccleſiæ adjudicando: gratius enim lectori erudito futurum exiſtimo, ſi afferam, quæ de hoc argumento eruditè ſcripſit Pater Martene [a] de antiquis Eccleſiæ ritibus, in hunc modum: *Feria tertia olim non legebatur Paſſio Domini ſecundùm Marcum, ſed aliud Evangelium ex Joannis capite*

a *Lib. IV. cap. XXI. §. IX.*

Digitized by Google

tra me calcaneum ſuum: amodo dico vobis, priuſquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis, quia ego ſum. Amen, amen dico vobis: qui accipit, ſi quem miſero, me accipit: Et qui me accipit, accipit eum, qui me miſit. Hæc cum dixit Jeſus, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit: Amen, amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me. Adſpiciebant ergo diſcipuli ad invicem hæſitantes de quo diceret. Erat ergo recumbens unus ex

pite 12. *aut* 13., *ut patet ex libro Comitis, in quo hac die aſſignatur Evangelium*: NISI GRANUM FRUMENTI CADENS IN TERRAM: *Ex antiquo Lectionario B.M. Calenſis; ex vetuſtiſſimo Codice Illmi Domini Chaurelin Regiorum Sigillorum Cuſtodis, in Carta purpurea literis argenteis ab annis circiter* 900. *exarato, & ex antiquo etiam Codice Bibliothecæ Ottoboniana, in quibus legitur ex cap.* 13. ANTE DIEM FESTUM PASCHÆ SCIENS JESUS, QUIA VENIT HORA EJUS *&c. uſque* ET CONTINUO CLARIFICABIT EUM: *Ex duobus vetuſtiſſimis Sacramentariis Eccleſiæ Turonenſis, in quibus idem Evangelium ab his tantum verbis incipiens*: AMEN, AMEN DICO VOBIS, NON EST SERVUS MAJOR DOMINO SUO: *continetur. His adjungere poſſemus tres antiquiſſimos Codices S. Remigii Remenſis annorum circiter* 800.; *quartum Monaſterii S. Theodorici propè Remos; quintum ex inclito Monaſterio Sancti Medardi Sveſſionenſis, qui poſt Sacra Evangelia aureis literis ſcripta continet ſeriem lectionum per anni circulum ad Miſſam recitandarum: qui codex a Ludovico Pio Imperatore conceſſus creditur; ſextum ex Divionenſi S. Benigni Monaſterio; denique alium ex Monaſterio Cormeriacenſi ante annos etiam* 800. *exaratum, & alios quamplures, in quibus pro paſſione ſecundum Marcum, legitur brevius aliud Evangelium, id quod ſane mirum videri non debet, cum illa Paſſio olim ad nocturnos Dominicâ Palmarum recitaretur*: & deinde nonnullis interpoſitis, referens antiquos libros Miſſales diverſarum Eccleſiarum Galliæ ſermonem ita proſequitur: *Sed Lugdunenſis, quæ antiquorum rituum ſemper tenax fuit, in Miſſali anno* 1024. *typis mandato conſtanter retinet Evangelium*: ANTE DIEM TER-

ex diſcipulis ejus in ſinu Jeſu, quem diligebat Jeſus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: quis eſt, de quo dicit? Itaque cum recubuiſſet ille ſupra pectus Domini, dicit ei: Domine quis eſt? Reſpondit Jeſus: ille eſt, cui intinctum panem porrexero. Et cum intinxiſſet panem, dedit Judæ Simonis Scariothes; & poſt buccellam tunc introivit in illum Satanas. Dicit ei Jeſus: quod facis, fac citius. Hoc autem nemo ſcivit ex

FESTUM PASCHÆ SCIENS JESUS, QUIA VENIT HORA EJUS: *pro Paſſione ſecundùm Marcum, quam ad nonam lectionem nocturnarum vigiliarum Dominicæ Palmarum aſſignat.* Quicumque olim fuerit, ac nunc ſit mos Eccleſiæ Lugdunenſis, & aliarum Eccleſiarum Galliæ; diverſam utique fuiſſe conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ, affirmat Cardinalis Thomaſius, qui putat, Paſſionem ſecundum Marcum legi conſueviſſe Magni Leonis ætate hora nona circiter diei Sabbati Sancti: verba doctiſſimi Cardinalis talia ſunt (a): *Die Sabbati Sancti ante ſacratiſſimæ noctis vigilias ſolemnes fortè hora nona tota olim legebatur Dominicæ paſſionis, & Reſurrectionis hiſtoria, quæ ſecundum Marcum procul dubio recitabatur; cum die Dominico ſecundum Matthæum, & feria iv. ſecundum Lucam eam legi conſueviſſe, & vetuſtiſſima hæc Capitularia, & S. Leonis ſermones, ſi conſiderentur attentius, ſatis probent: Feria verò ſexta ſecundum Joannem, & hæc Capitularia, & Sacramentaria omnia jam olim legi ſolere demonſtrant. Reſtat igitur Paſſio Domini ſecundum Marcum, quam antiquiora Capitularia prætermittunt; rectè itaque illam adſcripſerimus diei Sabbati Sancti juxta morem ævi S. Leonis Papæ, a quo diſcimus ejuſmodi lectionis ritum, qui poſtea retracto nocturno Vigiliarum officio ad diem ipſum Sabbati obſolevit.* Hactenus piiſſimus Cardinalis; poſtea ad adſtruendum quod aſſeruit, affert argumenta, & probationes ex Homiliis Sancti Leonis, quæ in ejus notis ad Capitulare Evangeliorum appoſitis legi poterunt.

a *Card. Thomaſ. ſub nomine Joſ. M. Cari in notis ad Capitul. Evangel. verb. in Sabbato Sancto pag. 164.*

diſcumbentibus ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixiſſet ei Jeſus: Eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut egenis ut aliquid daret. Cum ergo accepiſſet ille buccellam, exivit continuo. Erat autem nox. Cum exiſſet, dixit Jeſus: Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo, & Deus continuo clarificabit eum.

SECRETA.

Sacrificia nos, quæſumus Domine, propenſiùs iſta reſtaurent: quæ medicinalibus ſunt inſtituta jejuniis. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia noſtra curentur: & remedia nobis ſempiterna proveniant. Per Dominum.

SUPER POPULUM ORATIO.

(1) Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut, qui noſtris exceſſibus inceſſanter affligimur, per unigeniti Filii tui paſſionem [a] *reſpiremus*. Qui tecum vivit.

FERIA QUARTA.

ORATIO.

(2) *Deus, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum ſubire feciſti, ut inimici à nobis expelleres poteſtates, concede nobis famulis tuis, ut reſurrectionis gratiam conſequamur. Per.*

PAS-

a liberemur

(1 In Miſſali impreſſo eſt Oratio Miſſæ Feriæ quartæ.

(2 Hæc Oratio exrat hac die in Sacramentario Gregoriano Pamelii cum altera, quæ legitur in Miſſali impreſſo.

PASSIO SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore : Appropinquabat dies feſtus Azymorum , qui dicitur Paſcha &c. quæ ſecutæ eum erant à Galilæa , hæc videntes .

SECRETA.

(1) *Purifica nos miſericors Deus , ut Eccleſiæ tuæ preces , quæ tibi grata ſunt pia munera deferentes , fiant expiatis mentibus gratiores . Per.*

AD COMPLENDUM.

Largire ſenſibus noſtris omnipotens Deus [a] *intelligentiam ſpiritalem* : ut , per temporalem Filii tui mortem , quam myſteria veneranda teſtantur , vitam te nobis dediſſe perpetuam confidamus . Per eumdem Dominum noſtrum.

SUPER POPULUM ORATIO.

Reſpice , quæſumus Domine , ſuper hanc familiam tuam : pro qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus non dubitavit manibus tradi nocentium , & crucis ſubire tormentum . Qui tecum vivit.

FERIA QUINTA
in Cœna Domini .

ORATIO.

Deus , à quo & Judas reatus ſui pœnam , & confeſſionis ſuæ latro præmium ſumpſit : concede nobis tuæ propitiationis effectum ; ut , ſicut in paſſione ſua Jeſus

 Chri-

a *Deſunt in Miſſali impreſſo .*

(1) Extat in Sacramentario Pamelii , ubi legitur : *quæ tibi gratæ ſunt .*

Chriſtus Dominus noſter diverſa utriſque intulit ſtipendia meritorum ; ita nobis, ablato vetuſtatis errore, reſurrectionis ſuæ gratiam largiatur. Qui tecum vivit & regnat.

SECUNDUM JOANNEM.

Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Jeſus &c. ita & vos faciatis.

SECRETA.

Ipſe tibi, quæſumus Domine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus, ſacrificium noſtrum reddat acceptum, qui diſcipulis ſuis in ſui commemorationem hoc fieri hodierna [a] *die* monſtravit, Jeſus Chriſtus Filius tuus Dominus noſter : Qui tecum vivit & regnat.

INFRA ACTIONEM.

Communicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes, quo Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro nobis eſt traditus : ſed & memoriam venerantes in primis glorioſæ ſemper Virginis Mariæ genitricis ejuſdem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti : ſed & beatorum Apoſtolorum, ac Martyrum tuorum, Petri & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Thaddæi : Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis & Pauli, Coſmæ & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum : quorum meritis precibuſque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hanc

a hodierna traditione

Digitized by Google

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ [a], quam tibi offerimus ob diem, in qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus tradidit diſcipulis ſuis corporis & ſanguinis ſui myſteria celebranda; quæſumus Domine, ut placatus accipias: dieſque noſtros in tua pace diſponas: atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Qui pridie, quàm pro noſtra omniumque ſalute pateretur, hoc eſt, hodie, accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas.

AD COMPLENDUM.

Repleti vitalibus alimentis, quæſumus Domine Deus noſter: ut, quæ tempore noſtræ mortalitatis exequimur, immortalitatis tuæ munere conſequamur. Per Dominum.

SUPER POPULUM. ORATIO.

Deus, qui per mortem Filii tui deſtruxiſti mortale ſæculum, & per Crucis ejus patibulum nobis reſurrectionis gratiam promiſiſti, ut ad cæleſtia regna tranſire mereamur. Per Dominum.

ORATIO.

Deus, à quo & Judas reatus ſui pœnam, & confeſſionis ſuæ latro prœmium ſumpſit: concede nobis tuæ propitiationis effectum; ut, ſicut in paſſione ſua Jeſus Chriſtus Dominus noſter diverſa utriſque intulit ſtipendia meritorum; ita nobis, ablato vetuſtatis errore, reſur-

a ſed & cunctæ familiæ tuæ

Digitized by Google

ſurrectionis ſuæ gratiam largiatur. Qui tecum vivit & regnat.

FERIA SEXTA
in Paraſceve.

ORATIO.

(1) *Deus, qui peccati veteris hæreditariam mortem, in qua poſteritatis genus omne ſucceſſerat, Chriſti Filii tui paſſione ſolviſti, da quæſumus, ut confirmes eadem facta, & ſicut imaginem terreni portavimus, ita imaginem cæleſtis, gratiæ ſanctificatione portemus. Per.*

PASSIO SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Egreſſus eſt Jeſus cum diſcipulis ſuis &c. Videbunt in quem transfixerunt.

ORATIO.

Oremus, dilectiſſimi nobis, pro Eccleſia ſancta Dei: ut eam Deus & Dominus noſter, pacificare, adunare, & cuſtodire dignetur toto orbe terrarum: ſubjiciens ei principatus, & poteſtates: detque nobis quietam & tranquillam vitam degentibus, glorificare Deum Patrem omnipotentem. Oremus. Flectamus genua. Levate.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui gloriam tuam omnibus in Chriſto Gentibus revelaſti: cuſtodi opera mi-

(1) Hæc Oratio extat in Sacramētario Pamelii, & quæ aliter ibi leguntur, ut cum noſtris conferri poſſint, hic adnotabo: *Chriſti tui Domini noſtri paſſione ſolviſti: da, ut conformes ejuſdem facti, ſicut imaginem terrenæ creaturæ neceſſitate portavimus, ita & imaginem cæleſtis gratiæ ſanctificatione portemus. Qui tecum.*

miſericordiæ tuæ; ut Eccleſia tua toto orbe diffuſa, ſtabili fide in confeſſione tui nominis perſeveret. Per eumdem Dominum noſtrum &c. Amen.

Oremus & pro beatiſſimo Papa noſtro N., ut Deus & Dominus noſter, qui elegit eum in ordine Epiſcopatus, ſalvum atque incolumem cuſtodiat Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ad regendum populum ſanctum Dei.

Oremus. Flectamus genua. Levate.

Omnipotens ſempiterne Deus, cujus judicio univerſa fundantur: reſpice propitius ad preces noſtras, & electum nobis Antiſtitem tua pietate conſerva; ut Chriſtiana plebs, quæ [a] *tali* gubernatur auctore, ſub tanto Pontifice, credulitatis ſuæ meritis augeatur. Per Dominum. Amen.

Oremus & pro omnibus Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, Acolythis, Exorciſtis, Lectoribus, Oſtiariis, Confeſſoribus, Virginibus, Viduis: & pro omni populo ſancto Dei.

Oremus. Flectamus genua. Levate.

Omnipotens ſempiterne Deus, cujus ſpiritu totum corpus Eccleſiæ ſanctificatur & regitur: exaudi nos pro univerſis ordinibus ſupplicantes; ut gratiæ tuæ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter ſerviatur. Per Dominum &c. Amen.

Si non eſt coronatus, dicatur, electo Imperatore.

Oremus & pro Chriſtianiſſimo Imperatore noſtro Ill. ut Deus & Dominus noſter ſubditas illi faciat omnes bar-

Digitized by Google

barbaras nationes, ad noſtram perpetuam pacem.
Oremus. Flectamus genua. Levate.

Omnipotens ſempiterne Deus, in cujus manu ſunt omnium poteſtates, & omnium jura regnorum: reſpice ad Romanum benignus Imperium; ut gentes, quæ in ſua feritate confidunt, potentiæ tuæ dextera comprimantur. Per Dominum. Amen.

Oremus & pro catechumenis noſtris: ut Deus & Dominus noſter adaperiat aures præcordium ipſorum, januamque miſericordiæ; ut per lavacrum regenerationis accepta remiſſione omnium peccatorum, & ipſi inveniantur in Chriſto Jeſu Domino noſtro.
Oremus. Flectamus genua. Levate.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui Eccleſiam tuam nova ſemper prole fœcundas: auge fidem & intellectum catechumenis noſtris, ut renati fonte baptiſmatis; adoptionis tuæ filiis aggregentur. Per Dominum. Amen.

Oremus, dilectiſſimi nobis, Deum Patrem omnipotentem, ut cunctis mundum purget erroribus, morbos auferat, famem depellat, aperiat carceres, vincula diſſolvat, peregrinantibus reditum, infirmantibus ſanitatem, navigantibus portum ſalutis indulgeat.
Oremus. Flectamus genua. Levate.

Omnipotens ſempiterne Deus, mœſtorum conſolatio, laborantium fortitudo, perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium, ut omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiam tuam gaudeant affuiſſe. Per Dominum. Amen.

Ore-

Digitized by Google

Oremus & pro hæreticis, & ſchiſmaticis: ut Deus & Dominus noſter eruat eos ab erroribus univerſis; & ad ſanctam matrem Eccleſiam catholicam atque Apoſtolicam revocare dignetur.

Oremus. Flectamus genua. Levate.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui ſalvas omnes, & neminem vis perire: reſpice ad animas diabolica fraude deceptas; ut omni hæretica pravitate depoſita, errantium corda reſipiſcant, & ad veritatis tuæ redeant unitatem. Per Dominum. Amen.

Oremus & pro perfidis Judæis: ut Deus & Dominus noſter auferat velamen de cordibus eorum; ut & ipſi agnoſcant Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Hic non dicitur: Flectamus genua.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui etiam [a] perfidiam à tua miſericordia non repellis: exaudi preces noſtras, quas pro illius populi obcæcatione deferimus; ut, agnita [b] *veritate tua*, quæ Chriſtus eſt, à ſuis tenebris eruantur. Per. Amen.

Oremus & pro paganis: ut Deus omnipotens auferat iniquitatem à cordibus eorum, ut relictis idolis ſuis, convertantur ad Deum vivum & verum, & unicum Filium ejus Jeſum Chriſtum Deum & Dominum noſtrum; *cum quo vivit, & regnat Deus cum Spiritu ſancto per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.*

Oremus. Flectamus genua. Levate.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui non mortem pec-

N

a Judaicam *in ed.* b veritatis tuæ luce *in ed.*

Digitized by Google

peccatorum, ſed vitam ſemper inquiris: ſuſcipe propitius orationem noſtram, & libera eos ab idolorum cultura: & aggrega Eccleſiæ tuæ ſanctæ, ad laudem & gloriam nominis tui. Per Dominum. Amen.

IN SABBATO SANCTO.

Oremus. Flectamus genua. Levate.

(1) Deus, qui mirabiliter creaſti hominem, & mirabilius redemiſti, da nobis quæſumus contra oblectamenta

(1) Undecim Orationes in Sabbato Sancto ante Officium ejuſdem diei recitandæ ad lectiones, quæ ante benedictionem Fontis legebantur, ponuntur in noſtro Codice, unde ejus vetuſtas, & Sac. Rituum, qui in eo continentur, antiquitas adſtruitur; idem enim Orationum numerus legitur in Sacramentario Gelaſiano, ſi excipiatur Oratio, quæ recitanda præſcribitur poſt Pſal. XLI. Etenim ea, & Pſalmus prædictus ſpectant ad ſolemnem, quæ Sabbati nocte celebrabatur, Baptiſmatis functionem, ideoque unà cum Pſal. *Quemadmodum &c. XLI.* omittitur in noſtro Miſſali, quem alibi diximus pertinuiſſe ad Monachos, quibus minime licebat Catechumenos Sacro Fonte abluere, & munus, quod proprium eſt Sacrorum Antiſtitum, uſurpare. Profectò vetuſtiora Sacramentaria Gregoriana quatuor tantùm Lectiones, & quatuor Orationes, non numeratis duabus illis, quæ ad Pſalmum XLI. ſpectant, habent: totidem lectionum, totidemque Orationum dicendarum in Sabbato Sancto meminerunt (a) Ordo Romanus editus ab Hittorpio, vulgatus (b) Alcuinus, & (c) Amalarius. (d) Micrologus autem, qui undecimo ſæculo exeunte ſcripſit, monet duodecim Lectiones, juxta Romanum Ordinem legendas eſſe abſque titulis ante baptiſmum. Quare ex conjectura haud prorſus inveriſimili quiſpiam recte ſuſpicari poſſet, juxta Gelaſianum ritum, quem etiam poſt Gregorium Magnum Monachi Lateranenſes in hac parte retinuiſſe videntur, decem re-

a *Ord. Rom. de Sabb. Sanct.*
b *Alcuinus de Div. Offic. de Sabb. Sanct. Paſcha.*
c *Amalar. de Eccleſiaſt. Offic. lib. 1, cap. 19.*
d *Microlog. de Eccleſiaſt. Obſerv. caſ. 53.*

Digitized by Google

menta peccati mentis ratione perſiſtere, ut mereamur ad gaudia æterna pervenire. Per.

Oremus. Flectamus genua. Levate.

Deus incommutabilis virtus, & lumen æternum: reſpice propitius ad totius Eccleſiæ tuæ mirabile ſacramen-

N 2

recitatas fuiſſe lectiones, & undecim Orationes; decem ſcilicet pro decem lectionibus, unam autem pro functione Baptiſmi ea die peragenda; ſed in aliis Eccleſiis juxta Sacramentarium Gregorianum inductam fuiſſe conſuetudinem legendi quatuor lectiones, & quatuor Orationes; proceſſu autem temporis uſum obtinuiſſe recitandi duodecim lectiones, uti etiam nunc obſervatur. At vero Emus Card. Thomaſius cenſet, juxta Ritum Gelaſianum duodecim, non decem lectiones dictas eſſe in Sabbato Sancto, & eo loco mutilum, & mancum eſſe Codicem Gelaſianum, quod tamen ex ſola conjectura affirmat, & haud manifeſte probat. Ejus autem ſententiam, ſi placet, ſequi, nihilominus antiquitas noſtri Codicis, ejuſque rituum firma conſiſtit. Verba piiſſimi Cardinalis talia ſunt: *In vigiliis Paſchæ ſecundum ordinem Gelaſianum duodecim lectiones legebantur, ut tradit vetuſtus Codex manuſcriptus relatus a Joanne Morino in appendice ad librum de pœnitentia pag. 54., & liber Sacramentorum Rom. Eccleſ. editus 1682., licet in hac parte duabus videatur lectionibus mutilatus.* Poſt hæc autem nonnullis aliis adjectis ita proſequitur: *Porro in iſtis duodecim lectionibus, quæ ad Catechumenorum* * *eadem nocte baptizandorum maxime pertinebant, is videtur ordo ſervatus tum in legendis ex ſacra hiſtoria, vel ex majoribus Prophetis quibuſdam mirabilioribus, quæ ſuavius audiuntur, quæque in articulis quinque ætatum mundi ſunt conſtituta, aut ad reſurrectionem carnis, baptiſmum, pugnamque cum tentationibus faciunt, quem ordinem pulchrè tradit S. Auguſtinus libro de Catechizandis rudibus; ad quem harum lectionum paſchalium rationem expendere, perjucundum erit rei Sacræ ſtudioſo lectori* (a).

* *fortè deeſt* inſtructionem *aliter ſenſus mutilus videtur.*

a *Card. Thomaſ. in not. ad Lection. Miſſæ pag. 46.*

mentum, & opus ſalutis humanæ, perpetuæ diſpoſitionis effectu tranquilliùs operare: totuſque mundus experiatur, & videat, dejecta erigi, inveterata renovari, & per ipſum redire omnia in integrum, à quo ſumpſere principium, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: Qui tecum vivit.

Oremus. Flectamus genua. Levate.

Deus, fidelium Pater ſumme, qui in toto orbe terrarum, promiſſionis tuæ filios [a] *diffuſos adoptionis tuæ* multiplicas: & per Paſchale ſacramentum, Abraham puerum tuum univerſarum, ſicut juraſti, Gentium efficis patrem; da populis tuis dignè ad gratiam tuæ vocationis introire. Per.

Oremus. Flectamus genua. Levate.

(1) *Deus, cujus antiqua miracula in præſenti quoque ſæculo coruſcare ſentimus, præſta quæſumus, ut ſicut priorem populum ab Ægyptiis liberaſti, hoc ad ſalutem gontium per aquas Baptiſmatis opereris. Per.*

Oremus. Flectamus genua. Levate.

Omnipotens ſempiterne Deus, multiplica in honorem nominis tui, quod patrum fidei ſpopondiſti: & promiſſionis filios ſacra adoptione dilata; ut, quod priores ſancti non dubitaverunt futurum, Eccleſia tua magna jam ex parte cognoſcat impletum. Per.

Ore-

a diffuſa adoptionis gratia *in edit.*

(1) In Miſſali edito eſt Oratio Prophetiæ Quartæ, & paulo aliter ſe habet, ut conferenti manifeſtum erit; in Sacramentario autem Pamelii, & Menardi extat, ut in noſtro Codice.

Digitized by Google

Oremus. Flectamus genua. Levate.

(1) Deus, qui nos ad celebrandum Paſchale ſacramentum, utriuſque teſtamenti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericordiam tuam: ut ex perceptione præſentium munerum, firma ſit expectatio futurorum. Per.

Oremus. Flectamus genua. Levate.

(2) Deus, qui Eccleſiam tuam ſemper Gentium vocatione multiplicas: concede propitius; ut quos aqua baptiſmatis abluis: continua protectione tuearis. Per.

Oremus. Flectamus genua. Levate.

(3) *Concede quæſumus omnipotens Deus, ut qui Paſchalia feſta agimus, cæleſtibus deſideriis accenſi fonte vitæ ſitiamus. Per Dominum.*

Oremus. Flectamus genua. Levate.

(4) *Deus, qui nobis per Prophetarum ora præcepiſti temporalia relinquere, atque ad æterna feſtinare; da famulis tuis, ut quæ a te juſſa cognovimus, implere cæleſti inſpiratione valeamus. Per.*

Oremus. Flectamus genua. Levate.

(5) Omnipotens ſempiterne Deus, reſpice propitius ad devotionem populi renaſcentis, qui ſicut cervus, aquarum tuarum expetit fontem: & concede propitius; ut

(1) Eſt in edito Oratio Prophetiæ ſeptimæ.

(2) In edito eſt Oratio Prophetiæ ſextæ.

(3) Extat in Sacramentario Pamelii, & Menardi, ubi legitur *fontem*.

(4) Hæc Oratio hac die non legitur neque in Miſſali edito, neque in Sacramentariis.

(5) In Miſſali Romano hæc Oratio recitanda præſcribitur, priuſquam Sacerdos ingrediatur ad benedictionem fontis.

Digitized by Google

ut fidei ipſius ſitis, baptiſmatis myſterio animam corpuſque ſanctificet. Per Dominum. Amen.
Oremus. Flectamus genua. Levate.

(1) Omnipotens ſempiterne Deus, adeſto magnæ pietatis tuæ myſteriis, adeſto ſacramentis: & ad recreandos novos populos, quos tibi fons baptiſmatis parturit, Spiritum adoptionis emitte: ut quod noſtræ humilitatis gerendum eſt miniſterio, virtutis tuæ impleatur effectu. Per Dominum.

IN SABBATO SANCTO.

ORATIO.

Deus, qui hanc ſacratiſſimam noctem gloria Dominicæ reſurrectionis illuſtras: conſerva in nova familiæ tuæ progenie adoptionis Spiritum, quem dediſti; ut corpore & mente renovati, puram tibi exhibeant ſervitutem. Per eumdem Dominum. in unitate ejuſdem.

SECUNDUM MATTHÆUM.

Veſpere autem Sabbati &c. [a] *Sicut prædixit* vobis.

SECRETA.

Suſcipe, quæſumus Domine, preces populi tui, cum oblationibus hoſtiarum: ut Paſchalibus initiata myſteriis, ad æternitatis nobis medelam, te operante, proficiant. Per.

INFRA ACTIONEM.

Communicantes, & noctem ſacratiſſimam celebran-

a Ecce prædixi vobis.

(1) Hæc in Miſſali edito eſt altera Oratio, quæ a Sacerdote dicenda eſt, cum ad ejuſdem fontis benedictionem procedit.

brantes Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundùm carnem: ſed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemper virginis Mariæ, genitricis ejuſdem Dei & Domini noſtti Jeſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorum &c.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum; quæſumus Domine, ut placatus accipias &c.

ORATIO.

Spiritum nobis, Domine, tuæ charitatis infunde: ut, quos ſacramentis Paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per Dominum. in unitate ejuſdem Spiritus ſancti Deus.

IN DIE PASCHÆ.

ORATIO.

Deus, qui hodierna die per Unigenitum tuum, æternitatis nobis aditum devicta morte reſeraſti: vota noſtra, quæ præveniendo aſpiras, etiam adjuvando proſequere. Per eumdem Dominum.

SECUNDUM MARCUM.

In illo tempore: Maria Magdalene &c. ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis.

SECRETA.

Suſcipe, quæſumus Domine, preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: ut Paſchalibus initiata myſteriis,

Digitized by Google

ſteriis, ad æternitatis nobis medelam, te operante, proficiant. Per.

Communicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundùm carnem. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemper virginis Mariæ, genitricis ejuſdem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorum &c.

INFRA ACTIONEM.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ; ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua & Spiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum, quæſumus Domine, ut placatus accipias, dieſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per.

AD COMPLENDUM.

Spiritum nobis Domine tuæ charitatis infunde, ut quos ſacramentis Paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per.

AD VESPERAS.

(1) *Concede quæſumus omnipotens Deus, ut qui Reſurrectionis Dominicæ ſolemnia colimus, innovatione tui ſpiritus, à morte animæ reſurgamus. Per.*

AD

---

(1) Utraque Oratio, quæ ſequitur, extat in Sacramentariis Pamelii, & Menardi.

Digitized by Google

Ad Fontes.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut qui gratiam Dominicæ reſurrectionis agnovimus, ipſi per amorem Spiritus à morte animæ reſurgamus. Per.

PRÆFATIO
In Nativitate Domini.

Æterne Deus: Quia per incarnati Verbi myſterium nova mentis noſtræ oculis lux tuæ claritatis infulſit, ut dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc in inviſibilium amorem rapiamur. Et ideo cum Angelis, & Archangelis, cum Thronis, & Dominationibus, cumque omni militia cœleſtis exercitus hymnum gloriæ tuæ canimus ſine fine dicentes: Sanctus &c.

PRÆFATIO
In Epiphania.

Æterne Deus: Quia cum Unigenitus tuus in ſubſtantia noſtræ mortalitatis apparuit, in nova nos immortalitatis ſuæ luce reparavit. Et ideo &c.

IN QUADRAGESIMA.

Æterne Deus: Qui corporali jejunio vitia comprimis, mentem elevas, virtutem largiris, & præmia. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

IN RESURRECTIONE.

Æquum, & ſalutare: Te quidem Domine omni tempore, ſed in hac potiſſimum die glorioſius prædicare; cum Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: Ipſe enim verus eſt Agnus, qui abſtulit peccata mundi, qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſur-

O gen-

Digitized by Google

gendo reparavit. Et ideo cum Angelis, & Archangelis &c.

IN ASCENSIONE.

Per Chriſtum Dominum noſtrum: Qui poſt Reſurrectionem ſuam omnibus diſcipulis ſuis manifeſtus apparuit, & ipſis cernentibus eſt elevatus in cœlum, ut nos Divinitatis ſuæ tribueret eſſe participes. Et ideo cum Angelis &c.

IN PENTECOSTEN.

Per Chriſtum Dominum noſtrum: Qui aſcendens ſuper omnes cœlos, ſedenſque ad dexteram tuam promiſſum Spiritum ſanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profuſis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat; ſed & ſupernæ Virtutes, atque Angelicæ poteſtates hymnum gloriæ tuæ concinunt ſine fine dicentes &c.

IN APOSTOLORUM FESTIVITATE.

Æquum, & ſalutare, te Domine ſuppliciter exorare, ut gregem tuum Paſtor æterne non deſeras, ſed per beatos Apoſtolos tuos continua protectione cuſtodias, ut iiſdem rectoribus gubernetur, quos operis tui Vicarios eidem contuliſti præeſſe Paſtores. Et ideo cum Angelis &c.

DOMINICA DE TRINITATE.

Æterne Deus: Qui cum unigenito Filio tuo, & Spiritu ſancto unus es Deus, unus es Dominus, non in unius ſingularitate Perſonæ, ſed in unius Trinitate ſubſtantiæ. Quod enim de tua gloria revelante te credimus,

Digitized by Google

dimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu ſancto ſine differentia diſcretionis ſentimus, ut in confeſſione veræ, ſempiternæque Divinitatis, & in eſſentia unitas, & in majeſtate adoretur æqualitas, quam laudant Angeli, atque Archangeli, omneſque virtutes cœlorum, quem Cherubin, & . . . . . . qui non ceſſant clamare una voce dicentes &c.

IN SANCTÆ CRUCIS.

Æterne Deus, qui ſalutem humani generis in ligno Crucis conſtituiſti, ut unde mors oriebatur, inde vita reſurgeret, & qui in ligno vincebat, per lignum quoque vinceretur. Per Chriſtum &c.

PRÆFATIO DE S. MARIA.

(1) Æterne Deus: Et te in commemoratione Beatæ Mariæ ſemper Virginis collaudare, benedicere, & prædicare, quæ & Unigenitum tuum ſancti Spiritus obumbratione concepit, & Virginitatis gloria permanente lumen æternum mundo effudit Jeſum Dominum noſtrum. Per quem &c.

Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.
Dominus vobiſcum.
Et cum ſpiritu tuo.
Surſum corda.
Habemus ad Dominum.
Gratias agamus Domino Deo noſtro.
Dignum & juſtum eſt.

(1) *Nativitate*, *Aſſumptione*, *Purificatione*. Ita in margine Codicis.

Digitized by Google

Verè dignum, & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper, & ubique gratias agere, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus per Chriſtum Dominum noſtrum: Per quem majeſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates, cœli, cœlorumque virtutes, ac beata Seraphin ſocia exultatione concelebrant; cum quibus & noſtras voces, ut admitti jubeas deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes:

Sanctus. Sanctus. Sanctus.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Te igitur, clementiſſime Pater, per Iheſum Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum, ſupplices rogamus ac petimus, uti accepta habeas, & benedicas, hæc ✝ dona, hæc ✝ munera, hæc ✝ ſancta ſacrificia illibata: in primis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta catholica: quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum: unà cum famulo tuo Papa noſtro (1) Ill., & Antiſtite noſtro Ill. & omnibus orthodoxis, atque catholicæ & Apoſtolicæ fidei cultoribus.

Memento Domine famulorum famularumque tuarum

(1) De commemoratione Romani Pontificis in ſacra Liturgia tum apud Latinos, tum apud Græcos, alioſque Orientales hoc loco nihil dicam. Nam ſi lectori vacat, percurrere poterit meam de hac re conſultationem, quam in fine libri reperiet.

Digitized by Google

rum Ill. (1) *Et omnium circum aſtantium*, quorum tibi fides cognita eſt, & nota devotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis, pro ſe, ſuiſque omnibus: pro redemptione animarum ſuarum: pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ: tibique reddunt vota ſua æterno Deo, vivo & vero.

Communicantes, & memoriam venerantes, in primis glorioſæ [a] *ſemperque* virginis Mariæ, genitricis Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorum ac Martyrum tuorum, [b] Petri, Pauli, Andreæ, Jacobi, Johannis, Thomæ, Jacobi, Phylippi, Bartholomæi, Matthæi, Symonis & Thaddæi: Lini, Cleti, Clementis, Siſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Johannis & Pauli, Coſmæ & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum: quorum meritis precibuſque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quæſumus Domine, ut placatus accipias: dieſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æter-

a ſemper b Petri & Pauli

(1) In Codice extat hoc loco ſpatium duarum linearum, in quarum prima adſcripta eſt litera N. & deleta nota Ill. cujus veſtigia adhuc ſuperſunt; ea veteres utebantur pro nota N., quæ nunc ad indicandum locum, ubi nomina aliquarum perſonarum exprimi debent, uſurpari ſolet. Deinde ſequuntur verba illa: ET OMNIUM CIRCUM ASTANTIUM QUORUM &c. quæ diverſo charactere, & paulo recentiori ſcripta ſunt.

Digitized by Google

æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Quam oblationem tu Deus in omnibus, quæſumus, bene ✝ dictam, adſcri ✝ ptam, ra ✝ tam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: ut nobis Cor ✝ pus, & San ✝ guis fiat dilectiſſimi Filii tui Domini noſtri Iheſu Chriſti.

Qui pridie quàm pateretur, accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: & elevatis oculis in cœlum ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens, bene ✝ dixit, [a] *ac* fregit, deditque diſcipulis ſuis, dicens: Accipite, & manducate ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

Simili modo poſtquam cœnatum eſt, accipiens & hunc præclarum Calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: item tibi gratias agens, bene ✝ dixit, [b] *dedit* diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes.

HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI: MYSTERIUM FIDEI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM.

Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis.

Unde

a benedixit fregit b deditque

Digitized by Google

Unde & memores, Domine, nos tui ſervi, ſed & plebs tua ſancta, [a] Chriſti Filii tui Domini noſtri tam beatæ paſſionis, necnon & ab inferis reſurrectionis, ſed & in cœlos glorioſæ aſcenſionis: offerimus præclaræ majeſtati tuæ de tuis donis ac datis, Hoſtiam ✝ puram, hoſtiam ✝ ſanctam, hoſtiam ✝ immaculatam, Panem ✝ ſanctum vitæ æternæ, & Calicem ✝ ſalutis perpetuæ.

Supra quæ propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris: & accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui juſti Abel, & ſacrificium Patriarchæ noſtri Habrahæ: & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: jube hæc perferri per manus ſancti Angeli [b] in ſublime altare tuum, in conſpectu divinæ majeſtatis tuæ: [c] *&* quotquot, ex hac altaris participatione, ſacroſanctum Filii tui, Cor ✝ pus, & San ✝ guinem ſumpſerimus, omni benedictione cœleſti, & gratia repleamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum Ill. qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis. Ipſis Domine [d] *ut* omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerii, lucis & pacis, [e] indulgeas, deprecamur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis, de multitu-

a ejuſdem   b tui   c ut   d &   e ut

titudine miſerationem tuarum ſperantibus, partem aliquam & ſocietatem donare digneris, cum tuis ſanctis Apoſtolis & Martyribus: cum Johanne, Stephano, (1) Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anaſtaſia, [a] & *cum* omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos conſortium, non æſtimator meriti, ſed veniæ, quæſumus, largitor admitte. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Per quem hæc omnia Domine, ſemper bona creas, ſancti ✝ ficas, vivi ✝ ficas, bene ✝ dicis, & præſtas nobis. Per ip ✝ ſum, & cum ip ✝ ſo, & in ip ✝ ſo, eſt tibi Deo Patri ✝ omnipotenti, in unitate Spiritus ✝ ſancti, omnis honor & gloria.

Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus. Præceptis ſalutaribus moniti, & divina inſtitutione formati audemus dicere. Pater noſter, qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum: Adveniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

OREMUS.

Libera nos, quæſumus Domine, ab omnibus malis, præteritis, præſentibus, & futuris: & intercedente

a *deeſt in Miſſali.*

(1) In Margine Codicis alio, ut videtur, ſed æque antiquo charactere leguntur; *Matthia, Barnaba, Ignatio.*

te [a] *pro nobis* beata & glorioſa ſemper Virgine Dei Genitrice Maria, [b] beatis Apoſtolis tuis Petro [c] Paulo, [d] Andrea, [e] *cum* omnibus Sanctis: da propitius pacem in diebus noſtris: ut ope miſericordiæ tuæ adjuti, & à peccato ſimus ſemper liberi, & ab omni perturbatione ſecuri. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit [f] & regnat *Deus* in unitate Spiritus ſancti.

Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Pax ✝ Domini ſit ✝ ſemper vobiſ ✝ cum.

Et cum ſpiritu tuo.

Quo peracto miſceat cum Sanguine Corpus Dominicum, ita dicens:

(1) *Fiat commixtio conſecratio Corporis, & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti nobis accipientibus vita æterna. Amen.*

Deinde Pacem daturus.

Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne reſpicias peccata mea, ſed fidem Eccleſiæ: eamque ſecundùm tuam voluntatem pacificare & adunare digneris: Qui vivis.

P Per-

a *deeſt in edit.* b eum c & d atque e &
f & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus.

(1) Hæc Oratio paulo aliter legitur in Miſſali Romano impreſſo, ſed cum noſtro Codice, ſi pauca excipiantur, conſentiunt antiqua Sacramentaria, & Miſſales mss. (a) Amalarius, (b) Rabanus Maurus, aliique veteres ſcriptores.

a *Amal. lib. III. c. 31.* b *Rab. Maur. de Inſtit. Cleric. cap. 3.*

Perceptio Corporis tui, Domine Jeſu Chriſte, [a] *quam* indignus ſumere præſumo, non proveniat mihi in judicium & condemnationem: ſed pro tua pietate proſit mihi ad .... mentis & corporis: Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Domine Jeſu Chriſte Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu ſancto per mortem tuam mundum vivificaſti: libera me per hoc ſacroſanctum Corpus, & Sanguinem tuum ab .... iniquitatibus, & univerſis malis meis, & fac me tuis .... mandatis, & à te nunquam .... ſeparari. Qui vivis &c.

Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti c..... & animam .... in vitam æternam. Amen.

Corpus

Ite Miſſa eſt:

Pla-

a quod *in Miſſ. ed.*

Placeat tibi ſancta Trinitas obſequium ſervitutis meæ, & præſta; ut ſacrificium, quod oculis tuæ majeſtatis indignus optuli, (1) *ſit propitiabile, te miſerante.*

Meritis, & interceſſionibus iſtorum, & omnium Sanctorum miſereatur noſtri omnipotens Deus. Amen.

(2) Benedicite Sacerdotes Domini Dominum.

Laudate Dominum.

Sacerdotes tui induantur juſtitia.

Et Sancti tui exultent.

P 2 Non

(1) *Tibi ſit acceptabile, mihique & omnibus, pro quibus illud obtuli, ſit, te miſerante, propitiabile. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.* Ita in editis. In noſtro autem Codice nulla mentio fit Benedictionis, quæ nunc in fine Miſſæ datur a Sacerdote. Nam ut recte monet ad rem noſtram doctiſſimus Card. [a] Bona: *Dimiſſo populo, inclinatus Sacerdos in medio Altaris recitat Orationem incipientem:* Placeat tibi Sancta Trinitas: *quam in omnibus fere Miſſalibus antiquis reperi, etiam ſcriptis ante annum millesimum. Extat in Miſſa Illirici, & in aliis apud Menardum &c. ſequitur recentiori ritu benedictio, quam olim ante communionem Epiſcopus largiri ſolebat.* Hactenus Eminentiſſimus Bona, cujus ſententiam ſequitur, & comprobat cl. vir [b] Dominicus Georgius, aliique plures, qui de Eccleſiaſticis ritibus, ut Romæ ſervabantur, ſcribunt. Nam in Galliis alius ritus, & mos fuit, quem improbavit S. Zaccharias [c] in Epiſtola ad Bonifacium Moguntinum. Qua de re videri etiam poſſunt Mabillonius [d] in præfatione in ordinem Romanum, & in ejus notis; & Menardus [e] in commentariis ad Sacramentarium Gregorianum.

(2) Hæc recentiori manu inſerta, & ſcripta videntur.

a *De Sacrif. Miſſæ lib. II. cap. XX. §. 3.*

b *Tom. 3. de Liturg. Rom. Pontif. 25.*

c *Epiſt. 12. Concil. tom. 6. pag. 1526.*

d *Mabill. Præfat. pag. LII & in notis pag. 49. num. 11.*

e *Menard. in comment. ad Sacrament. S. Gregorii pag. 28. & 29.*

Digitized by Google

Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine.

Quia non juſtificabitur.

Benedicat nos Deus Deus noſter.

Benedicat nos.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus.

Dominus vobiſcum.

Et cum ſpiritu tuo.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius, ut [a] *per interceſſionem eorum, & merita omnium Sanctorum tuorum* nos famulos tuos non exuret flamma vitiorum. Per.

Actiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere: ut [b] *omnis noſtra oratio, & cuncta operatio*, & à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per.

FERIA SECUNDA

ORATIO.

Deus, qui ſolemnitate Paſchali mundo remedia contuliſti, populum tuum, quæſumus, cœleſti dono proſequere, ut & perfectam libertatem conſequi mereantur, & ad vitam proficiant ſempiternam. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: [c] *Exeuntes* duo ex diſcipulis Jeſu ibant ipſa die in caſtellum &c. & quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

SE-

a *Hæc deſunt in edit.* b ut cuncta noſtra oratio & operatio

c *deeſt in edit.*

Digitized by Google

SECRETA.

Suſcipe, quæſumus Domine, preces populi tui cum oblationibus hoſtiarum: ut Paſchalibus initiata myſteriis, ad æternitatis nobis medelam, te operante, proficiant. Per.

AD COMPLENDUM.

Spiritum in nobis Domine tuæ charitatis infunde: ut quos ſacramentis Paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per.

AD VESPERAS.

(1) *Concede quæſumus omnipotens Deus, ut qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, à cunctis malis imminentibus per hæc Paſchalia feſta liberemur. Per.*

AD

(1) Tres ſequentes Orationes extant etiam in Sacramentario Pamelii hoc uno diſcrimine, quod in eo tertia Oratio inſcribitur *ad Sanctum Andream*, in noſtro *ad Crucem*, quia in Eccleſia Lateranenſi erat Oratorium Sanctæ Crucis, quod Hilarius Papa extruxit, & in eo, ut ſcribit Anaſtaſius, ſeu alius Auctor Pontificalis: *fecit Confeſſionem, ubi Lignum poſuit Dominicum, & Crucem auream cum gemmis, penſantem pondo librarum* 20. Occaſum verſus a latere Baptiſterii extabat Oratorium Sanctæ Crucis, & ad illud per ejuſdem Sacri Fontis januam iter erat. Itaque Monachi, qui Lateranenſi Eccleſiæ in rebus Divinis inſerviebant, poſtquam Sacrum Fontem adiverant, ibique ſacras preces recitaverant, procedebant ad adorandam Dominicam Crucem in ejus Oratorio, cujus neque ipſa veſtigia nunc extant, ſed plura de eo ſcribit Panvinius in hiſtoria ms. Baſilicæ Lateranenſis, & Cæſar Raſponius (a), qui eandem hiſtoriam, ſuppreſſo nomine auctoris, pauciſque additis, vel mutatis exſcripſit.

a *Raſp. de Baſil. Later. lib. III. cap. 9.*

Digitized by Google

AD FONTES.

Concede quæſumus omnipotens Deus, ut feſta Paſchalia, quæ venerando colimus, etiam vivendo teneamus. Per Dominum.

AD CRUCEM.

Deus, qui populum tuum de hoſtis callidi ſervitute liberaſti, preces ejus miſericorditer reſpice, & adverſantes ei tua virtute proſterne. Per.

FERIA TERTIA.

ORATIO.

Deus, qui Eccleſiam tuam novo ſemper fœtu multiplicas: concede famulis tuis; ut ſacramentum vivendo teneant, quod fide perceperunt. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Stetit Jeſus in medio diſcipulorum ſuorum &c. & remiſſionem peccatorum in omnes Gentes.

SECRETA.

Suſcipe Domine, fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum: ut per hæc piæ devotionis officia, ad cœleſtem gloriam tranſeamus. Per.

AD COMPLENDUM.

Concede, quæſumus omnipotens Deus: ut Paſchalis perceptio ſacramenti continua in noſtris mentibus perſeveret. Per.

AD FONTES.

[1] *Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut qui Paſcha-*

1 *Extat in Sacramentario Pamelii.*

Digitized by Google

ſchalis feſtivitatis ſolemnia colimus, in tua ſemper ſanctificatione vivamus. Per.

AD CRUCEM.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut per hæc Paſchalia feſta, quæ colimus, devoti in tua ſemper laude vivamus. Per.

FERIA QUARTA.

ORATIO.

Deus, qui nos Reſurrectionis Dominicæ annua ſolemnitate lætificas: concede propitius; ut per temporalia feſta quæ agimus, pervenire ad gaudia æterna mereamur. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Manifeſtavit ſe [a] Jeſus diſcipulis ad mare Tiberiadis &c. [b] *poſtquam reſurrexit* à mortuis.

SECRETA.

Sacrificia, Domine, Paſchalibus gaudiis immolamus: quibus Eccleſia tua mirabiliter & paſcitur, & nutritur. Per.

AD COMPLENDUM.

Ab omni nos, quæſumus Domine, vetuſtate purgatos, ſacramenti tui veneranda perceptio in novam transferat creaturam. Per.

AD FONTES.

[c] *Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut hujus Paſchalis feſtivitatis mirabile ſacramentum & temporale nobis tran-*

a iterum *in edit.* b cum reſurrexiſſet

c *Extat in Sacramentario Pamelii, ſed inſcribitur:* Ad Veſperas.

Digitized by Google

tranquillitatem tribuat, & vitam conferat ſempiternam. Per Dominum.

FERIA QUINTA

ORATIO.

Deus, qui diverſitatem Gentium in confeſſione tui nominis adunaſti: da, ut renatis fonte baptiſmatis, una ſit fides mentium, & pietas actionum. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Maria ſtabat ad monumentum &c. quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.

SECRETA.

Suſcipe, quæſumus Domine, munera populorum tuorum propitius: ut confeſſione tui nominis, & baptiſmate renovati, ſempiternam beatitudinem conſequantur. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Exaudi Domine preces noſtras: ut redemptionis noſtræ ſacroſancta commercia, & vitæ nobis conferant præſentis auxilium, & gaudia ſempiterna concilient. Per Dominum.

AD CRUCEM.

[a] *Deus, qui nobis ad celebrandum Paſchale ſacramentum liberiores animos præſtitiſti, doce nos & metuere, ob quod iraſceris, & amare quod præcipis. Per.*

FE-

a *Extat ad Veſperas in Sacramentario Pamelii.*

Digitized by Google

FERIA SEXTA.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui Paſchale ſacramentum in reconciliationis humanæ fœdere contuliſti: da mentibus noſtris: ut quod profeſſione celebramus, imitemur effectu. Per.

Secundum Matthæum.

In illo tempore: Undecim diſcipuli abierunt in Galilæam &c. uſque ad conſummationem ſæculi.

Secreta.

Hoſtias, quæſumus Domine, placatus aſſume: quas & pro [a] *regeneratorum* expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione cœleſtis auxilii. Per.

Ad Complendum.

Reſpice, quæſumus Domine, populum tuum: & quem æternis dignatus es renovare myſteriis, à temporalibus culpis dignanter abſolve. Per.

SABBATO.

Oratio.

Concede quæſumus omnipotens Deus: ut qui feſta Paſchalia venerando egimus, per hæc contingere ad gaudia æterna mereamur. Per.

Secundum Joannem.

In illo tempore: Una Sabbati Maria Magdalene venit manè &c. quia oportebat eum à mortuis reſurgere.

Secreta.

Concede quæſumus Domine, ſemper nos per hæc

a renatorum

Digitized by Google

myſteria Paſchalia gratulari : ut continua noſtræ reparationis operatio, perpetuæ nobis [a] *proficiat* cauſa lætitiæ. Per.

AD COMPLENDUM.

Redemptionis noſtræ munere vegetati, quæſumus Domine: ut hoc perpetuæ ſalutis [b] *auxilium* vera ſemper fides [c] *perficiat*. Per.

(1) DOMINICA
Octava Paſchæ.

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut qui Paſchalia feſta peregimus; hæc, te largiente, moribus & vita teneamus. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Cùm ſerò eſſet die illo, una ſabbatorum &c. vitam habeatis in nomine [d] *ipſius*.

SECRETA.

Suſcipe munera, Domine quæſumus, exultantis Eccleſiæ: & cui cauſam tanti gaudii præſtitiſti, perpetuæ fructum concede lætitiæ. Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus Domine Deus noſter: ut ſacroſancta my-

a fiat   b auxilio   c proficiat   d ejus

(1) In editis inſcribitur: *Dominica in Albis in octava Paſchæ*. Nam hac die *baptizati albas veſtes deponebant*. Huc pertinet vetuſtiſſima, ac præſtantiſſima inſcriptio edita a cl. viro Raphaele (a) Fabretto, cujus eruditiſſimas notas, & Card. Noriſii, quas ad eam ipſi adornarunt, Lector videre poterit.

a *Fabr. Inſcrip. Antiqu. explic. p. 577. Inter. 70.*

Digitized by Google

myſteria, quæ pro reparationis noſtræ munimine contuliſti, & præſens nobis remedium eſſe facias, & futurum. Per Dominum.

(1) DOMINICA PRIMA
Poſt Octavam Paſchæ.

ORATIO.

Deus, qui in Filii tui humilitate, jacentem mundum erexiſti: fidelibus tuis perpetuam concede lætitiam; ut, quos perpetuæ mortis eripuiſti caſibus, gaudiis facias perfrui ſempiternis. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus Phariſæis &c. & fiet unum ovile, & unus paſtor.

SECRETA.

Benedictionem nobis, Domine, conferat ſalutarem [a] *hæc ſacroſancta* ſemper oblatio: ut, quod agit myſterio, virtute perficiat. Per.

AD COMPLENDUM.

Præſta nobis, quæſumus omnipotens Deus: ut vivificationis tuæ gratiam conſequentes, in tuo ſemper munere gloriemur. Per.

DOMINICA SECUNDA.

ORATIO.

Deus, qui errantibus, ut in viam poſſint redire

a ſacra *in edit.*

(1) Hæc Dominica in Miſſali Romano impreſſo inſcribitur: *Dominica ſecunda poſt Paſcha*. In Sacramentario Gregoriano Menardi hæc, & aliæ ſequentes notantur iiſdem numeris, quibus in noſtro Codice.

Digitized by Google

juſtitiæ, veritatis tuæ lumen oſtendis: da cunctis, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, & illa reſpuere, quæ huic inimica ſunt nomini; & ea, quæ ſunt apta, ſectari. Per Dominum.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Modicum, & jam non videbitis me &c. & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

ORATIO.

His nobis, Domine, myſteriis [a] *gratia tua conferat*, quò terrena deſideria mitigantes, diſcamus amare cœleſtia. Per.

SECRETA.

Sacramenta, quæ ſumpſimus, quæſumus Domine, & ſpiritualibus nos [b] *excipiant* alimentis, & corporalibus tueantur auxiliis. Per.

DOMINICA TERTIA.

ORATIO.

Deus, qui fidelium mentes unius efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod præcipis, id deſiderare quod promittis; ut inter mundanas varietates ibi noſtra fixa ſint corda, ubi vera ſunt gaudia. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Vado ad eum, qui miſit me &c. quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

SE-

a conferatur *in ed.* b inſtaurent *in ed.*

Digitized by Google

SECRETA.

Deus, qui nos per hujus Sacrificii veneranda commercia, unius [a] *ſummaque* divinitatis participes effeciſti: præſta quæſumus; ut ſicut tuam cognoſcimus veritatem, ſic eam dignis moribus aſſequamur. Per.

AD COMPLENDUM.

Adeſto nobis Domine Deus noſter: ut per hæc, quæ fideliter ſumpſimus, & purgemur à vitiis, & à periculis omnibus eruamur. Per.

DOMINICA QUARTA.

ORATIO.

Deus, à quo bona cuncta procedunt, largire ſupplicibus tuis: ut cogitemus te inſpirante, quæ recta ſunt; & te gubernante, eadem faciamus. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Amen, amen dico vobis: ſi quid petieritis Patrem in nomine &c. in hoc credimus, quia à Deo exiſti.

SECRETA.

Suſcipe, Domine, fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum: ut per hæc piæ devotionis officia, ad cœleſtem gloriam tranſeamus. Per.

AD COMPLENDUM.

Tribue nobis, Domine, cœleſtis menſæ, *&* [b] *virtutis ſatietatem*, & deſiderare quæ recta ſunt, & deſiderata percipere. Per.

IN

a ſummæ b cœleſtis menſæ virtute ſatiati

IN VIGILIA ASCENSIONIS.

Oratio.

(1) *Præſta nobis omnipotens Pater, ut noſtræ mentis intentio, quo ſolemnitatis venturæ glorioſus auctor cœlum ingreſſus eſt, ſemper intendat, & quo fide pergit, converſatione perveniat. Per.*

Secundum Joannem.

In illo tempore: Sublevatis Jeſus oculis in cœlum, dixit &c. & ego ad te venio.

Secreta.

Sacrificium Domine, pro filii tui ſupplices venerabili nunc aſcenſione deferimus, præſta quæſumus, ut & nos per ipſum his commerciis ſacroſanctis ad cæleſtia conſurgamus. Per Dominum.

Ad Complendum.

Tribue quæſumus Domine, ut per hæc ſancta, quæ ſumpſimus, illuc tendant noſtræ devotionis affectus, quo tecum eſt noſtra ſubſtantia, Jeſus Chriſtus Filius tuus Dominus noſter. Qui tecum.

IN ASCENSIONE DOMINI.

Oratio.

Concede quæſumus omnipotens Deus: ut qui hodierna die unigenitum tuum Redemptorem noſtrum ad cœ-

(1) Hæ tres Orationes, quæ leguntur in noſtro Miſſali in Vigilia Aſcenſionis, non extant in Miſſali Romano edito, ſed ibi repetuntur Orationes Dominicæ quintæ poſt Paſcha, quæ Dominica in noſtro Miſſali quarta nuncupatur.

Digitized by Google

cœlos aſcendiſſe credimus; ipſi quoque mente in cœleſtibus habitemus. Per eumdem Dominum.

SECUNDUM MARCUM.

In illo tempore: Recumbentibus undecim diſcipulis, apparuit illis Jeſus &c. ſequentibus ſignis.

SECRETA.

Suſcipe Domine munera, quæ pro Filii tui glorioſa Aſcenſione deferimus: & concede propitius; ut a præſentibus periculis liberemur, & ad vitam perveniamus æternam. Per eumdem Dominum noſtrum.

INFRA ACTIONEM.

Communicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes, quo Dominus noſter Unigenitus Filius tuus unitam ſibi fragilitatis noſtræ ſubſtantiam, in gloriæ tuæ dextera collocavit: Sed & me &c.

AD COMPLENDUM.

Deus, cujus Filius in alta cælorum potenter aſcendens captivitatem noſtram ſua duxit virtute captivam, tribue quæſumus, ut dona, quæ ſuis participibus contulit, largiatur in nobis Jeſus Chriſtus Filius tuus Dominus noſter. Qui tecum vivit.

DOMINICA PRIMA ASCENSIONIS.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, fac nos tibi ſemper & devotam gerere voluntatem, & majeſtati tuæ ſincero corde ſervire. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Cùm vene-

Digitized by Google

venerit Paraclitus &c. ut cùm venerit hora eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis.

SECRETA.

Sacrificia nos, Domine, immaculata purificent: & mentibus noſtris ſupernæ gratiæ dent vigorem. Per.

AD COMPLENDUM.

Repleti, Domine muneribus ſacris: da quæſumus; ut in gratiarum ſemper actione maneamus. Per.

(1) IN SABBATO SANCTO Pentecoſtes.

ORATIO.

Deus, qui in Abrahæ famuli tui opere, humano generi obedientiæ exempla præbuiſti: concede nobis, & noſtræ voluntatis pravitatem frangere, & tuorum præceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per.

ALIA ORATIO.

Deus, qui nobis per Prophetarum ora præcepiſti temporalia relinquere, atque ad æterna feſtinare: da famulis tuis; ut quæ à te juſſa cognovimus, implere cœleſti inſpiratione valeamus. Per.

ALIA

---

(1) *In Sabbato Sancto*: in Sacramentario Pamelii *in Sabbato Pentecoſtes*, ſed recte habet noſtrum Miſſale in Sabbato Sancto. Nam, ut appoſitè ſcribit Martenus: [a] *Porro Vigilia Pentecoſtes tantam cum Vigilia Paſchæ affinitatem habet, ut eoſdem pene in utraque ritus advertere liceat.*

a *Marten. de antiq. Eccl. ritib. lib. IV. cap. 38. num. 9. Tom. 3.*

ALIA ORATIO.

(1) *Deus, qui nos ad celebrandam præſentem feſtivitatem utriuſque teſtamenti paginis inſtruis, da nobis intelligere miſericordiam tuam, ut ex perceptione præſentium munerum firma ſit expectatio futurorum. Per.*

ALIA ORATIO.

Deus incommutabilis virtus, & lumen æternum reſpice propitius ad totius Eccleſiæ mirabile Sacramentum, & da famulis tuis, ut hoc, quod devotè agimus, etiam rectitudinem vitæ teneamus. Per.

ALIA ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui Paſchale Sacramentum quinquaginta dierum voluiſti myſterio contineri, præſta, ut gentium facta diſperſio diviſione linguarum, ad unam confeſſionem tui nominis cæleſti munere congregetur. Per Dominum.

ALIA ORATIO.

Deus, qui Sacramento feſtivitatis hodiernæ univerſam Eccleſiam tuam in omni gente, & natione ſanctificas, in totam mundi latitudinem, ſpiritus tui dona diffunde. In unitate ejuſdem.

AD MISSAM.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut claritatis tuæ ſuper nos ſplendor effulgeat: & lux tuæ lucis, corda eorum, qui per gratiam tuam renati ſunt, ſancti Spiritus

R

(1) Tres ſubſequentes Orationes extant hac die in Sacramentario Pamelii; Quarta vero legitur ipſa die Pentecoſtes ad Veſperas.

Digitized by Google

ritus illuſtratione confirmet. Per Dominum. in unitate ejuſdem Spiritus ſancti Deus.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Si diligitis me, mandata mea ſervate &c. & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.

SECRETA.

Munera, quæſumus Domine, oblata ſanctifica: & corda noſtra ſancti Spiritus illuſtratione emunda. Per Dominum. in unitate ejuſdem Spiritus ſancti Deus.

INFRA ACTIONEM.

Communicantes, & diem ſacratiſſimum Pentecoſtes celebrantes, quo Spiritus ſanctus adveniens Apoſtolis innumeris linguis apparuit. Sed & memoriam &c.

ALIA INFRA ACTIONEM.

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ &c. quæſumus Domine, ut placatus &c.

AD COMPLENDUM.

Sancti Spiritus, Domine, corda noſtra mundet infuſio: & ſui roris intima aſperſione fœcundet. Per Dominum noſtrum. in unitate ejuſdem Spiritus ſancti Deus.

IN DOMINICA PENTECOSTES.

ORATIO.

Deus, qui hodierna die corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum. in unitate ejuſdem Spiritus ſancti Deus.

SE-

Digitized by Google

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Si quis diligit me &c. ſic facio.

SECRETA.

Munera, quæſumus Domine, oblata ſanctifica: & corda noſtra ſancti Spiritus illuſtratione emunda. Per Dominum. in unitate ejuſdem Spiritus.

Communicantes. Hanc igitur oblationem.

Sancti Spiritus Domine &c. *Reliqua ſuper in Vig.*

FERIA SECUNDA.

ORATIO.

Deus, qui Apoſtolis tuis ſanctum dediſti Spiritum: concede plebi tuæ, piæ petitionis effectum, ut quibus dediſti fidem, largiaris [a] & *præmium.* Per Dominum. in unitate ejuſdem Spiritus.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus [b] *diſcipulis ſuis*: Sic Deus dilexit mundum &c. quia in Deo ſunt facta.

SECRETA.

Propitius, Domine quæſumus, hæc dona ſanctifica: & hoſtiæ ſpiritalis oblatione ſuſcepta, noſmetipſos tibi perfice munus æternum. Per.

AD COMPLENDUM.

Adeſto, quæſumus Domine, populo tuo: & quem myſteriis cœleſtibus imbuiſti, ab hoſtium furore defende. Per Dominum.

R 2 FE-

a *& pacem in ed.* b *Nicodemo in ed.*

FERIA TERTIA.

ORATIO.

Adſit nobis, quæſumus Domine, virtus Spiritus ſancti: quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adverſis. Per Dominum. in unitate ejuſdem Spiritus ſancti.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus Phariſæis: Amen, amen dico vobis, qui non intrat per oſtium &c. Ego veni, ut vitam habeant, & abundantiùs habeant.

SECRETA.

Purificet nos, quæſumus Domine, muneris præſentis oblatio: & dignos ſacra participatione [a] *perficiat*. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Mentes noſtras, quæſumus Domine, Spiritus ſanctus, (1) [b] *qui à te procedit, illuminet, & inducat in omnem ſicut tuus promiſit Filius veritatem*. Per.

FERIA QUARTA.

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens, & miſericors Deus: ut Spiritus ſanctus adveniens, templum nos gloriæ ſuæ dignanter inhabitando perficiat. Per Dominum. in unitate ejuſdem Spiritus ſancti Deus.

SE-

a efficiat b divinis reparet ſacramentis, quia ipſe eſt remiſſio omnium peccatorum. Per &c. *in ed.*

(1) Oratio, ut extat in noſtro Codice, legitur in Miſſali impreſſo feria ſequenti.

Secundum Joannem.

In illo tempore: Dixit Jeſus turbis Judæorum: Nemo [a] *venit* ad me, niſi Pater &c. & panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

Secreta.

(1) *Sacrificia Domine tuis oblata conſpectibus ille divinus ignis aſſumat, qui diſcipulorum Chriſti tui per Spiritum ſanctum corda ſuccendit. Per.*

Ad Complendum.

Sumpſimus, Domine, ſacri dona myſterii, humiliter deprecantes: ut quæ in tui commemorationem nos facere præcepiſti, in noſtræ proficiant infirmitatis auxilium. Qui vivis & regnas.

(2) SABBATO
In XII. Lect.

Mentibus noſtris, quæſumus Domine, Spiritum ſan-

a poteſt venire

(1) Hæc Oratio in Sacramentario Pamelii legitur in Miſſa Feriæ VI. itidem in Sacramentario Menardi.

(2) Poſt Miſſam feriæ quartæ, ſequentium Feriarum Miſſæ, nempe Feriæ V. & VI. non extant in noſtro Codice; ſed mox ſequitur Sabbatum in duodecim Lectionibus. De Feria quinta hæc leguntur in Ordine [a] Romano: *Quintâ Feriâ deeſt Officium, & Miſſa, & ideo debes cantare de Dominica Pentecoſtes.* Eadem habent [b] Alcuinus, & [c] Micrologus. Et Pamelius, & Menardus teſtantur, Miſſam Quintæ Feriæ in antiquioribus Sacramentariis non reperiri. Cur autem in noſtro Miſſali etiam Miſſa Feriæ Sextæ deſit, an id ex incuria Scriptoris factum ſit, an alia ex cauſa, mihi prorſus ignotum eſt.

a *Ord. Rom. de jejun. Quat. Temp. p. 83.* b *Alcuin. de Quat. Temp.*
c *Microlog. cap. 50.*

ſanctum benignus infunde, cujus & ſapientia conditi ſumus, & providentia gubernamur. Per Dominum noſtrum. in unitate ejuſdem Spiritus ſancti Deus.

Oratio.

Deus, qui ad animarum medelam jejunii devotione caſtigari corpora præcepiſti: concede nobis propitius, & mente & corpore tibi ſemper eſſe devotos. Per Dominum.

Alia Oratio.

(1) *Da nobis Deus per gratiam Spiritus ſancti tui Paracliti novam ſpiritualis obſervantiæ diſciplinam: ut mentes noſtras ſacro purificante jejunio, cunctis reddantur ejus muneribus aptiores. Per.*

Alia Oratio.

Proficiat, quæſumus Domine, plebs tibi dicata piæ devotionis affectu: ut ſacris jejuniis erudita, quanto majeſtati tuæ fit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per Dominum.

Alia Oratio.

Deus, quem, docente Spiritu ſancto, Paterno nomine invocare præſumimus, crea in nobis fidelium corda filiorum, ut ad præmiſſæ hæreditatis gaudia valeamus pervenire per debitam ſervitutem. Per.

Alia Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: con-

(1) Tres ſequentes elegantiſſimæ orationes, quarum antiquitas ex ipſarum lectione cuique comperta ſit, in Miſſali Romano, & in Sacramentariis Menardi, & Pamelii non extant.

Digitized by Google

concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per.

SECUNDUM LUCAM.

(1) In illo tempore: Venit ad Jeſum vir cui nomen Jayrus, & ipſe Princeps Synagogæ &c. quod factum erat.

SECRETA.

(2) *Solemnibus jejuniis expiatos tuo nos Domine myſterio congruentes hoc ſacrum munus efficiat, quia tanto nobis ſalubrius erit, quanto devotius ſumpſerimus. Per.*

AD COMPLENDUM.

Præbeant nobis Domine divinum tua ſancta fervorem, quo & eorum pariter & actu delectemur & fructu. Per Dominum.

(3) DOMINICA PRIMA
Poſt Pentecoſten.

Deus in te ſperantium fortitudo, adeſto propitius in-

(1) Aliud Evangelium legitur hac die in Miſſali Romano impreſſo, & in antiquis Capitularibus Evangeliorum editis a Joanne Frontone, Card. Thomaſio, & Dominico Georgio. Noſtrum autem ſumptum eſt ex Cap. VIII. Evangelii ſecundùm Lucam a verſ. 41. uſque ad finem.

(2) Hæc Oratio non extat hac die in Miſſali Romano, & in Sacramentariis Pamelii, & Menardi.

(3) *Dominica poſt Pentecoſten in vetuſto Codice Eccleſiæ Turonenſis, & in quibuſdam aliis inſcribitur hoc modo:* DOMINICA VACAT, *ſcilicet Officio Octavæ Pentecoſtes, quia revera non ſolebat hoc Feſtum habere Octavam, licet obtineret in Romano S. Pauli Monaſterio.* Ita monet Edmundus [a] Martene.

a *De antiqu. Eccleſ. Ritib. lib. IV. cap. XXVIII. num. 13. de Feſt. SS. Trin.*

invocationibus noſtris: & quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas: præſta auxilium gratiæ tuæ; ut in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi & actione placeamus. Per.

SECUNDUM LUCAM.

(1) In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo quidam &c. neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

SECRETA.

Hoſtias noſtras, quæſumus Domine, tibi dicatas placatus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium. Per.

AD COMPLENDUM.

[a] *Sanctis*, Domine, repleti muneribus, præſta quæſumus: ut & ſalutaria dona capiamus, & a tua numquam laude ceſſemus. Per.

DOMINICA SECUNDA.

ORATIO.

Sancti nominis tui, Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia numquam tua gubernatione deſtituis, quos in ſodalitate tuæ dilectionis inſtituis. Per.

SE-

a Tantis

(1) Aliud Evangelium legitur in Miſſali Romano, & in antiquis Evangeliorum Capitularibus editis a Frontone, Thomaſio & Georgio. Sed idem Evangelium extat in Miſſali Romano in Miſſa Feriæ Quintæ poſt Dominicam ſecundam Quadrageſimæ.

Digitized by Google

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore : Dixit Jeſus diſcipulis ſuis [a] *ſimilitudinem* hanc : Homo quidam &c. guſtabunt cœnam meam .

SECRETA.

Oblatio nos , Domine , tuo nomini dicanda purificet: & de die in diem ad cœleſtis vitæ transferat actionem . Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Sumptis muneribus ſacris , quæſumus Domine , ut cum frequentatione myſterii , creſcat noſtræ ſalutis effectus . Per Dominum.

DOMINICA TERTIA.

ORATIO.

(1) *Deprecationem noſtram , quæſumus Domine , benignus exaudi , & quibus ſupplicandi præſtas effectum , tribue defenſionis auxilium . Per.*

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore : Erant appropinquantes ad Jeſum publicani &c. ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

SECRETA.

(2) *Munera , Domine , oblata ſanctifica , ut tui nobis Unigeniti Corpus , & Sanguis fiant . Per.*

S Ad

a parabolam *in ed.*

(1) Alia Oratio legitur hac die in Miſſali Romano edito .

(2) Hæc Oratio non extat in Miſſali Romano , & ejus verba intelligenda ſunt eo ſenſu , quo explicantur a noſtris Theologis verba illa , quæ leguntur in Canone ante Dominica verba conſecrationis , nempe : *Ut nobis Corpus , & Sanguis fiat* &c.

Digitized by Google

AD COMPLENDUM.

(1) *Hæc nos communio Domine purget à crimine, & cæleſtis remedii faciat eſſe conſortes. Per.*

DOMINICA QUARTA.

ORATIO.

Protector in te ſperantium Deus, ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctum, multiplica ſuper nos miſericordiam tuam: ut te rectore, te duce, ſic tranſeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna. Per.

SECUNDUM LUCAM.

(2) In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Eſtote miſericordes &c. de oculo fratris tui.

SECRETA.

Reſpice, Domine, munera ſupplicantis Eccleſiæ, & ſaluti credentium perpetua ſanctificatione ſumenda concede. Per.

AD COMPLENDUM.

Sancta tua nos Domine ſumpta vivificent, & miſericordiæ ſempiternæ præparent expiatos. Per.

DOMINICA QUINTA.

ORATIO.

Da nobis, Domine quæſumus, ut & mundi curſus pacificè nobis tuo ordine dirigatur, & Eccleſia tua tranquilla devotione lætetur. Per.

SE-

(1) Hac die in Miſſali edito non legitur hæc Oratio.

(2) Hoc Evangelium in Miſſali Romano legitur in Dominica I. poſt Pentecoſten.

Digitized by Google

SECUNDUM LUCAM.

(1) In illo tempore: Cum turbæ irruerent in Jeſum &c. relictis omnibus, ſecuti ſunt eum.

SECRETA.

Oblationibus noſtris, quæſumus Domine, placare ſuſceptis: & ad te noſtras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per.

AD COMPLENDUM.

Myſteria nos, Domine quæſumus, ſumpta purificent, & ſuo munere tueantur. Per.

DOMINICA SEXTA.

ORATIO.

(2) Deus, qui diligentibus te bona [a] *inviſibilium* præparaſti, infunde cordibus noſtris tui amoris affectum: ut te in omnibus & ſuper omnia diligentes, promiſſiones tuas, quæ omne deſiderium ſuperant, conſequamur. Per Dominum.

SECUNDUM MARCUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Niſi abundaverit juſtitia &c. & tunc veniens offeres munus tuum.

SECRETA.

Propitiare Domine ſupplicationibus noſtris: & has oblationes famulorum, famularumque tuarum benignus

 aſſu-

a inviſibilia

(1) Evangelium, & Orationes hujus Miſſæ in Miſſali Romano impreſſo ponuntur in Dominica Quarta poſt Pentecoſten, non in Dominica Quinta.

(2) In Miſſali Romano eſt Miſſa Dominicæ Quintæ.

Digitized by Google

aſſume; ut, quod ſinguli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad ſalutem. Per. (1)

ADCOMPLENDUM.

Quos cœleſti, Domine, dono ſatiaſti: præſta quæſumus, ut à noſtris mundemur occultis, & ab hoſtium liberemur inſidiis. Per.

DOMINICA SEPTIMA.

ORATIO.

(1) Deus virtutum, cujus eſt totum, quod eſt optimum: inſere pectoribus noſtris amorem tui nominis, & præſta in nobis religionis augmentum; ut quæ ſunt bona, nutrias, ac [a] *vigilanti* ſtudio, quæ ſunt nutrita, cuſtodias. Per.

SECUNDUM MARCUM.

In illo tempore: Cùm turba multa eſſet cum Jeſu &c. & dimiſit eos.

SECRETA.

Propitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris, & has populi tui oblationes benignus aſſume: & ut nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, præſta; ut quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per.

AD COMPLENDUM.

Repleti ſumus, Domine, muneribus tuis: tribue quæſumus; ut eorum & mundemur effectu, & muniamur auxilio. Per.

DO-

a pietatis ſtudio

(1) In Miſſali impreſſo eſt Miſſa Dominicæ Sextæ.

Digitized by Google

(1) DOMINICA OCTAVA.

ORATIO.

Deus, cujus providentia in ſui diſpoſitione non fallitur: te ſupplices exoramus; ut noxia cuncta ſubmoveas, & omnia nobis profutura concedas. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Attendite à falſis prophetis &c. ipſe intrabit in regnum cœlorum.

SECRETA.

Deus, qui legalium differentiam hoſtiarum, unius ſacrificii perfectione ſanxiſti: accipe ſacrificium à devotis tibi famulis, & pari benedictione, ſicut munera Abel, ſanctifica; ut quod ſinguli obtulerunt ad majeſtatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad ſalutem. Per.

AD COMPLENDUM.

Tua nos, Domine, medicinalis operatio & à noſtris perverſitatibus clementer expediat, & ad ea, quæ ſunt recta, perducat. Per.

(2) DOMINICA NONA.

ORATIO.

Largire nobis, quæſumus Domine, ſemper ſpiritum cogitandi quæ recta ſunt, propitius & agendi: ut qui ſine te eſſe non poſſumus, ſecundùm te vivere valeamus. Per.

SE-

(1) Eſt Miſſa Dominicæ Septimæ.

(2) Eſt Miſſa Dominicæ Octavæ.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo quidam erat dives &c. in generatione ſua ſunt [a].

SECRETA.

Suſcipe, quæſumus Domine, munera, quæ tibi de tua largitate deferimus: ut hæc ſacroſancta myſteria, gratiæ tuæ operante virtute, & præſentis vitæ nos converſatione ſanctificent, & ad gaudia ſempiterna perducant. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Sit nobis, Domine, reparatio mentis & corporis cœleſte myſterium: ut, cujus exequimur [b] *actionem*, ſentiamus effectum. Per.

(1) DOMINICA X.

ORATIO.

Pateant aures miſericordiæ tuæ, Domine, precibus ſupplicantium: & ut petentibus deſiderata concedas, fac eos, quæ tibi ſunt placita, poſtulare. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Cùm appropinquaret Jeſus Jeruſalem &c. Et erat docens quotidie in templo.

SECRETA.

Concede nobis, quæſumus Domine, hæc dignè frequentare myſteria: quia quoties hujus hoſtiæ commemo-

a Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. *in ed.* b cultum

(1) Eſt Miſſa Dominicæ Nonæ in Miſſali edito.

Digitized by Google

moratio celebratur, opus noſtræ redemptionis exerceatur. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Tui nobis, Domine, [a] *communicatio* ſacramenti, & purificationem conferat, & tribuat unitatem. Per.

(1) DOMINICA XI.

ORATIO.

Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtas: multiplica ſuper nos [b] *gratiam* tuam; ut ad tua promiſſa currentes, cœleſtium bonorum facias eſſe conſortes. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus ad quoſdam &c. & qui ſe humiliat, exaltabitur.

SECRETA.

Tibi Domine ſacrificia dicata reddantur: quæ ſic ad honorem nominis tui deferenda tribuiſti, ut eadem remedia fieri noſtra præſtares. Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus Domine Deus noſter: ut quos divinis reparare non deſinis ſacramentis, [c] *eorumdem* non deſtituas benignus auxiliis. Per.

(2) DOMINICA XII.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui abundantia pietatis

a communio b miſericordiam c tuis

(1) Eſt Miſſa Dominicæ X. *ibid.* (2) Eſt Miſſa Dominicæ XI. *ibid.*

Digitized by Google

tatis tuæ, & merita ſupplicum excedis, & vota: effunde ſuper nos miſericordiam tuam; ut dimittas, quæ conſcientia metuit, & adjicias, quæ oratio non præſumit. Per Dominum.

SECUNDUM MARCUM.

In illo tempore: Exiens Jeſus de finibus Tyri &c. & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

SECRETA.

Reſpice, Domine quæſumus, noſtram propitius ſervitutem: ut quod offerimus, ſit tibi munus acceptum, & ſit noſtræ fragilitatis ſubſidium. Per.

AD COMPLENDUM.

Sentiamus, quæſumus Domine, tui perceptione ſacramenti, ſubſidium mentis & corporis: ut in utroque ſalvati cœleſtis remedii plenitudine gloriemur. Per.

(1) DOMINICA XIII.

ORATIO.

Omnipotens, & miſericors Deus, de cujus munere venit, ut tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter ſerviatur: tribue quæſumus nobis; ut ad promiſſiones tuas ſine offenſione curramus. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Beati oculi, qui vident &c. Vade, & tu fac ſimiliter.

SECRETA.

Hoſtias, quæſumus Domine, propitius intende, quas

(1) Eſt Miſſa Dominicæ XII. *ibid.*

Digitized by Google

quas ſacris altaribus exhibemus: ut nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per.

AD COMPLENDUM.

Vivificet nos, quæſumus Domine, hujus participatio (a) *ſacramenti*, & pariter nobis expiationem tribuat, & munimen. Per.

(1) DOMINICA XIV.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, da nobis fidei, ſpei, & caritatis augmentum, & ut mereamur aſſequi, quod promittis, fac nos amare, quod præcipis. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dum iret Jeſus in Jeruſalem &c. quia fides tua te ſalvum fecit.

SECRETA.

Propitiare Domine populo tuo, propitiare muneribus: ut hac oblatione placatus, & indulgentiam nobis tribuas, & poſtulata concedas. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumptis, Domine, cœleſtibus ſacramentis, ad redemptionis æternæ, quæſumus, proficiamus augmentum. Per Dominum.

(2) DOMINICA XV.

ORATIO.

Cuſtodi, Domine quæſumus, Eccleſiam tuam propitia-

T

a ſancta myſterii

(1) Eſt Miſſa Dominicæ XIII. *ibid.*

(2) Eſt Miſſa Dominicæ XIV. *ibid.*

Digitized by Google

pitiatione perpetua: & quia ſine te labitur humana mortalitas; tuis ſemper auxiliis & abſtrahatur à noxiis, & ad ſalutaria dirigatur. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Nemo poteſt duobus dominis ſervire &c. & hæc omnia adjicientur vobis.

SECRETA.

Concede nobis, quæſumus Domine, ut hæc hoſtia ſalutaris & noſtrorum fiat purgatio delictorum, & tuæ propitiatio poteſtatis. Per.

AD COMPLENDUM.

Purificent ſemper, & muniant tua ſacramenta nos Deus: & ad perpetuæ ducant ſalvationis effectum. Per.

(1) DOMINICA XVI.

ORATIO.

Eccleſiam tuam, Domine, miſeratio continuata mundet, & muniat: & quia ſine te non poteſt ſalva conſiſtere, tuo ſemper [a] *munimine* gubernetur. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Ibat Jeſus in civitatem, quæ vocatur Naim &c. viſitavit plebem ſuam.

SECRETA.

Tua nos, Domine, ſacramenta cuſtodiant: & contra diabolicos tueantur ſemper incurſus. Per Dominum noſtrum.

AD

a munere

(1) Eſt Miſſa Dominicæ XV.

Digitized by Google

Ad Complendum.

Mentes noſtras & corpora poſſideat, quæſumus Domine, doni cœleſtis operatio: ut non ſenſus noſter in nobis, ſed jugiter ejus perveniat effectus. Per.

DOMINICA XVII.

Oratio.

(1) Abſolve, quæſumus Domine, tuorum delicta populorum: ut à peccatorum noſtrorum nexibus, quæ pro noſtra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per.

Secundum Lucam.

In illo tempore: Cùm intraret Jeſus in domum &c. & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Secreta.

Pro noſtræ ſervitutis augmento ſacrificium tibi Domine laudis offerimus: ut quod nobis immeritis contuliſti, propitius exequaris. Per.

Ad Complendum.

Quæſumus, omnipotens Deus, ut quod divina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubjacere periculis. Per.

FERIA IV. JEJUNII.

Oratio.

Miſericordiæ tuæ remediis, quæſumus Domine,

(1) Hæc Oratio, & aliæ duæ ſubſequentes, nempe Secreta, & Poſtcommunio, ſeu Oratio Ad Complendum in Miſſali Romano edito leguntur in Miſſa Dominicæ XXIII.: Evangelium autem in Miſſa Dominicæ XVI.

fragilitas noſtra ſubſiſtat: ut quæ ſua conditione atteritur, tua clementia reparetur. Per.

ALIA ORATIO.

Præſta, quæſumus Domine, familiæ ſupplicanti: ut dum à cibis corporalibus ſe [a] *abſtinent*, à vitiis quoque mente [b] *jejunent*. Per.

SECUNDUM MARCUM.

In illo tempore: Reſpondens unus de turba, dixit ad Jeſum &c. niſi in oratione, & jejunio.

SECRETA.

Hæc hoſtia, Domine quæſumus, emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrandum, ſubditorum tibi corpora, menteſque ſanctificet. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumentes, Domine, dona cœleſtia, ſuppliciter deprecamur: ut quæ ſedula ſervitute, donante te, gerimus, dignis ſenſibus tuo munere capiamus. Per.

FERIA SEXTA

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut obſervationes ſacras annua devotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Rogabat Jeſum quidam de Phariſæis &c. Fides tua te ſalvam fecit: vade in pace.

SECRETA.

Accepta tibi ſint Domine, quæſumus, noſtri dona jeju-

a abſtinet b jejunet

Digitized by Google

jejunii : quæ & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad ſempiterna promiſſa perducant. Per.

Ad Complendum.

Quæſumus omnipotens Deus: ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora ſumamus. Per Dominum.

SABBATO.

In XII. Lect.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui per continentiam ſalutarem corporibus mederis, & mentibus: majeſtatem tuam ſupplices exoramus; ut pia jejunantium deprecatione placatus, & præſentia nobis ſubſidia [a] *præbeas*, & futura. Per.

Alia Oratio.

Da nobis, quæſumus omnipotens Deus: ut jejunando, tua gratia ſatiemur; & [b] *à vitiis* abſtinendo, cunctis efficiamur hoſtibus fortiores. Per.

Alia Oratio.

Tuere, quæſumus Domine, familiam tuam: ut ſalutis æternæ remedia, quæ te inſpirante requirimus, te largiente, conſequamur. Per.

Alia Oratio.

Præſta, quæſumus Domine, ſic nos ab epulis abſtinere carnalibus: ut à vitiis irruentibus pariter jejunemus. Per.

Alia

a tribuas b *deeſt in ed.*

Alia Oratio.

Ut [a] *nos*, Domine, tribuis ſolemne tibi deferre jejunium: ſic nobis, quæſumus, indulgentiæ præſta ſubſidium. Per.

Alia Oratio.

(1) *Deus, cujus adoranda potentia majeſtatis flammæ ſævientis incendium ſanctis tribus pueris in ſplendore mutatum eſt animarum, Eccleſiæ tuæ ſimilibus adeſto remediis, ut de gravioribus propitiatione cæleſti populus tuus erectus exultet. Per.*

Secundum Lucam.

In illo tempore: Dicebat Jeſus turbis hanc ſimilitudinem &c. quæ glorioſè fiebant ab eo.

Secreta.

Concede quæſumus omnipotens Deus: ut oculis tuæ majeſtatis munus oblatum, & gratiam nobis devotionis obtineat, [b] *& præmia æterna concedat. Per.*

Ad Complendum.

Perficiant in nobis, Domine quæſumus, tua ſacramenta, quod continent: ut quæ nunc ſpecie gerimus, rerum veritate capiamus. Per.

DOMINICA XVIII.

Oratio.

(2) *Omnipotens ſempiterne Deus, miſericordiam tuam oſten-*

a nobis b & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per.

(1) Hæc Oratio non extat in Miſſali Romano edito, neque in Sacramentariis Pamelii, & Menardi.

(2) Hæc Oratio non habetur in Miſſali Romano edito; item Secre-

oſtende ſupplicibus, ut quod de meritorum qualitate diffidimus, non judicium tuum, ſed indulgentiam ſentiamus. Per Dominum.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Acceſſerunt ad Jeſum Phariſæi &c. cum amplius interrogare.

SECRETA.

Sacrificiis præſentibus, quæſumus Domine, intende placatus: ut & devotioni noſtræ proficiant, & ſaluti. Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus, omnipotens Deus, ut illius ſalutaris capiamus effectum, cujus per hæc myſteria pignus accepimus. Per.

(1) DOMINICA XIX.

ORATIO.

Fac nos, quæſumus Domine, prompta tibi voluntate ſubjectos, & ad ſupplicandum tibi noſtras ſemper excita voluntates. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Aſcendens Jeſus in naviculam &c. qui dedit poteſtatem talem hominibus.

SE-

Secreta non extat hac die, ſed legitur Sabbato Quatuor Temporum, & Dominica quarta Adventus, aliiſque diebus; & Poſtcommunio, ſive Oratio ad Complendum in Dominica V. poſt Epiphaniam. Evangelium autem legitur in Dominica XVII. poſt Pentecoſten.

(1) Prima Oratio non extat in Miſſa hujus diei in Miſſali impreſſo, Secreta, & Poſtcommunio leguntur in Miſſa Dominicæ XVI. Evangelium verò eſt Dominicæ XVIII.

Digitized by Google

SECRETA.

Munda nos, quæſumus Domine, ſacrificii præſentis effectu, & perfice miſeratus in nobis: ut ejus mereamur eſſe participes. Per.

AD COMPLENDUM.

Purifica, quæſumus Domine, mentes noſtras, & cœleſtibus benignus renova ſacramentis: ut, [a] per hæc ſancta, quæ ſumpſimus, conſequenter & corporum præſens, pariter & futurum capiamus auxilium. Per.

DOMINICA XX.

ORATIO.

(1) Da, quæſumus Domine, populo tuo diabolica vitare contagia, & te ſolum Dominum pura mente ſectari. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Loquebatur Jeſus principibus ſacerdotum &c. Multi ſunt vocati, pauci verò electi.

SECRETA.

Majeſtatem tuam Domine ſuppliciter deprecamur; ut hæc ſancta, quæ gerimus, & præteritis nos delictis exuant & futuris. Per.

AD COMPLENDUM.

Sanctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia noſtra curentur, & remedia nobis æterna proveniant. Per Dominum.

DO-

a *deſunt in ed.*

(1) Orationes hujus diei in Miſſali impreſſo extant in Miſſa Dominicæ XVII. poſt Pentecoſten. Evangelium autem in Miſſa Dominicæ XIX.

Digitized by Google

DOMINICA XXI.

Oratio.

(1) Dirigat corda noſtra, quæſumus Domine, tuæ miſerationis operatio, quia ſine te placere non poſſumus. Per.

Secundum Joannem.

In illo tempore: Erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur &c. & domus ejus tota.

Secreta.

Deus, qui nos per hujus ſacrificii veneranda commercia unius, ſummæque divinitatis participes efficis; præſta quæſumus, ut ſicut tuam cognoſcimus veritatem, ſic eam dignis mentibus, & moribus aſſequamur. Per.

Ad Complendum.

Gratias tibi referimus Domine ſacro munere vegetati, tuam miſericordiam deprecantes, ut dignos nos ejus participatione perficias. Per.

DOMINICA XXII.

Oratio.

(2) Omnipotens, & miſericors Deus univerſa nobis adverſantia propitiatus exclude: ut mente, & corpore pariter expediti, quæ tua ſunt, liberis mentibus exequamur. Per.

(1) Hæc, & aliæ duæ ſubſequentes Orationes in Miſſali edito reperiuntur in Miſſa Dominicæ XVIII., Evangelium autem in Miſſa Dominicæ XX.

(2) Orationes hujus diei leguntur in Miſſali edito in Miſſa Dominicæ XIX., item Evangelium in Miſſa Dominicæ XXI.

Digitized by Google

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore : Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc : Simile eſt regnum &c. de cordibus veſtris.

SECRETA.

Hæc munera, quæſumus Domine, quæ oculis tuæ Majeſtatis offerimus, ſalutaria nobis eſſe concede. Per.

AD COMPLENDUM.

Tua nos, Domine quæſumus, medicinalis operatio, & à noſtris perverſitatibus clementer expediat, & tuis ſemper faciat inhærere mandatis. Per.

DOMINICA XXIII.

ORATIO.

(1) Largire, quæſumus Domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem : ut pariter ab omnibus mundemur offenſis, & ſecura tibi mente deſerviant. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore : Abeuntes Phariſæi, conſilium inierunt &c. & quæ ſunt Dei, Deo.

SECRETA.

Cœleſtem nobis præbeant hæc myſteria, quæſumus Domine, medicinam : & vitia noſtri cordis expurgent. Per.

AD COMPLENDUM.

Ut ſacris, Domine, reddamur digni muneribus : fac nos, quæſumus, tuis ſemper obedire mandatis. Per.

DO-

(1) Orationes, quæ hac die ponuntur, in Miſſali Romano impreſſo reperiuntur in Miſſa Dominicæ XX., Evangelium autem legitur Dominica XXII.

Digitized by Google

(1) DOMINICA XXIV.

ORATIO.

Familiam tuam, quæſumus Domine, continua pietate cuſtodi: ut à cunctis adverſitatibus, te protegente, ſit libera; & in bonis actibus tuo nomini ſit devota. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Loquente Jeſu ad turbas &c. & ſalvata eſt mulier ex illa hora [a].

SECRETA.

Suſcipe Domine propitius hoſtias, quibus & te placari voluiſti, & nobis ſalutem potenti pietate reſtitui. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Sumpſimus Domine ſacri dona myſterii, humiliter deprecantes: ut quæ in tui commemoratione nos facere præcepiſti, in noſtræ proficiant infirmitatis auxilium. Per Dominum.

a Et cum veniſſet Jeſus in Domum Principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite, non eſt mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum. Et cum ejecta eſſet turba, intravit, & tenuit manum ejus. Et ſurrexit puella. Et exiit fama hæc in univerſam terram illam.

(1) Oratio, & Secreta legitur in Miſſali impreſſo in Miſſa Dominicæ XXI. Poſtcommunio autem, & Evangelium habetur in Dominica ſequenti XXII. poſt Pentecoſten. De numero autem Dominicarum poſt Pentecoſtem videri poſſunt, quæ ſcribit Berno [a] Abbas Augienſis cap. 8., & adnotat P. Meratus [b] ad Gavantum.

a *Bern. de quib. reb. ad Offic. Miſſ. pertin.*

b *P. Merat. ad Gavant. in rubr. Miſſal. Part. IV. tit. IV. pag. 354. & tit. XII. pag. 455.*

(1) DOMINICA DE TRINITATE.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia majeſtatis adorare unitatem: quæſumus, ut ejuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur adverſis. Per.

Evang. req. in Dominica poſt Aſcenſ.

SE-

(1) Relata Officiorum diverſitate, quæ in Dominica I. poſt Pentecoſten in Codicibus mss. & editis occurrit, ita ſermonem proſequitur Hugo Menardus: *Hæc diverſitas Officii inde manavit, quod quidam affirmarent octavam Pentecoſtes eſſe celebrandam, aliis negantibus: quam controverſiam in Gallia diverſatus Berno Abbas Augienſis, ut ipſe teſtatur cap.3. libri de quibuſdam rebus ad Miſſam ſpectantibus, agitari vidit; & in fine capitis tandem concludit celebrandam eſſe octavam Pentecoſtes. Micrologus cap. 60. Libri de Eccl. obſervat. negat plane celebrandum eſſe feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis, quia Dominici dies ejus bonori deputati ſunt, ſcribitque Officium de Sancta Trinitate fuiſſe compoſitum a Stephano Leodienſi, illudque repudiatum fuiſſe a Sede Apoſtolica, & Alexandrum Papam requiſitum de die Sanctiſſimæ Trinitatis reſpondiſſe, juxta ordinem Romanum nullum diem ſpecialiter adſcribi debere ſolemnitati Sanctiſſimæ Trinitatis, ſicut nec Sanctæ Unitatis, præcipuè cum in omni Dominica, imo quotidie utriuſque memoria celebretur. Tamen, cum hoc Feſtum habeatur in noſtro Codice S. Eligii, & in Sacramentariis editis ex Vaticano, non eſt dubium, quin fuerit olim celebratum, ſed poſtea intermiſſum, tandemque a Romanis Pontificibus inſtauratum. Et miror ſane id, quod ſcribitur ab eodem Micrologo de præfatione Sanctiſſimæ Trinitatis a Pelagio Papa inſtituta, cum ait, illam diebus Dominicis frequentari. Nam in omnibus noſtris Sacramentariis mss., & in editis ex Vaticano ejuſmodi Præfatio in nulla Domi-*

a *In not. ad Sacram. Gregorian. pag. 163. ad verb. Dom. Octav. Pentecoſt.*

Digitized by Google

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Cùm veneri Paraclitus &c.

minica (*ſi octavam Pentecoſtes exceperis*), *reperitur, ſed ſingulis Dominicis propria ſua tribuitur Præfatio, qui ſanè Codices mss. ipſo Micrologo ſunt antiquiores, qui proinde ſolam ſuæ tempeſtatis uſus in quibuſdam Italiæ locis rationem habuiſſe videtur, non ſatis explorato uſu antiquiore. Quare ex his, quæ ſupra notata ſunt, ejuſmodi Præfatio videtur a Pelagio inſtituta ob feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis.* Porro cum a Pelagio Papa II., qui ann. 578. Pontifex electus eſt, Præfatio de Sanctiſſima Trinitate compoſita fuerit, id ſolum indicio, atque argumento eſſe poteſt, jam tum commemorationem de Sanctiſſima Trinitate in Miſſa inſtitutam fuiſſe, licet fortaſſe peculiare feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis loco Officii Dominicæ, ſeu Octavæ Pentecoſtis, non adhuc celebrari conſueverit, quod poſtea, moribus introductum eſt, ut ubique, ſola commemoratione ejuſdem Dominicæ retenta, fieret. Id autem ſeculo XIV. contigiſſe videtur, nimirum cum Joannes XXII. decrevit, ut in prima Dominica poſt Pentecoſten, quæ dies erat Pentecoſtis octava, ab univerſali Eccleſia celebraretur. Antiquitus autem, ut conſtat ex Decretali in *cap. Quoniam extra de feriis*, quæ Alexandro III. adſcribitur, ſed tribuendam eſſe Alexandro II., recte putant Martene, & Sanctiſſ. D. N. Benedictus XIV., (a) commemoratio Sanctiſſimæ Trinitatis ſecundum conſuetudines diverſarum regionum ab aliis quidem recolebatur in octava Pentecoſtes, ab aliis in Dominica I. ante Adventum Domini, quemadmodum hac die poſita conſpicitur in noſtro Codice, in quo leguntur eo loco tres Orationes de Sanctiſſima Trinitate, Collecta ſcilicet, Secreta, & Oratio ad Complendum: in fine autem Codicis poſt Commune Sanctorum paulo recentiori charactere ſcripta habetur integra Miſſa de Sanctiſſima Trinitate, nempe Orationes, quæ ſupra, cum Epiſtola, Evangelio, Introitu, Graduali, Offertorio, aliiſque verſiculis. Plura autem de hac Feſtivitate videri poſſunt, apud Martene (b), Thomaſſinum (c), Meratum (d), & præcipuè in eruditiſſimo Tract. Sanctiſſimi D. N. Benedicti XIV. (e)

a *In ſuo Tract. de feſt. Chr. Domini, & B. Mariæ.* b *De antiq. Eccl. ritib.*
c *De dier. feſt. celebr.* d *In Not. ad Comm. Gavant. in Rubr. Miſſ.*
e *De Jeſu Chriſti, Matriſque ejus feſtis, de feſt. SS. Trinit. §. 520. & ſequ.*

SECRETA.

Sanctifica, quæſumus Domine Deus, per tui nominis invocationem hujus oblationis Hoſtiam, & per eam noſmetipſos tibi perfice munus æternum. Per.

AD COMPLENDUM.

Proficiat nobis ad ſalutem corporis, & animæ Domine Deus hujus ſacramenti ſuſceptio, & ſempiternæ ſanctæ Trinitatis confeſſio. Per.

(1) Mundet, & muniat &c. adverſitatibus expeditos &c.

A cunctis nos &c. ſerviat libertate. Per.

SE-

---

(1) Orationes, quæ leguntur poſt illas de Trinitate, recentiori manu additæ videntur, cum character diſſimilis ſit, & diverſæ ætatis videatur. Cæterum eædem Orationes conveniunt omnino cum editis, excepto tamen, quod in Oratione: MUNDET, & in altera: A cunctis, præter nomina Petri & Pauli additur illud Andreæ.

(a) *Ab hac die uſque ad Dominicam de Paſſione diei dicuntur Orationes.* A cunctis. *Et alia*: Omnipotens ſempiterne Deus.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui vivorum &c. veniam conſequantur. Per.

Hymnus Angelicus.

Gloria in excelſis Deo &c. Dei Patris. Amen.

Credo in unum Deum &c. venturi ſæculi. Amen.

Secreta. Oratio.

Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus, tribue quæſumus: ut &c. retineat. Per.

Poſtcommunio. Oratio.

Purificent nos, quæſumus omnipotens &c. delictorum. Per.

Oratio contra Paganos.

Omnipotens ſempiterne Deus, in cujus manu &c. conterantur. Per.

Secreta.

Sacrificium Domine &c. conſtituas. Per.

Poſtcommunio.

Protector noſter &c. ſerviant. Per.

a *Hæc verba, & Orationes ſubſequentes, Hymnus Angelicus, & Symbolum recentiori manu adſcripta leguntur in margine Codicis.*

Digitized by Google

SECRETA.

Exaudi nos, Domine Deus noſter: ut per hujus &c. in futuro. Per.

(1) VIII. IDUS DECEMBRIS.

(Hoc eſt VI. die ejuſdem Menſis.)

S. NICOLAI EPISCOPI.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui hodierna die Beatiſſimum Nicolaum Confeſſorem tuum, atque Pontificem æthe-

---

(1) Orationes noſtri Codicis diverſæ ſunt ab editis in Miſſali Romano. Cæterum Miſſa de S. Nicolao non legitur neque in Sacramentario Gelaſiano Cardinalis Thomaſii, neque in Gregoriano Pamelii, & Menardi. Sæculo IX. memoria Sancti Nicolai Miſsâ, & Officio recoli cœpiſſe videtur, auctore Nicolao I. Pontifice, qui pio animi obſequio erga hunc Sanctum cognominem ſuum motus, ut puto, curavit, ut ejus nomen ſpeciali cultu in Romana Eccleſia celebraretur. Nam de Beato illo Pontifice poſteritati tradidit Anaſtaſius, ſeu Auctor Pontificalis: *Renovavit* (inquit) *in Baſilica Dei Genitricis Mariæ, quæ dicitur Coſmedin, Secretarium, ibique pulchri decoris fecit triclinium cum caminatis ad honorem, & decorem ejus. Pari modo juxta idem Secretarium porticum renovans, illic conſtruxit, atque ædificavit Oratorium in honorem S. Nicolai, & plura dona ibi contulit almus Pontifex.* Idem, ſeu alius Scriptor in vita Hadriani II. Pontificis de Baſilica in honorem S. Nicolai ab eodem Nicolao Pontifice extructa narrat: *Poſt hæc Summus Pontifex Baſilicam Nicolaitanam, quam Sanctiſſimus Papa Nicolaus a fundamentis adeo luculenter cum tribus aquæductibus fabrefactis extruxerat, ut omnes Lateranenſes Baſilicas ſui pulchritudine ſuperaret, juxta votum deceſſoris ſui picturis variis decoravit.* Itaque in Laterano, ut colligi videtur ex verbis mox allatis Baſilica a Nicolao I. extructa fuit, eamque poſtea juxta ſui Prædeceſſoris vota Hadrianus II. picturis variis ornavit; Quæ

ætherea regna penetrare feciſti; da quæſumus ſupplicibus tuis digne illius ſolemnia celebrare: ut per ejus venerabilem feſtivitatem ſalutem conſequamur, & pacem. Per.

* *Evang. requ. in nativitate Confeſſorum.*

SECRETA.

Sacrificium Domine, quod deſideranter offerimus, gratum tibi Beatus Confeſſor tuus Nicolaus, atque Pontifex ſuffragator efficiat. Per.

AD COMPLENDUM.

Beati Nicolai Confeſſoris tui, atque Pontificis Domine ſuffragiis adjutis ab hoſtium liberemur inſidiis, atque cæleſti benedictione repletos tua nos ſemper virtute defende. Per.

VII. IDUS DECEMBRIS
(Hoc eſt die VII. ejuſdem Menſis.)
(1) S. SAVINI EPISCOPI, ET MARTYRIS.

ORATIO.

Gaudeat plebs tua omnipotens Deus: ut Beati Savini martyris tui, atque Pontificis annua feſta celebrantes: ut qui

---

Quæ quidem Baſilica an decurſu temporis prolapſa, rurſus ædificata fuerit a Calliſto II. dubitat (a) Martinellus. Sed omni proculdubio certum eſt, celebre Oratorium in Lateranenſi Patriarchio ab eodem Nicolao Papa extructum fuiſſe, cum illud ad noſtram uſque ætatem magna ex parte integrum ſuperfuerit, ideo mirum non eſt, ſi in noſtro Miſſali, qui Eccleſiæ Lateranenſis fuit, & non in aliis antiquis Sacramentariis Miſſa de S. Nicolao occurrit.

(1) Miſſa S. Sabini Epiſcopi in Sacramentariis Pamelii, & Menardi non reperitur. Hujus San-

a *Florav. Martinel. Rom. ex Ethnica Sacra. p.379. de Baſil. S. Nicolai in Later.*

* *recent. manu.*

qui digne tibi exhibent ſamulatum, fac etiam æternæ beatitudinis eſſe participes. Per.

SECRETA.

Tribue quæſumus omnipotens Deus, ut Beati Savini martyris tui, atque Pontificis ſuffragantibus meritis, hæc noſtra oblatio ſit in conſpectu tuo accepta, & nobis proficiat ad medelam. Per.

* *Evang. requ. in unius Mart. atque Pont.*

* *recent. manu.*

Sancti Martyris elogium fuſius ex Actis contexuit Ado in ſuo Martyrologio, contractius autem Uſuardus. Particulam Actorum edidit Eminentiſſimus Baronius (a), & queritur, integra acta reperire nequiviſſe: *Ex actis*, inquit, *S. Sabini Epiſcopi Spoletini illuſtris Martyris, hæc digna ſane memoria hic deſcribere viſum eſt, quæ quidem ſinceriſſima ſunt, ac proinde quæ ad verbum ſunt merito recenſenda: utinam ſicut fidelia: ita in omnibus integra reperiſſemus*. Eadem autem, nonnullis tamen mendis inſperſa edidit poſtea (b) Stephanus Balutius, exiſtimatque *optima*, & *ſinceriſſima* eſſe. Eadem obiter expenditSollerius ad diem 3. Kal. Jan. in notis ad Martyrologium Adonis, ſed acriter Tillemontius (c) impetit, atque impugnat. Cum autem integra repererim in antiquo lectionario, ſeu Paſſionali Eccleſiæ noſtræ Lateranenſis, & ex illis nonnulla, quæ leguntur in editis a Balutio, emendari poſſint, opportunum mihi viſum eſt, ea in fine libri exhibere, ut quæ contra eorum fidem, & ſinceritatem oppoſita ſunt, facilius ab erudito lectore rejici poſſint. S. Gregorius meminit Monaſterii S. Sabini, quod fuerat fundatum in Diœceſi Firmana. (d) Et quidem 5. Idus Decembris in vetuſtiſſimo Corbejenſi Calendario *Natale S. Sabini* inſcribitur, ut teſtatur Edmundus (e) Martenus. Cum autem noſtrum Miſſale Monachorum uſui inſervierit, id in cauſa fortaſſe eſt, cur Feſtum S. Sabini, quod in Sacramentariis Gregorianis, Pamelii, Menardi, aliiſque non extat, in eo reperiatur.

a *Baron. in Annal. ad ann. 301. num. 18.* b *Miſcell. tom. 2. pag. 47.*
c *Tom. 5. pag. 603. 604. Eccleſ. memor.* d *Lib. 11. epiſt. 20.*
e *Lib. IV. cap. 2. de antiquis Eccleſiaſticis Monachorum Ritibus.*

Digitized by Google

AD COMPLENDUM.

. . . . . . *votiva ſacramenta, quæ ſumpſimus Domine Deus noſter: ut interceſſione beati Savini Pontificis, & Martyris tui adjuvati, inter ipſius mereamur membra numerari, qui ſemetipſum optulit pro mundi ſalute. Qui &c.*

(1) IDIBUS DECEMBRIS

(Hoc eſt die 13. ejuſdem Menſis.)

S. LUCIÆ.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: ut ſicut de beatæ Luciæ virginis, & martyris tuæ feſtivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

Simile eſt regnum cœlorum &c.

Req. in nativ. Virginis.

SECRETA.

Accepta ſit Domine ſacratæ plebis oblatio pro tuorum honore ſanctorum, quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per.

AD COMPLENDUM.

(2) *Læti ſumpſimus, Domine, ſacramenta cæleſtia, & intercedente pro nobis beata Virgine, & Martyre tuá Lucia, ad vitam nobis proficiant ſempiternam. Per.*

XI.

---

(1) Celebris eſt cultus Sanctæ Luciæ & Romæ, & alibi, & ejus Miſſa extat in Sacramentariis: Acta autem martyrii ejuſdem Sanctæ leguntur apud Surium, & Moſandrum; & habentur etiam in laudato Paſſionali Lateranenſi, de quibus videri poteſt Tillemontius (a).

(2) Extat hæc Oratio in Sacramentario Gregoriano, Pamelii, & Menardi.

a *Tom. V. art. 56. pag. 142. Memor. Eccleſ.*

XI. KALENDAS JANUARII.

(Hoc eſt die 20. Decembris .)

VIGILIA S. THOMÆ APOSTOLI.

Oratio.

(1) *Beatus Apoſtolus tuus Thomas, cujus ſolemnia prævenimus, te quæſumus pro nobis implores: ut à noſtris reatibus abſoluti, à cunctis etiam periculis exuamur. Per.*

Evang. & Epiſtol. requ. in Vigil. unius Apoſtoli.

Secreta.

Sacrificium noſtrum tibi, Domine quæſumus, Beati Apoſtoli tui Thomæ precatio ſancta conciliet: ut cujus honore ſolempniter exhibetur, meritis efficiatur acceptum. Per.

Ad Complendum.

Beati Apoſtoli tui Thomæ, Domine quæſumus, interceſſione nos adjuva, in cujus ſolempnitate percepimus tua ſancta lętantes. Per.

XII. KALENDAS JANUARII

(Hoc eſt die 21. Decembris .)

NATALIS S. THOMÆ.

IN DIE AD MISSAM.

Oratio.

Da nobis, quæſumus Domine, beati Apoſtoli tui Thomæ ſolemnitatibus gloriari: ut ejus ſemper & patrociniis ſublevemur, & fidem congrua devotione ſectemur. Per.

X 2 Se-

(1) Hæ Orationes in vigilia Sancti Thomæ non leguntur neque in Miſſali edito, neque in antiquis Sacramentariis Pamelii, & Menardi.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Thomas, unus ex duodecim &c. beati qui non viderunt, & crediderunt.

SECRETA.

Debitum tibi, Domine, noſtræ reddimus ſervitutis, ſuppliciter exorantes: ut ſuffragiis beati Thomæ Apoſtoli tui, [a] *nos tuo munere* tuearis, cujus honoranda confeſſione, laudis tibi hoſtias [b] *ſolemniter* immolamus. Per.

AD COMPLENDUM.

Beati Apoſtoli tui, Domine quæſumus, interceſſione nos adjuva, pro cujus veneranda ſolemnitate percepimus tua ſancta lætantes. Per.

IX. KALENDAS JANUARII

(Hoc eſt 24. Decembris.)

S. GREGORII MARTYRIS.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos ſacris feſtivitati-

a in nobis tua munera   b *deeſt in ed.*

(1) Nihil de hoc Sancto in Sacramentario Gelaſiano, & in Gregoriano Pamelii, & Menardi: ejus martyrii acta extant in laudato antiquo Codice Lateranenſi, & eadem ſunt ac illa exhibita a Moſandro ad diem 24. Decembris, qua die meminerunt paſſionis S. Gregorii omnia fere antiqua Martyrologia. Cauſa autem, cur ejus Miſſa legatur, cum ſit Martyr Spoletinus, in noſtro Codice, non diſſimilis fuiſſe videtur ab illa, qua, ut ſupra notatum eſt, recolitur memoria Sancti Sabini, quia ſcilicet fuerat aliquod Monaſterium in ejus honorem erectum. Et quidem, teſte Edmundo Marteno, in antiquiſſimo Corbejenſi Calendario XIV. Kalendas Januarii notatur: *Natale S. Gregorii Martyris* (a).

a *Mart. de Antiquis Eccl. Ritibus lib. IV. de ritib. Monach. cap. 1.*

Digitized by Google

tatibus hujus diei intereſſe concedis ; præſta quæſumus : ut intercedente beato Gregorio martyre tuo ſupernæ ſolempnitatis gaudia tenere valeamus . Per.

Epiſtolam , & Evangelium , & Officium require in Natali unius Martyris .

SECRETA.

Suſcipe , quæſumus Domine , populi tui votiva munera , & qui pondere noſtrarum iniquitatum premimur , beati Gregorii martyris tui precibus erigamur . Per.

AD COMPLENDUM.

Beati Gregorii martyris tui , Domine , natalitia recenſentes , illius quæſumus aggregari mereamur conſortio , cujus corpori communicamur , & ſanguini Jeſu Chriſti filii Tui Domini noſtri . Qui tecum.

VII. KALENDAS JANUARII
(Ideſt die 26. menſis Decembris .)

S. STEPHANI PROTOMARTYRIS.

ORATIO.

Da nobis , quæſumus Domine , imitari quod colimus , ut diſcamus & inimicos diligere , quia ejus natalitia [a] *colimus* , qui novit etiam pro perſecutoribus exorare Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum : Qui tecum &c.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore : Dixit Jeſus turbis Judæorum , & principibus ſacerdotum : Ecce ego mitto &c. in nomine Domini .

SE-

a celebramus *in edit.*

Digitized by Google

Secreta.

Suſcipe, Domine, munera pro tuorum commemoratione Sanctorum: ut quod illos fecit paſſio glorioſos, nos devotio reddat innocuos. Per.

Ad Complendum.

Auxilientur nobis Domine ſumpta myſteria, & intercedente beato Stephano martyre tuo, ſempiterna protectione confirment. Per.

Ad Vesperas.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui primitias martyrum in beati Levitæ Stephani martyris ſanguine dedicaſti, tribue quæſumus, ut pro nobis interceſſor exiſtat, qui pro ſuis etiam perſecutoribus exoravit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: Qui tecum.

VI. KALENDAS JANUARII
(Ideſt 27. die menſis Decembris.)
S. JOHANNIS EVANGELISTÆ.

(1) *Beati Johannis Evangeliſtæ, quæſumus Domine, ſupplicatione placatus: & veniam nobis tribue, & remedia ſempiterna concede. Per.*

Se-

(1) Die S.Johannis Evangeliſtæ duæ Miſſæ leguntur in noſtro Codice, quemadmodum habentur in Sacramentario Gregoriano apud Pamelium, & in Codice Ratoldi apud Menardum p. 32. *In pleriſque Codicibus*, inquit Martenus, agens de Miſſa in feſto S. Johannis (a), *vetuſtiſſimis duæ hac die habentur Miſſæ, ut in Corbejenſi Ratoldi Abbatis, Moyſacenſi, Rhedonenſi S. Melanii, Lugdunenſi, apud Pamelium, in libello Johannis Abrincenſis, prima, quæ ſummo mane, ſeu, ut ex* AUTHENTICO MISSALI *ait prędictus Abrin-*

a *Lib. IV. de Eccleſ. ritib. cap. 13. num. X.*

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus Petro &c. teſtimonium ejus.

SE-

Abrincenſis Epiſcopus, DILUCULO; *altera poſt tertiam*. Orationes autem, quæ legebantur in ſecunda Miſſa: *In die* :retentæ fuerunt, atque editæ in Miſſali Rom., quæ vero in prima Miſſa, omiſſæ ſunt. Evangelium autem, ut ex noſtro Codice, & antiquis Capitularibus Evangeliorum conſtat, idem legebatur in utraque Miſſa: Lectiones autem, ſeu Epiſtolæ erant diverſæ. In libro, ſeu antiquiſſimo Lectionario, qui inſcribitur Comes, edito a Card. Thomaſio num. 6. ita legitur: VI. *In Natali S. Johannis Evangeliſtæ lectio libri Sapientiæ: Qui timet &c.* & num. VII. *Alia ut ſupra S. Johannis Evangeliſtæ. Lectio Epiſtolæ Beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios. Fratres: Jam non eſtis &c.* Et in antiquis Miſſalibus Baſilicæ Vaticanæ, & Oratorii Vallicellani apud eumdem Cardinalem (a): *Miſſa prima, mane in feſtivitate S. Johannis Evangeliſtæ*. LECTIO . . . AD EPHESIOS. FRATRES. BENEDICTUS DEUS ET PATER &c. *In majori Miſſa*. LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ. QUI TIMET DEUM &c. *ut in Miſſali Romano*. Harum duarum Miſſarum in feſto Sancti Johannis meminit etiam Amalarius (b) in hunc modum: *Similiter habemus Officia conſtituta in feſtivitate Johannis Evangeliſtæ, & Johannis Baptiſtæ primo diluculo, qui utrique ex utero matris ab accepto lumine hujus mundi in ſemetipſis ſacrificium ſingulare quoddam Deo obtulerunt: Johannes Evangeliſta obtulit ab initio hujus lucis virginitatis ſacrificium; Johannes Baptiſta ſacrificium abſtinentiæ, qui nec vinum biberat, nec ſiceram, & Nazaræus permanſit omni tempore.* Mentionem earumdem Miſſarum etiam facit, eaſque negligendas non eſſe ſcribit Radulphus (c). Rationem hujus ritus ferè eamdem, quam attulit Amalarius, reddit quoque Durandus (d). *Canitur*, inquit, loquens de Officio in feſto S. Johannis, *in quibuſdam Eccleſiis una Miſſa in exordio lucis, ad notandum, quod ipſe accepto lumine hujus mundi ſacrificium virginitatis ſemper obtulit Deo; quia enim non poterat habere vigiliam propter feſtum B. Stephani, ſtatutum fuit, ut duas Miſſas haberet.*

a *Pag. 18. in libr. antiq. lib. Miſſ.* b *Amalar. de Eccl. Off. lib. IV. cap. 40.*
c *In fine libri de Can. Obſerv.* d *In Rational. Divin. Offic. lib. VII. cap. 42.*

Digitized by Google

SECRETA.

(1) *Sit Domine quæſumus beatus Johannes Evangeliſta noſtræ fragilitatis adjutor : ut pro nobis tibi ſupplicans* [a] *copioſus audiatur . Per.*

AD COMPLENDUM.

Beati Evangeliſtæ Johannis , Domine , precibus adjuvemur : ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet , ejus nobis interceſſione donetur . Per.

IN DIE NATALIS S. JOHANNIS EVANG.

ORATIO.

Eccleſiam tuam , Domine , benignus illuſtra : ut beati Joannis Apoſtoli tui & Evangeliſtæ illuminata doctrinis , ad dona perveniat ſempiterna . Per.

SECRETA.

Suſcipe , Domine , munera , quæ in ejus tibi ſolemnitate deferimus , cujus nos [b] *patrocinio credimus* liberari . Per.

AD COMPLENDUM.

Refecti cibo potuque cœleſti , Deus noſter , te ſupplices exoramus : ut in cujus hæc commemoratione percepimus , ejus muniamur & precibus . Per.

V. KA-

a *legendum* copioſius , *ut in Pamelii Sacramentario .*
b confidimus patrocinio *in ed.*

---

(1) Hæc Oratio extat in Sacramentariis Pamelii , & Menardi .

Digitized by Google

V. KALENDAS JANUARII.

(Hoc eſt die 28. Decembris .)

* NATALE SS. INNOCENTUM.

ORATIO.

Deus, cujus hodierna die præconium Innocentes martyres non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua noſtra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Angelus Domini apparuit &c. & noluit conſolari, quia non ſunt.

SECRETA.

Sanctorum tuorum, Domine, nobis pia non deſit oratio: quæ & munera noſtra conciliet, & tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per.

AD COMPLENDUM.

Votiva, Domine, dona percepimus: quæ Sanctorum nobis precibus, & præſentis quæſumus vitæ, pariter & æternæ tribue conferre ſubſidium. Per.

AD VESPERAS.

(1) *Deus, qui licet ſis magnus in magnis, mirabilia tamen glorioſius operaris in minimis; da nobis, quæſumus, in*

Y *eorum*

* Non dicitur *Gloria in excelſis Deo*, *Credo*, nec *Alleluja*, nec *Ite Miſſa eſt*. Dicitur *Benedicamus Domino*, *Deo gratias*, ſecundum Cur. Rom. (*Hæc ſcripta leguntur recentiori manu in margine Codicis*.)

(1) Hæc Oratio extat in Sacramentariis Pamelii, & Menardi.

Digitized by Google

eorum celebritate gaudere, qui Filio tuo Domino noſtro teſtimonium præbuerunt etiam non loquentes. Per.

II. KALENDAS JANUARII
(Hoc eſt die 31. Decembris.)

IN FESTO S. SILVESTRI PAPÆ, ET CONF.

ORATIO.

Da quæſumus omnipotens Deus: ut beati Silveſtri Confeſſoris tui, atque Pontificis veneranda ſolemnitas & devotionem nobis augeat, & ſalutem. Per.

* *Totum Officium, & Evangelium require in Confeſſorum.*

SECRETA.

Sancti tui nos, Domine quæſumus, ubique lætificent: ut dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per.

AD COMPLENDUM.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus: ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Silveſtro Confeſſore tuo, atque Pontifice beneficia potiora ſumamus. Per.

XIX. KALENDAS FEBRUARII
(Hoc eſt 14. die menſis Januarii.)

S. FELICIS.

ORATIO.

(1) *Concede quæſumus omnipotens Deus: ut ad meliorem*

* *recent. manu.*

(1) In Miſſali impreſſo hac die habetur Miſſa de S. Hilario Epiſcopo, & de S. Felice dumtaxat commemoratio, ejus tamen Miſſa extat in Sacramentario Pamelii, & Menardi cum iiſdem

rem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent, quatenus beati confeſſoris tui Felicis, cujus ſolemnia agimus, etiam actus imitemur. Per.

* *Totum Officium require in Nativitate Confeſſorum.*

SECRETA.

Hoſtias tibi, Domine, beati Felicis confeſſoris tui dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue pervenire ſubſidium. Per.

AD COMPLENDUM.

(a) *Da*, quæſumus Domine, ſalutaribus repleti myſteriis, ut beati Felicis (b) *confeſſoris tui*, cujus ſolemnia celebramus, ejus orationibus adjuvemur. Per.

XVII. KALENDAS FEBRUARII.

(Hoc eſt 16. die menſis Januarii.)

S. MARCELLI PAPÆ.

ORATIO.

Preces populi tui, quæſumus Domine, clementer exaudi, ut beati Marcelli martyris tui, atque Pontificis meritis adjuvemur, cujus paſſione lætamur. Per.

SECRETA.

Suſcipe Domine munera dignanter oblata, & beati

 Mar-

* *recent. manu.* a Da *deeſt in impr.* b Martyris tui *in ed.*

dem fere Orationibus, tum etiam in Gelaſiano, aliiſque vetuſtiſſimis. Cur vero Sanctus Felix, cujus memoria hac die recolitur, *Felix* in *Pincis*; & cur ab aliis Confeſſor, ab aliis Martyr in antiquis Eccleſiaſticis monumentis dicatur; & an unus, an duo Felices hac die diſtinguendi ſint, diligenter æquè, atque erudite examinat cl. vir Dom. Georgius (a), quem lector conſulere poterit.

a *In notis ad Martyrol. Adonis ad diem xiv. Januarii.*

Digitized by Google

Marcelli martyris tui, atque Pontificis ſuffragantibus meritis ad noſtræ ſalutis auxilium provenire concede. Per Dominum.

Ad Complendum.

Satiaſti, Domine, familiam tuam muneribus ſacris, beati Marcelli martyris tui, atque Pontificis ſemper interventione nos refove, cujus ſolemnia celebramus. Per.

XV. KALENDAS FEBRUARII.

(Ideſt 18. die menſis Januarii.)

SANCTÆ PRISCÆ VIRGINIS.

Oratio.

(1) Da quæſumus omnipotens Deus: ut qui beatæ Priſcæ martyris tuæ natalitia colimus, & annua ſolemnitate lætamur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per Dominum.

* *Evangelium, & totum Officium require in Nat. Virg.*

SE-

* *recent. manu.*

(1) Miſſa de Sancta Priſca extat hac die in omnibus antiquis Sacramentariis Gregorianis; in Miſſali autem Romano edito habetur Miſſa de Cathedra Sancti Petri, quam ex antiquis Eccleſiaſticis monumentis in Romanum Miſſale, ac Breviarium, retenta dumtaxat commemoratione de Sancta Priſca, reſtituit Paulus IV. ann. 1557., qua de re late differunt Eminentiſſimus Baronius (a), Mabillonius (b), Sollerius (c), Florentinius (d), Dominicus Georgius (e), & Cajetanus Merati (f).

a *In Annalibus ad ann. 45.* b *De Liturg. Gallic.*
c *In notis ad Uſuard.* d *In not. ad Martyrol. Hieron.*
e *In notis ad Martyrolog. Adonis ad hunc diem, & ad diem 22. Februarii.*
f *In obſervat. ad Gavant. Theſaur. Sacr. Rit. Tom. II. Sect. VIII. cap. 3. num. 18.*

Digitized by Google

Secreta.

[a] *Hoſtia Domine*, quæſumus, quam ſanctorum tuorum natalitia recenſentes offerimus, & vincula noſtræ pravitatis abſolvat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per.

Ad Complendum.

Quæſumus Domine, ſalutaribus repleti myſteriis: ut, [b] *beatæ Priſcæ*, cujus ſolemnia celebramus, ejus orationibus adjuvemur. Per.

XIV. KALENDAS FEBRUARII.

(Ideſt 19. die menſis Januarii.)

(1) SS. MARII, MARTHÆ, AUDIFACIS, & Abachum Martyr.

Oratio.

Exaudi Domine populum tuum, cum ſanctorum tuorum [c] *Marii*, *Marthæ*, *Audifacis*, & *Abacuc*: tibi patrociniis ſupplicantes, ut temporalis vitæ [d] *nobis* tribuas pace gaudere, & [e] *æternum* reperire ſubſidium. Per Dominum.

Se-

a Hæc hoſtia, quæſumus Domine, *in ed.* b *deſunt in ed.*
c *Deſunt in Miſſali edito, at vero in noſtro Codice etiam in Oratione ad Complendum eorumdem Sanctorum nomina exprimuntur.*
d nos *in ed.* e æterna *in ed.*

(1) Sanctorum Martyrum Marii, Audifacis, & Abacum meminerunt omnia antiqua, & recentiora Martyrologia; Romanum quidem Martyrologium, & Beda hac die; Uſuardus, Ado, Martyrologium Hieronymianum Lucenſe, aliaque antiqua, die ſequenti. Marium, nonnulla Kalendaria, & Martyrologia Mariam, Scriptorum fortaſſis errore, vocant. Martyres iſti natione Perſæ, cum temporibus Claudii Imperatoris oratio-

SECRETA.

Preces, Domine, tuorum reſpice, oblationeſque fidelium: ut & tibi grata ſint pro tuorum feſtivitate ſanctorum, & nobis conferant tuæ propitiationis auxilium. Per Dominum.

AD

tionis cauſa Romam veniſſent, martyrium in Urbe paſſi ſunt, & eorum corpora ſepulta viâ Corneliâ, ut legitur in notitia Eccleſiarum extra Urbem ab Eccardo edita. Arenario autem, quo eorum ſacræ exuviæ collocatæ ſunt, nomen dederunt, ut colligi videtur ex laudato Martyrologio Hieronymiano (a) Lucenſi. Poſtea autem SS. Audifacis, & Abacum corpora in Urbem translata, & in Eccleſia Sanctæ Praxedis repoſita fuiſſe: Marii autem, & Marthæ in Diaconia Sancti Adriani a Gregorio IX. anno Chriſti 1228. una cum aliis Sanctorum Martyrum Corporibus reperta eſſe veteres inſcriptiones, & antiqua monumenta earumdem Eccleſiarum aperte teſtantur (b). Itaque maxime conveniens eſt, ut in noſtro Miſſali, quod Monachis Eccleſiæ Lateranenſis in urbe uſui fuit, Miſſa de his Sanctis legatur. In omnibus quidem Sacramentariis Gregorianis Miſſa de iiſdem Sanctis Martyribus nulla extat; ſed habetur in Sacramentario Gelaſiano non hac die, ſed die ſequenti, in qua his Sanctis Martyribus Sanctus Sebaſtianus jungitur in hunc modum: *In Natali Sanctorum Martyrum Sebaſtiani, Mariæ, Marthæ, Audifax, & Abacuc*. Prima Oratio eſt de his Sanctis Martyribus, altera eſt de Sancto Sebaſtiano: Secreta autem, & Poſtcommunio ad S. Sebaſtianum dumtaxat pertinent, fortaſſe, quia altera Secreta, & Poſtcommunio, quæ ad SS. Martyres Perſas pertinebant, Scriptoris vitio prætermiſſæ ſunt. De Actis horum Sanctorum videri poſſunt Eminentiſſimus Baronius *in hiſt. Eccleſ. ad ann.* 270. *num.* 7. *& ſeq.* Bollandus hac die, & Tillemontius *tom.* 4. *pag.* 673. *Memor. Eccleſiaſt.* Elogium autem horum Sanctorum, quod in Adonis Martyrologio legitur, hujuſmodi eſt: *Romæ Natalis Sanctorum Martyrum Marii, & Marthæ cum filiis*

a *Florentin. in not. ad diem* 20. *Febr. Martyrolog. Hieronymian.*

b *Aring. Rom. ſubterr. lib. II. cap.* 15.

Ad Complendum.

Sanctorum tuorum, Domine, Marii, Marthæ, Audifacis, & Abachuc interceſſione placatus, præſta quæſumus: ut quæ temporali celebramus actione, perpetua ſalvatione capiamus. Per.

XIII. KALENDAS FEBRUARII.

(Ideſt 20. die menſis Januarii.)

SS. FABIANI, ET SEBASTIANI MART.

Oratio.

Infirmitatem noſtram reſpice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis gravat, [a] *beati Fabiani Martyris tui, atque Pontificis* interceſſio glorioſa nos protegat. Per.

Alia Oratio.

Deus, qui beatum Sebaſtianum martyrem tuum virtute conſtantiæ roboraſti, ex ejus nobis imitatione tribue pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla ejus adverſa formidare. Per.

Require in plurimorum Martyrum Evangelium, & totum Officium.

Se-

---

liis ſuis, Audifax, & Abacuc Nobilium de Perſide, qui ad orationem venerant Romam tempore Claudii Principis: e quibus poſt toleratas fuſtes, equuleum, ignes, ungues, manuum præciſionem, Martha in Nympha necata, cæteri ſunt decollati, & corpora eorum incenſa. Eadem fere leguntur in Martyrologio Romano ad diem XIX. Januarii.

a Beatorum Martyrum tuorum Fabiani, & Sebaſtiani *in ed.*

Digitized by Google

SECRETA.

Interceſſio, quæſumus Domine, ſancti Pontificis, & Martyris tui Fabiani munera noſtra commendet, noſque ejus veneratio tuæ Majeſtati reddat acceptos. Per.

ALIA SECRETA.

Sancto Sebaſtiano martyre tuo interveniente, noſtra tibi ſervitus, Domine, placeat, & obſequia munerum fiant præſidia devotorum. Per.

AD COMPLENDUM.

Refecti participatione muneris ſacri, quæſumus Domine Deus noſter: ut (1) *beato Fabiano Martyre tuo, atque Pontifice interveniente*, cujus exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Cæleſti munere ſatiati, quæſumus Domine Deus noſter: ut hæc nos dona Martyris tui Sebaſtiani deprecatione ſanctificent, & ad cæleſtia regna perducant. Per.

XII.

(1) *Ut cujus exequimur cultum, intercedentibus Sanctis Martyribus tuis Fabiano, & Sebaſtiano ſentiamus &c.* Ita in Miſſali impreſſo, ubi unica eſt Oratio pro utroque Sancto Martyre. At vero in noſtro Codice ſingulæ pro ſingulis leguntur; ita etiam in Sacramentariis Pamelii, & Menardi, in quibus tamen aliquæ ex Orationibus paulum diverſæ ſunt ab illis, quæ in noſtro Codice habentur: & Joannes Fronto in notis ad Kalendar. ad hanc diem putat Romæ pro utroque non unam eandemque Miſſam, ſeu Officium, ſed diverſum aſſignatum fuiſſe. Et quidem duo Evangelia ſeparatim, unum pro Sancto Fabiano, & alterum pro S. Sebaſtiano aſſignantur in eodem Frontonis Kalendario, ſeu Capitulari, & in illo edito a cl. Dominico Georgio, aliiſque, ut ipſe notat ad hunc diem, quem Lector adire poteſt.

Digitized by Google

XII. KALENDAS FEBRUARII
(Ideſt die 21. menſis Januarii.)
S. AGNETIS VIRG. ET MART.
ORATIO.

(1) *Creſcat, Domine, ſemper in nobis ſanctæ jucunditatis affectus, & beatæ Agnæ virginis, atque martyris tuæ, cujus diem paſſionis annua devotione recolimus, etiam fidei conſtantiam conſequamur. Per.*

Evangelium require in Nat. Virg.

SECRETA.

Hoſtias, Domine, quas tibi offerimus, propitius ſuſcipe: & intercedente beata Agnete virgine & martyre tua, vincula peccatorum noſtrorum abſolve. Per.

AD COMPLENDUM.

Refecti cibo, potuque cœleſti, Deus noſter, te ſupplices exoramus: ut in cujus hæc commemoratione percepimus, ejus muniamur & precibus. Per.

XI. KALENDAS FEBRUARII
(Ideſt 22. die menſis Januarii.)
S. VINCENTII MART.
ORATIO.

Adeſto, [a] *quæſumus* Domine, ſupplicationibus noſtris: ut qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cogno-

Z vi-

a *deeſt in ed.*

(1) Hæc Oratio non extat in Sacramentario Menardi; & in Sacramentario Pamelii inter Orationes adjectas tribus ſolitis Miſſæ Orationibus in eas diſpertita, quodammodo & commixta legitur.

Digitized by Google

vimus (1) ***beati Vincentii martyris tui*** interceſſione liberemur. Per.

Evangelium require in unius Martyris.

SE-

(1) *Beatorum Martyrum tuorum Vincentii, & Anaſtaſii.* Ita in Miſſali edito: ubi S. Vincentio additus eſt S. Anaſtaſius Monachus, & pro utroque Sancto unica Miſſa inſtituta, & Orationes utrique communes: antiquitus duæ Miſſæ videntur fuiſſe celebratæ, una de S. Vincentio, & altera de S. Anaſtaſio Monacho. Nam in vetuſtiſſimis Capitularibus Evangeliorum duo habentur Evangelia, unum pro Sancto Vincentio, & alterum pro S. Anaſtaſio, qua de re videri poſſunt, quæ adnotat cl. Dom. (a) Georgius; quo autem tempore in Romana Eccleſiâ celebrari cœperit eodem die, quo S. Vincentii, etiam S. Anaſtaſii memoria, haud mihi compertum eſt. Id autem factum fuiſſe vetuſtiſſimis temporibus probant, quæ paulo ante dixi de Capitularibus Evangeliorum; & quæ adnotat hac die ad Martyrologium Adonis, ubi legitur: AD AQUAS SALVIAS NATALE S. ANASTASII MARTYRIS, ET MONACHI: laudatus Dominicus Georgius, qui teſtatur in omnibus Martyrologiis allatis a Bollandianis, in Martyrologio Fuldenſi, & Reginæ Svecorum, Auguſtano, Labbeano, aliiſque, S. Vincentio adjunctum fuiſſe S. Anaſtaſium. Et ſi in re dubia, atque incerta, uti conjecturis licet, id inſtitutum fuiſſe puto primum in Monaſterio S. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias, ſeu ad tres fontes, & deinde in aliis Urbis Eccleſiis, cum Monaſterium illud ab Honorio Papa I. ædificatum, & poſtea dirutum, (b) a Leone III. cum Eccleſia a fundamentis reſtitutum, & a Carolo Magno ampliſſimo patrimonio donatum eſt, ibique Monachis locatis, quod antea Sancti Vincentii Monaſterium dicebatur; deinde S. Vincentii, & Anaſtaſii nuncupatum eſt: vel certe id contigit temporibus Hadriani I. Pontificis, qua tempeſtate S. Anaſtaſii imago in eodem Monaſterio ſervata miraculis Romæ clarebat, ut teſtantur acta Nicænæ Synodi II., quæ, præſidente eodem Pontifice Hadriano per ſuos Legatos, habita eſt. Hinc autem magis, magiſque ordinis ac rituum, qui in noſtro Miſſali continentur, antiquitas comprobatur.

a *Ad Cap. Evangel. Tom. III. Liturg. Rom. Pontif. p. 242.*
b *Panvin. de Sept. Urb. Eccleſ.*

Digitized by Google

SECRETA.

(1) *Muneribus noſtris, quæſumus Domine, precibuſque ſuſceptis, intercedente beato Vincentio Martyre tuo, & cæleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Per Dominum.*

AD COMPLENDUM.

Quæſumus, omnipotens Deus: ut qui cœleſtia alimenta percepimus, [a] *intercedente beato Vincentio Martyre tuo*, per hæc contra omnia adverſa muniamur. Per.

VIII. KALENDAS FEBRUARII

(Hoc eſt die 25. Menſis Januarii.)

CONVERSIO S. PAULI APOSTOLI.

ORATIO.

Deus, qui univerſum mundum beati Pauli Apoſtoli prædicatione docuiſti: da nobis quæſumus; ut, qui ejus hodie converſionem colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per.

Evangelium require in Nativitate unius Apoſtoli.

SECRETA.

Apoſtoli tui Pauli precibus, Domine, plebis tuæ dona ſanctifica: ut quæ tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiant patrocinio ſupplicantis. Per.

AD COMPLENDUM.

Sanctificati, Domine, ſalutari myſterio: quæſumus,

a intercedentibus beatis martyribus tuis Vincentio, & Anaſtaſio *in ed.*

(1) Secreta in Miſſa S. Vincentii non ſolum in Miſſali impreſſo, ſed etiam in Sacramentariis Pamelii, & Menardi aliter habetur.

Digitized by Google

mus, [a] *beati Apoſtoli tui Pauli* pro nobis non deſit oratio, cujus nos donaſti patrocinio gubernari. Per.

V. KALENDAS FEBRUARII

(Hoc eſt 17. die menſis Januarii.)

(1) S. AGNETIS SECUNDO.

Oratio.

Deus, qui nos annua beatæ Agnetis virginis & martyris tuæ ſolemnitate lætificas: da quæſumus; ut quam veneramur officio, etiam piæ converſationis ſequamur exemplo. Per.

Secreta.

Super has, quæſumus Domine, hoſtias benedictio copioſa deſcendat: quæ & ſanctificationem nobis clementer operetur, & de Martyrum nos ſolemnitate lætificet. Per.

Ad Complendum.

Adjuvent nos, quæſumus Domine, & hæc myſteria ſan-

a quæſumus, ut nobis ejus non deſit *in ed.*

(1) *Secundo*. Ita in Miſſali edito, & in Sacramentario Pamelii, qui ad marginem notat diverſam eſſe in antiquis Codicibus hujus Feſti inſcriptionem in hunc modum: Nativitas S. Agnetis Virginis: *ſeu* Natale S. Agnetis in carne: *ſeu* Octava S. Agnetis. In Gelaſiano autem Cardinalis Thomaſii ita habetur: VI. In Nativitate S. Agnetis Virginis de Passione sua XII. Kal. Febr. Sequuntur deinde Orationes, in quibus ejus illuſtris martyrii memoria recolitur. Poſtea verò hæc alia inſcriptio legitur: VII. Item in Natale ejusdem de Nativitate V. Kal. Febr. Leguntur deinde Orationes, in quarum prima, & Secreta ad ejus Nativitatem in hac caduca luce alludi videtur, ejuſque natalem diem in hanc mortalem vitam celebrari.

Digitized by Google

ſancta, quæ ſumpſimus, & beatæ Agnetis interceſſio veneranda. Per.

* PURIFICATIO S. MARIÆ.

Benedictio Ceræ.

(1) *Benedic Domine Jeſu Chriſte hanc Creaturam Ceræ ſupplicationibus noſtris, & infunde ei per virtutem San-*

* IV. Nonas Februarii, hoc eſt 2. die ejuſdem menſis.

(1) De Feſto Purificationis, & benedictione Candelarum, & de hujus ſacræ ſolemnitatis origine, & antiquitate pluribus agunt Eminentiſſ. Baronius (a), Bollandiani Patres (b), Menardus (c), Martenus (d), Dominicus Georgius (e), & copioſè æque, ac eruditè Sanctiſſimus Dominus Noſter (f). Sed quod ad rem noſtram maximi refert, illud eſt, Benedictionem, quæ in noſtro Codice legitur, eſſe omnino diverſam, ut lectorem admonui, ab ea, quæ exhibetur in Miſſali impreſſo, & qua communiter Eccleſia Romana utitur, ſed in aliquibus convenire comperitur cum ea, quæ extat in ordine Romano edito ab Hittorpio. Cum autem legatur apud Martenum (g) in libris de antiquis ritibus Monachorum, conſueviſſe Monachos candelas & ignem benedicere, vel hinc confirmatur, quod in Præfatione poſitum eſt, Miſſale noſtrum fuiſſe veterum Monachorum Ord. S. Benedicti, qui prioribus ſæculis prope Baſilicam Lateranenſem habitabant, & propterea Candelarum, & ceræ, ac ignis benedictionem juxta antiquam Monaſticam conſuetudinem, ac uſum in eo exhiberi. Accedit, quod in ipſa benedictione mentio fit, ut in eadem Præfatione adnotavi, de Refectoriis, & nonnullis aliis, quæ melius Monachis cœnobiticam vitam agentibus, quàm Presbyteris ſæcularibus, qui certè per illud tempus non adhuc in communi apud eamdem Baſilicam degebant, & qui non privatim Can-

a *In notis ad Martyrologium hac die, & in Hiſtoria Eccleſiaſtica Tom. I.*
b *In Actis Sanctorum ad diem 2. menſ. Februar.*
c *In notis ad Sacramentarium Gregor.*
d *De Antiqu. Eccleſ. ritibus Lib. IV. cap. 15. tom. 3.*
e *In notis ad Martyrologium Adonis.*
f *In tractatu de Feſtis D. N. Jeſu Chriſti, & Beatæ Mariæ Virginis.*
g *Tom. IV. lib. III. cap. 7. de Purific. B. Mariæ.*

Digitized by Google

Sanctæ ✝ Crucis benedictionem cæleſtem, & qui eam ad repellendas tenebras humano generi tribuiſti, talem ſignaculo Crucis tuæ fortitudinem, & be ✝ nedictionem accipiat, ut in quibuſcumque locis accenſa, ſive poſita fuerit, diſcedat Diabolus, & contremeſcat, & fugiat palidus cum omnibus miniſtris ſuis de habitationibus illis, nec præſumat amplius inquietare, vel illudere ſervientibus Domino; proinde ſupplices te, Domine quæſumus, ut emittas ſanctum Angelum tuum Raphaelem, qui evulſit, & repulit a Sarra, & Tobia Dæmonem mortiferum eos infeſtantem, & conterat illum, & perdat, de Baſilicis, de domibus, de angulis, de lectulis, de refectoriis, de univerſis locis in quibuſcumque Deo famulantes habitant, & requieſcunt, dormiunt, & vigilant, ambulant, & conſiſtunt, nec valeat ille malignus amplius inquietare, vel pavores immittere ſuper illos, quos Sancti Chriſmatis tui unctione feciſti eſſe munitos, bene ✝ dico te cera in nomine Dei Patris Omnipotentis, & Filii ejus Unigeniti, & Spiritus Sancti Paracliti, ut ſis ubique Diaboli effugatio, adjuvante eadem ſancta, & individua Trinitate, quæ in unitatis eſſentia vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Alia Benedictio in Candelas.

Adeſto ſupplicationibus noſtris, omnipotens Deus, & has Candelas tua benedictione perfunde, quatenus fidelis popu-

Candelas benedicebant, ſed potius benedictas accipiebant a Pontifice, & cum eo nudis pedibus ab Eccleſia S. Adriani ad Sanctam Mariam Maiorem ſolemniter, & ex more, ac veteri inſtituto procedebant.

Digitized by Google

populus eas in manibus portans, non ſolùm exteriori lumine gaudeat, ſed cæcitate cordis repulſa, ſit lumen, quod in tenebris lucet, apprehendat, ut nequaquam a via veritatis aberret. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Dominus vobiſcum.

Et cum Spiritu tuo.

Surſum corda.

Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo noſtro.

Dignum & juſtum eſt.

*Verè dignum, & juſtum eſt, æquum, & ſalutare, nos tibi ſemper, & ubique gratias agere, Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, & in præſentatione Jeſu Chriſti Filii tui unigeniti, & Domini noſtri nos ſupplices tuos ad te clamantes, & exorantes clementer exaudire dignare, * qui omnia ex nihilo creaſti, & juſſu tuo operâ apum hunc liquorem ad perfectionem venire feciſti, & qui hodierna die petitionem juſti Simeonis impleſti, te humiliter deprecamur, ut has candelas ad uſus hominum, & ſanitatem corporum, & animarum ſive in terra, ſive in aquis per invocationem tui Sanctiſſimi Nominis, & per interceſſionem Sanctæ Mariæ Genitricis Filii tui, cujus feſta hodie devotè celebramus, ac per preces omnium Sanctorum benedicere, & ſancti ✠ ficare digneris, ut hujus plebis tuæ, quæ illas hono-*

* Quæ poſtea ſequuntur uſque ad finem, habentur in prima Oratione, quæ extat in Miſſali edito.

honorifice in manibus portant, teque cantando laudant, exaudias vocem de cælo ſancto tuo, & de ſede majeſtatis tuæ, propitiuſque ſis omnibus ad te clamantibus, quos redemiſti pretioſo ſanguine Filii tui, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

ALIA ORATIO.

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus benedicere, & ſanctificare digneris ignem iſtum, quem nos indigni ſuſcipimus per invocationem unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem hodie in Templo præſentatum juſtum Symeonem diu expectantem in ulnas ſuſcepiſſe novimus, & Salvatorem tuum ante faciem omnium populorum eſſe lumen ſcilicet gentibus, & gloriam plebi tuæ Iſrael prophetico ſpiritu docuit; da quæſumus Domine bene ✝ dicere digneris lumen iſtud, & illud omnibus in manibus geſtantibus verum lumen tuæ majeſtatis concede, ut te agnoſcentes per viam virtutum ad te valeant pervenire, qui in Trinitate perfecta vivis, & gloriaris Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO.

Domine Deus Pater omnipotens lumen indeficiens, qui es cognitor omnium luminum, bene ✝ dic hoc lumen tuis fidelibus in honorem nominis tui portandum, quatenus a te ſancti ✝ ficatum ſit, atque bene ✝ dictum, ut a lumine claritatis tuæ accendamur, & illuminemur, propitius concedere digneris, & veluti eodem igne quondam illuminaſti Moyſen famulum tuum, ita illumines corda noſtra, & ſenſus

Digitized by Google

ſus noſtros, ut ad viſionem æternæ claritatis pervenire mereamur. Per.

ORATIO.

* *Omnipotens ſempiterne Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum ulnis ſancti Symeonis in templo ſancto tuo ſuſcipiendum præſentaſti, te ſuppliciter deprecamur, ut omnes hos cereos tuos, quos nos fideles tui, omni magnificentia ſuſcipientes geſtare cupimus luce accenſos, bene ✝ dicere, & ſancti ✝ ficare, atque lumine ſupernæ benedictionis accendere digneris, quatenus eos tibi Domino Deo noſtro digni, & ſancto igne tuæ dulciſſimæ claritatis ſuccenſi in templo ſanctæ gloriæ tuæ repræſentari mereamur. Per.*

ORATIO PER PROCESSIONEM.

* Exaudi, quæſumus Domine, plebem tuam, & quæ extrinſecus annua tribuis devotione venerari, interius aſſequi gratiæ tuæ luce concede. Per.

IN DIE AD MISSAM.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, majeſtatem tuam ſupplices exoramus: ut ſicut Unigenitus Filius tuus hodierna die cum noſtræ carnis ſubſtantia in templo eſt præſentatus; ita nos [a] *faciat* purificatis tibi mentibus præſentari. Per.

a facias

* Secunda Oratio, quæ legitur in Miſſali impreſſo, non multum huic noſtræ diſſimilis eſt.

* Eadem eſt ac illa, quæ in Miſſali impreſſo ante proceſſionem recitanda præſcribitur.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Poſtquam impleti ſunt dies purgationis &c. & gloriam plebis tuæ Iſrael.

SECRETA.

(1) *Exaudi preces noſtras, Domine Deus: & ut digna ſint munera, quæ oculis tuæ Majeſtatis offerimus, intercedente Beata Maria Virgine Genitrice Filii tui Domini noſtri cum omnibus Sanctis, munus tuæ pietatis impende. Per Dominum.*

AD COMPLENDUM.

Quæſumus Domine Deus noſter: ut ſacroſancta myſteria, quæ pro reparationis noſtræ munimine contuliſti, *intercedente* [a] *ſemper Beata Virgine Maria*, & præſens nobis remedium eſſe facias, & futurum. Per.

NONIS FEBRUARII

(Hoc eſt 5. die menſis Februarii.)

S. AGATHÆ VIRG. ET MART.

ORATIO.

Deus, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiam in ſexu fragili victoriam martyrii contuliſti, concede propitius: ut [b] *beatæ Agathæ martyris tuæ, cujus natalitia colimus*, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Evangelium require in nativ. Virginis.

SE-

a intercedente Beata Maria ſemper Virgine *in ed.*
b ut qui beatæ Agathæ virginis, & martyris tuæ natalitia colimus *in ed.*

(1) Oratio, quæ legitur in edito, aliquantum diverſa eſt a noſtra, ut conferenti apparebit.

Digitized by Google

SECRETA.

Suſcipe munera Domine, quæ in beatæ Agathæ [a] martyris tuæ ſolemnitate deferimus: [b] *cujus nos interceſſionis auxilio ubique confidimus liberari*. Per.

AD COMPLENDUM.

Auxilientur nobis, Domine, ſumpta myſteria: & intercedente beata Agatha (1) martyre tua, ſempiterna protectione confirment. Per.

IV. IDUS FEBRUARII

(Hoc eſt die 10. menſis Februarii.)

(2) S. SCHOLASTICÆ VIRG.

ORATIO.

Familiam tuam, quæſumus Domine, beatæ Virginis tuæ Scholaſticæ meritis propitius reſpice; & ſicut ad ipſius preces, ad obtinendum, quod concupivit, imbrem cælitus deſcendere feciſti, ita ejus ſupplicationibus ariditatem mentis noſtræ ſupernæ digneris gratiæ rore perfundere. Per.

a virginis, & *in ed.* b cujus nos confidimus patrocinio liberari *in ed.*

(1) Hæc Oratio paulo aliter ſe habet in Miſſali edito.

(2) De Sancta Scholaſtica hæc notat ad diem 10. Februarii 4. Id. ejuſdem menſis clar. Dom. Georgius: *Codices noſtri Sanctam Scholaſticam hac die recolunt. Ea vero a genuino Adone ablegando eſſe non videtur*. Et paulo poſt: *Adjectam primum Martyrologiis ab Uſuardo, exiſtimat Sollerius. At Rabanus, & Notkerus, Martyrologium Fuldenſe, & Ottobonianum, Auguſtanum, & Kalendarium Vatic. 3806. de ea agunt hac die, quæ ſi Codicibus noſtris addas, non eſſe a genuino Adone eliminandam Scholaſticam elicies. Obiit Scholaſtica Anno Domini 543. & in Caſinenſi Monaſterio ſepulta fuit. Vid. Mabillon. ſæculo I. Bened. pag. 35., & Annalium Bened. lib. V. §. 4. In Miſſali plenario*

SECRETA.

Fiant, Domine, grata tuo conſpectu munera ſupplicantis Eccleſiæ tuæ; & ut noſtræ ſalutis remedio proficiant, Beatæ Virginis tuæ Scholaſticæ adſit interceſſio veneranda. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Beatæ Virginis tuæ Scholaſticæ, Domine, precibus confidentes quæſumus clementiam tuam, ut per ea, quæ ſumpſimus, æterna remedia capiamus. Per.

(1) VIII. KALENDAS MARTII.
(Hoc eſt 22. die menſis Februarii.)
CATHEDRÆ S. PETRI ANTIOCHIÆ.

ORATIO.

Deus, qui beato Petro Apoſtolo tuo, collatis clavibus regni cœleſtis, *animas* [a] ligandi atque ſolvendi pontificium tradidiſti: concede, ut interceſſionis ejus auxilio, à peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Qui vivis & regnas.

SE-

a *Deeſt in Miſſali Romano edito.*

---

rio Vatic. num. 4770. *ſæculi XI. ad oram hac die deſignatur Miſſa in Nativit. Sanctæ Scholaſticæ.*

Cæterum Miſſa de S. Scholaſtica in aliis antiquioribus Sacramentariis, & Miſſalibus, quos viderim, non occurrit. Id autem minime mirum eſt, cum ejus cultus apud Monachos primum cœperit, Miſſarumque ſolemnia in ejus honorem celebrari apud Sancti Benedicti diſcipulos Monaſticæ vitæ profeſſores inſtitutum fuerit, ut omnibus compertum fit ex vetuſtis Monachorum Miſſalibus, & Calendariis, cujuſmodi eſt Miſſale Vaticanum plenarium num. 4770. a Dom. Georgio paulo ſupra allatum.

(1) De Feſto Cathedræ Sancti Petri Antiochiæ, quod agitur die 22. Februarii, & altero

Ca-

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Venit Jeſus in partes Cæſareæ &c. ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.

SECRETA.

Eccleſiæ tuæ, quæſumus Domine, preces & hoſtias beati Petri Apoſtoli [a] *tui* commendet oratio: ut quod pro illius gloria celebramus, nobis proſit ad veniam. Per.

AD COMPLENDUM.

Lætificet nos, *Domine*, [b] *oblatum* munus: ut, ſicut in Apoſtolo tuo Petro te mirabilem prædicamus, ſic per illum tuæ ſumamus indulgentiæ largitatem. Per.

VI.

a *deeſt in ed.* b munus oblatum *in ed.*

Cathedræ Sancti Petri Romæ, quod celebratur die 18. Januarii, videri poſſunt, ut ſuperius admonui, quæ poſt Baronium, Sollerium, Florentinium, Menardum, Frontonem, aliosque doctiſſimos viros, erudite ſcripta ſunt a Dominico Georgio in notis ad Martyrologium Adonis. Qui inter cætera affert primam Orationem Miſſæ ex antiquo Codice Palatino, in qua legitur: *ligandi atque ſolvendi Pontificium*: omiſſa voce *animas*, uti etiam omittitur in omnibus Miſſalibus Romanis impreſſis, & deinde clar. vir talia ſubdit: *Novum videri non debet iſtiuſmodi locutionis genus*: LIGANDI ATQUE SOLVENDI, *omiſſa voce*, ANIMAS, *quod nonnulli novatores impiè Apoſtolicæ Sedis fraudibus adſcripſerunt; nam Codex memoratus exaratus eſt ante hos annos quingentos*. Poſt hæc addit, in Sacramentario Reginæ Svecorum 337. ſæculi VIII. eam Orationem legi in Veſperis S. Petri eodem modo ſine voce illa *animas*, inſuper in Codice Gelaſiano in Orationibus ad Veſperas in feſtis Apoſtolorum Petri, & Pauli hæc haberi: *Deus, qui ligandi ſolvendique licentiam tuis Apoſtolis contuliſti &c.* Itaque Romanam Eccleſiam immeritò & calumnioſè, ut ſolent, ejus Adverſarii accuſant, cum veteres Codices, veterumque morem ſequuta ſit.

Digitized by Google

VI. KALENDAS MARTII
(Hoc eſt 24. die menſis Februarii .)
NATALE S. MATHIÆ APOSTOLI.

ORATIO.

(1) Deus, qui beatum Mathiam Apoſtolorum tuorum collegio ſociaſti: tribue quæſumus, ut [a] *interventione ejus, pietatis viſcera* ſentiamus. Per.

SECRETA.

(2) Deus, qui proditoris apoſtatæ *ruinam, ne Apoſtolorum tuorum numerus ſacratus perfectione careret, beati Mathiæ electione ſuppleſti, præſentia munera ſanctifica, & per ea gratiæ tuæ nos virtute* confirma. Per.

AD COMPLENDUM.

Præſta quæſumus omnipotens, & miſericors Deus: ut per hæc ſancta, quæ ſumpſimus, interveniente beato Mathia Apoſtolo tuo, veniam conſequamur, [b] *& gratiam*. Per.

IV. IDUS MARTII
(Hoc eſt die 12. menſis Martii .)
IN FESTO S. GREGORII PAPÆ CONF. & Eccl. Doct.

ORATIO.

(3) Deus, qui beatum Gregorium Pontificem, ſan-

a ut ejus interventione, tuæ circa nos pietatis ſemper *in ed.* b & pacem *in ed.*

(1) In Codice Gelaſiano, Sacramentario Gregoriano Reg. Svec. 337., & in antiquioribus Capitularibus deeſt Miſſa S. Mathiæ: habetur tamen in Sacramentario Menardi, in Palatino Vat. 496., Angeli Rocchæ, & Vaticano 1272.

(2) Hæc Oratio extat in Sacramentario Menardi, ubi legitur: *per ea nos gratiæ tuæ virtute confirma*.

(3) Hæc Oratio eſt Oratio Poſtcommunio in Miſſali edito.

Digitized by Google

ſanctorum tuorum meritis coæquaſti: concede propitius; ut qui commemorationis ejus feſta percolimus; [a] *ita quoque* imitemur exempla. Per.

Evangelium require in Nativitate Confeſſoris.

SECRETA.

Hoſtiam, Domine, quam nomini tuo ſacrandam offerimus, ſancti Gregorii Pontificis proſequatur oratio, per quam nos & expiari facias, & defendi. Per.

AD COMPLENDUM.

(1) *Concede, quæſumus Domine, fidelibus tuis digne ſancti Gregorii Pontificis celebrare myſteria: ut ea, quæ fideliter exequuntur, & hic experiantur auxilia, & æternis affectibus apprehendant. Per.*

ALIA ORATIO.

(2) Deus, qui *beati Gregorii famuli tui*, æternæ beatitudinis præmia contuliſti; concede propitius: ut qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, ejus apud te precibus ſublevemur. Per.

XII.

a vitæ quoque *in edito*.

(1) Hæc, & ſuperior Oratio deeſt in edito, ſed extat in Sacramentario Menardi, ubi non eſt Oratio ad Complendum, ſed prima Oratio Miſſæ, & legitur paulo aliter in hunc modum: *Concede &c. Pontificis tui celebrare ſolemnia, ut ejus & hic experiantur auxilia, & æternis effectibus apprehendant. Per.*

(2) Hæc Oratio ad Complendum, ſeu Poſtcommunio eſt prima Oratio in Miſſali edito, ibique rectè legitur: *Deus, qui animæ famuli tui &c.*

Digitized by Google

XII. KALENDAS APRILIS.

(Hoc eſt die 21. menſis Martii .)

S. BENEDICTI ABBATIS.

Oratio.

(1) *Omnipotens ſempiterne Deus, qui glorioſa beati Benedicti Abbatis exempla humilitatis triumphale nobis iter oſtendiſti; da quæſumus, ut viam tibi placitæ obedientiæ, quam idem Venerabilis Pater antecedebat, nos præclaris ejus meritis adjuti, ſine errore proſequamur. Per.*

Evangelium require in Nativitate Confeſſoris.

Secreta.

Paternis interventionibus magnifici Paſtoris Benedicti, quæſumus omnipotens Deus, familiæ tuæ commendetur oratio, cujus vitalibus decorabitur exemplis. Per.

Ad

(1) Miſſa in Natali S. Benedicti deeſt in antiquis libris Liturgicis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſed ejuſdem Sancti Benedicti nomen legitur ad oram Canonis in Sacramentario Gelaſiano *pag.* 197. poſt nomina Auguſtini, Gregorii, Hieronymi, tum etiam commemoratur Beatus Benedictus cum aliis Sanctis in Canone Sacramentarii Gallicani apud Mabillonium [a]. Præterea habetur in Sacramentariis Menardi, Gemeticenſi, & Theodoricenſi, & aliis. In Codice Eccleſiæ Turonenſis aſſignantur tres Miſſæ 12. Kalendas Aprilis de Sancto Benedicto, ut teſtatur Edmundus [b] Martenus, qui affert etiam Orationes, quæ in ſingulis Miſſis recitabantur, quarum duæ in Feſto, & alia in Vigilia celebrabatur. Orationes autem, quæ legebantur in tertia Miſſa, eædem ſunt, atque illæ, ſi pauca quædam excipias, quæ extant in noſtro Codice; inſuper ibi habetur Oratio ſuper populum, quæ in noſtro Codice deſideratur.

a *Muſ. Italic. tom. 1. par. 2. pag. 280.*

b *Lib. 1. cap. 3. art. 3. de antiq. Eccl. Ritibus num. 13.*

Digitized by Google

Ad Complendum.

Perceptis, Domine, ſacramentis ſalutaribus humiliter deprecamur: ut intercedente beato Benedicto Abbate, quæ * *pro illius venerando agitur obitu, nobis proficiant ad ſalutem. Per.*

VIII. KALENDAS APRILIS.

(Hoc eſt 25. die menſis Martii.)

(1) ANNUNTIATIO DOMINICA.

Oratio.

Deus, qui de beatæ Mariæ virginis utero, verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis; ut, qui verè eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te interceſſionibus adjuvemur. Per.

Secundum Lucam.

In illo tempore: Miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo in civitatem &c. fiat mihi ſecundum verbum tuum.

* *Pro veneranda illius agimus depoſitione* &c. Cod. Eccl. Turon. apud Marten. de antiq. rit. Eccleſ.

(1) Hoc etiam nomine enuntiatur Feſtum Annuntiationis Beatæ Mariæ in Martyrologio Adonis, aliiſque vetuſtiſſimis, diverſo tamen titulo notatur in antiquis libris Liturgicis, & in nonnullis Martyrologiis, & Calendariis; quod tamen parvi refert, & hac de re videri poſſunt notæ cl. v. Dominici Georgii in dictum Martyrologium Adonis ad diem 25. Martii, ubi etiam admonet, Hieronymiana, aliaque Martyrologia eidem diei crucifixionem Chriſti Domini aſſignare conſueviſſe. De Feſti Annuntiationis celebritate, ejuſque myſterio plura eruditiſſime ſcribit S. D. N. Benedictus XIV. *in libris de Feſtis B. Mariæ Virginis*, Thomaſſinus, Martene, PP. Bollandiani, aliique.

SECRETA.

In mentibus noſtris, quæſumus Domine, veræ fidei ſacramenta confirma: ut, qui conceptum de Virgine Deum verum & hominem confitemur, per ejus ſalutiferæ reſurrectionis potentiam, ad æternam mereamur pervenire lætitiam. Per.

AD COMPLENDUM.

Gratiam tuam, quæſumus Domine, mentibus noſtris infunde: ut, qui Angelo nuntiante, Chriſti Filii tui Incarnationem cognovimus; per paſſionem ejus & crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per.

(1) IDIBUS APRILIS

(Hoc eſt die 13. menſis Aprilis.)

SANCTÆ EUPHEMIÆ.

ORATIO.

Concede nobis omnipotens Deus ſanctæ martyris tuæ Euphemiæ & exultare meritis, & beneficia referre ſuffragiis. Per.

SE-

(1) Hugo Menardus in notis ad Sacramentarium poſt Orationes Paſchales, hæc adnotat: *Porro in Codicibus Ratoldi, Rodradi in appendice, & Remenſi ſequitur:* IDIBUS APRILIS NATALE SANCTÆ EUPHEMIÆ. *Hæc eſt illa Euphemia celebris Virgo, & Martyr Chalcedonenſis, cujus natalis eodem die annotatur in Martyrologiis mss. Bibliothecæ Corb. &c.* Uberius autem hac de re agit laudatus Dominicus Georgius in notis ad Martyrolog. Adonis Idibus Aprilis his verbis: *Cultus hujus Martyris celeberrimus ſemper apud Græcos, & Latinos fuit, & in veterrimis Martyrologiis, tum hac die, tum die 16. Septembris de eadem Martyre agitur.* Et poſt nonnulla alia ita proſequitur: *De celeberrimo cultu Euphemiæ hac die 13. Aprilis nos dubitare non ſinit Codex*

SECRETA.

* *Muneribus noſtris, quæſumus Domine, te magnificamus, ut in ſanctæ nobis ſolemnitatibus Euphemiæ * gaudia ſuperna concilies, & patrocinia ſempiterna largiaris. Per.*

AD COMPLENDUM.

Sanctæ Martyris Euphemiæ nos, quæſumus Domine, precatio tibi grata comitetur, & tuam nobis indulgentiam poſcere non deſiſtat. Per.

XVIII. KALENDAS MAJI.

(Hoc eſt 14. die menſis Aprilis.)

(1) SS. MART. TIBURTII, VALERIANI.

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut, qui ſanctorum martyrum tuorum Tiburtii, Valeriani, & Maximi

dex Sacramentorum Gelaſianus, in quo pag. 149. *ad diem* 13. *Aprilis Orationes Miſſæ in Nativitate S. Euphemiæ leguntur. Item in Miſſali plen. Vat.* 4770. *ubi Præfatio peculiaris de eadem.* Animadvertendum eſt, quod Miſſale plenarium Vaticanum, quod laudat idem Georgius ad Monachos pertinuit, ideoque mirum cuique eſſe non debet, ſi Euphemiæ Miſſa extat in noſtro Codice, etiamſi deſit in omnibus Gregorianis Sacramentariis. Porro Orationes de Sancta Euphemia, quæ in Miſſali noſtro, occurrunt etiam in Gelaſiano Card. Thomaſii, ex eo autem nonnulla corrigi poſſunt, quæ mendoſe in noſtro ſcripta videntur: Hæc autem aſteriſco adnotavi, & inferius adſcripſi varias Lectiones ex relato Codice Gelaſiano.

* *Muneribus, Domine, te magnificamus oblatis, quibus in Sanctæ* &c. *in Cod. Gelaſ.*

* *& gaudia ſempiterna concilias* &c. *Cod. Gelaſ.*

(1) In Sacramentariis Gregorianis Pamelii, & Menardi: *XVIII. Kal. Maji* (id eſt XIIII. die menſis Aprilis) *Natale Sanctorum Tiburtii, Valeriani, & Maximi.*

ximi ſolemnia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per Dominum.

Evangelium require in Nativitate plurimorum Mart.

SECRETA.

Hæc hoſtia, quæſumus Domine, quam Sanctorum martyrum tuorum natalitia recenſentes offerimus, & vincula noſtræ pravitatis abſolvat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per.

AD COMPLENDUM.

Sacro munere ſatiati, ſupplices te Domine deprecamur: ut quod debitæ ſervitutis celebramus officio, ſalvationis tuæ ſentiamus augmentum. Per.

IX. KALENDAS MAJI

(Hoc eſt die 23. Menſis Aprilis.)

(1) S. GEORGII MARTYRIS.

ORATIO.

Deus, qui nos beati Georgii martyris tui meritis, & intercesſione lætificas: concede propitius; ut, qui [a] *ejus* beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ conſequamur. Per.

Evangelium require in Nativitate plurimorum Martyrum.

SECRETA.

Munera, Domine, oblata ſanctifica: & intercedente beato Georgio martyre tuo, nos per hæc à peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per.

AD

a tua per eum beneficia poſcimus dono *Miſſ. ed.*

(1) In laudatis Sacramentariis: *VIIII. Kal. Maji Nativitas S. Georgii Mart.* hoc eſt die 23. Apr. ut in Miſſali edito.

AD COMPLENDUM.

Supplices te rogamus omnipotens Deus : ut, quos tuis reficis ſacramentis, intercedente beato Georgio martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſervire. Per.

VII. KALENDAS MAJI

(Hoc eſt 25. die menſis Aprilis.)

S. MARCI EVANGELISTÆ.

ORATIO.

Deus, qui beatum Marcum Evangeliſtam Evangelicæ prædicationis gratia ſublimaſti, tribue quæſumus ejus [a] *ſemper nos munitione proficere, & eruditione muniri. Per Dominum.*

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore : Deſignavit Dominus & alios ſeptuaginta duos &c. Appropinquavit in vos regnum Dei.

SECRETA.

Beati Marci Evangeliſtæ tui ſolemnitate, tibi munera deferentes, quæſumus Domine : ut ſicut illum prædicatio Evangelica fecit glorioſum; ita nos ejus interceſſio & verbo, & opere tibi reddat acceptos. Per.

AD COMPLENDUM.

Tribuant nobis, quæſumus Domine, continuum tua ſancta præſidium : [b] & beati Marci Evangeliſtæ tui precibus nos [c] ab omnibus tueantur adverſis. Per.

Eo-

a ejus nos ſemper & eruditione proficere, & oratione defendi *in ed.*
b quo *in ed.* c ſemper *in ed.*

Digitized by Google

(1) Eodem Litaniæ Majores.

Oratio.

(2) *Mentem familiæ tuæ, quæſumus Domine, intercedente Beata Maria ſemper Virgine, & munere compunctionis aperi, & largitate pietatis exaudi. Per.*

Alia

(1) In Sacramentario Pamelii hac die legitur: *vij. Kalend. Maji* (ideſt 25. die menſis Aprilis) *Litaniæ Majores*. Ad quæ idem Pamelius hæc adnotat in margine: *Inſtitutam refert hanc Litaniam Ordo Romanus a Divo Gregorio I. belli tempore. Officium autem hujus diei explicatur ab Amalario lib. 1. cap. 37. & lib. 4. cap. 25. Item ab Walafr. cap. 28. Microlog. cap. 57.* De Litania Majore in feſto S. Marci, & triduo Rogationum ante Aſcenſionem erudite tractant Martene [a], & Cajetanus Meratus in notis ad Gavantum [b], aliique plurimi.

(2) Hæ tres Orationes, quæ ſequuntur, extant etiam in Sacramentario Pamelii. Prima inſcribitur: *Ad S. Laurentium in Lucina*: altera: *Ad S. Valentinum*: tertia: *Ad Pontem Olbi*; poſtea in eodem Sacramentario ſequuntur tres aliæ Orationes, quarum una inſcribitur: *Ad Crucem*: aliæ duæ: *In Atrio*. Nam appoſitè monet P. Meratus loco paulo ante citato, deſcribens iter proceſſionis, quæ in Litania Majori fieri ſolebat: *Egrediebatur hæc Proceſſio ab Eccleſia Sancti Laurentii in Lucina, ubi recitata ſuper populum Collecta &c. procedebat ex Porta Flaminia ad Eccleſiam S. Valentini; in qua recitabatur alia Collecta &c. deinde proſequebatur ſuum iter uſque ad Pontem Olbi, ſeu Molbi, quem Pamelius eumdem eſſe Pontem exiſtimat, qui olim Milvius dicebatur &c. quò cum pervenerat dicta Proceſſio, dicebatur altera Collecta &c. poſt recitatam ibi Collectam pergebat uſque ad Crucem &c. poſtea ad S. Petrum terminabat, in cujus atrio recitabatur altera Collecta, quæ incipit:* Adesto Domine *&c. Et in Eccleſia Miſſa celebrabatur &c. olim Crucis Oratorium, ſeu Capella reperiebatur prope Eccleſiam D. Petri &c. anno 1611. ſublatum fuit novi Templi ædificandi gratia*. Hæc Meratus. De Eccle-

a *De antiquis Eccleſiæ ritibus Tom. 3. lib. IV. cap. xxvij.*
b *In rubr. Miſſ. Par. IV. tit. 11. §. 8.*

Digitized by Google

ALIA ORATIO.

Deus, qui culpas delinquentibus diſtricte feriendo percutis, fletus quoque lugentium non recuſes: ut qui pondus tuæ animadverſionis cognovimus, etiam pietatis gratiam ſentiamus. Per.

AD PONTEM MOL. ORATIO.

Parce, Domine quæſumus, parce populo tuo, & nullis jam patiaris adverſitatibus fatigari, quos pretioſo ſanguine Filii tui redemiſti. Per.

ITEM AD MISSAM.

ORATIO.

(1) Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut qui in affli-

Eccleſia autem Sancti Valentini ſcribit Martinellus in ſua Roma Sacra, eam fuiſſe Viâ Flaminiâ, ubi requieſcebat ejuſdem S. Valentini corpus, & a Panvinio appellatam fuiſſe Abbatiam juxta Pontem Milvium, & Baſilicam a Bibliothecario. Huic Hadrianus I. & Gregorius IV. dona contulerunt, ejuſque tectum Leo III. renovavit. In noſtro autem Miſſali, quia Monachorum uſibus accommodatus erat, & Monachi intra fines ſui Monaſterii, vel Baſilicæ Lateranenſis limitanea Litanias agebant, omiſſa eſt inſcriptio primæ, & ſecundæ Orationis, quippe quæ Monachis forſan ad illas Eccleſias minime progredientibus nequaquam conveniebant; tertia verò relicta eſt vel caſu, vel veteris moris Romanæ Eccleſiæ memoriæ ſervandæ cauſa: Inſuper in prima Oratione expuncta ſunt verba illa: *intercedente Beato Laurentio Martyre tuo*: quia conſentanea non erant Monachorum inſtituto, qui non ab Eccleſia S. Laurentii in Lucina, ut a Romano Clero fieri conſueverat, ſed ab Oratorio S. Mariæ, quod erat prope Baſilicam Lateranenſem procedebant: ideo eorum loco repoſita fuerunt hæc alia: *intercedente Beata Maria ſemper Virgine*. Orationes vero ad Crucem, & in Atrio ſimili ex cauſa, ut puto, prætermiſſæ ſunt.

(1) Idem Evangelium, & Orationes leguntur in Miſſa, quæ extat in Miſſali Romano pro Litaniis majoribus, & minoribus.

Digitized by Google

afflictione noſtra de tua pietate confidimus, contra adverſa omnia tua ſemper protectione muniamur. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Quis veſtrum &c. ſpiritum bonum petentibus ſe?

SECRETA.

Hæc munera, quæſumus Domine, & vincula noſtræ pravitatis abſolvant, & tuæ nobis miſericordiæ dona concilient. Per.

AD COMPLENDUM.

Vota noſtra, quæſumus Domine, pio favore proſequere: ut dum dona tua in tribulatione percepimus, de conſolatione noſtra in tuo amore creſcamus. Per.

IV. KALENDAS MAJI
(Hoc eſt 28. die menſis Aprilis.)
(1) S. VITALIS MART.

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut intercedente beato Vitale martyre tuo, & à cunctis adverſitatibus liberemur in corpore, & à pravis cogitationibus mundemur in mente. Per.

Evangelium require in Nat. Mart.

SECRETA.

Accepta ſit in conſpectu tuo Domine noſtra devotio, & bea-

---

(1) Orationes, quæ ſequuntur de S. Vitali extant in Sacramentario Pamelii & Menardi: Inſuper in eo habetur Oratio ſuper populum, quæ in Sacramentario Menardi eſt Poſtcommunio.

Digitized by Google

& beati Vitalis martyris tui nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cujus ſolemnitate defertur. Per.

AD COMPLENDUM.

Refecti participatione muneris ſacri, quæſumus Domine Deus noſter: ut beati Vitalis martyris tui, cujus exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per.

(1) VIG. APOST. PHILIPPI, ET JACOBI.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, da, ut ſacra nos Jacobi, & Philippi feſtivitas ventura lætificet; ut quorum ſuffragiis nitimur, natalitiis gloriemur. Per.

SECRETA.

Accepta ſit tibi, Domine, noſtræ devotionis oblatio, & Apoſtolorum tuorum Philippi, & Jacobi puriores faciat nos prævenire feſtivitatem. Per.

(1) P. Cajetanus Meratus [a] agens de Feſtis Sanctorum menſe Majo: *Philippi & Jacobi*, inquit, *ſine Vigilia ex Innoc. III. de obſervat. jejun. cap. 2. Officium Vigiliæ adhuc legitur in Sacrament. Gregoriano pro Miſſa tantùm*. In Sacramentario tamen Gregoriano Pamelii, & Menardi Miſſa de Vigilia non extat. Micrologus autem, qui ſcribebat ſæculo undecimo, agens de Feſtis intra Paſchale tempus: *Hoc tempore*, inquit, *nullius Feſti vigiliam jejunare, vel obſervare jubemur, niſi Aſcenſionis & Pentecoſtes*. Profecto ex hoc etiam loco non obſcure colligitur, noſtrum Miſſale, cum in eo extet Miſſa de Vigilia Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, licet juxta characteris ſpecimen undecimo ſæculo antiquius non ſit; ex vetuſtiori tamen deſcriptum, & præcedentium ſæculorum ritus & inſtituta in eo retenta fuiſſe.

a *Merat. in not. ad Gavant. ad rubr. Breviarii ſect. VII. cap. III.*

Digitized by Google

AD COMPLENDUM.

Beatorum Apoſtolorum Philippi, & Jacobi honore continuo Domine plebs tua ſemper exultet, & his Præſulibus gubernetur, quorum doctrinis gaudet & meritis. Per Dominum noſtrum.

KALENDIS MAJI.

(Hoc eſt I. ejuſdem menſis.)

NATIV. EORUMDEM.

ORATIO.

Deus, qui nos annua Apoſtolorum tuorum Philippi, & Jacobi ſolemnitate lætificas: præſta quæſumus; ut quorum gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per Dominum.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Non turbetur cor veſtrum &c. hoc faciam.

SECRETA.

Munera, Domine, quæ pro Apoſtolorum tuorum Philippi & Jacobi ſolemnitate deferimus, propitius ſuſcipe: & mala omnia, quæ meremur, averte. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus, Domine, ſalutaribus repleti myſteriis: ut [a] *Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Jacobi*, quorum ſolemnia celebramus, eorum orationibus adjuvemur. Per Dominum.

SS.ALE-

a *deſunt in ed.*

Digitized by Google

V. NONAS MAJI

(Hoc eſt die 3. menſis Maji.)

SS. ALEXANDRI, EVENTI, ET THEODOLI.

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut qui ſanctorum *Martyrum* tuorum Alexandri, Eventi, Theoduli, atque Juvenalis natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus eorum interceſſionibus liberemur. Per.

SECRETA.

Super has hoſtias, quæſumus Domine, benedictio copioſa deſcendat: quæ & ſanctificationem nobis clementer operetur, & de ſanctorum nos ſolemnitate lætificet. Per.

AD COMPLENDUM.

Refecti participatione muneris ſacri, quæſumus Domine Deus noſter: [a] *ut Sanctorum Martyrum tuorum Alexandri, Eventi, & Theodoli, quorum exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per.*

(1) EODEM DIE INVENTIO S. CRUCIS.

ORATIO.

Deus, qui in præclara ſalutiferæ Crucis inventione, paſſionis tuæ miracula ſuſcitaſti: concede, ut vitalis ligni pretio æternæ vitæ ſuffragia conſequamur. Per.

a ut cujus exequimur cultum, intercedentibus Sanctis tuis Alexandro, Eventio, Theodulo, & Juvenale, ſentiamus effectum. Per. *in ed.*

(1) Pamelius in Sacramentario Gregoriano ad Miſſam de Inventione Crucis: *Etſi*, ait, *in Codice Colonienſi hoc Officium deſideretur; authenticum tamen eſſe conſtat ex ord. Romano p.* 82. *& Microlog. c.* 55.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Erat homo ex Phariſæis &c. ſed habeat vitam æternam.

SECRETA.

Sacrificium, Domine, quod tibi immolamus, placatus intende: ut ab omni nos eruat bellorum nequitia; & per vexillum ſanctæ Crucis Filii tui, ad conterendas poteſtatis adverſæ inſidias, nos in tuæ protectionis ſecuritate conſtituat. Per.

AD COMPLENDUM.

Repleti alimonia cœleſti, & ſpiritali poculo recreati, quæſumus omnipotens Deus: ut ab hoſte maligno defendas, quos per lignum ſanctæ Crucis Filii tui, [a] *armis* juſtitiæ pro ſalute mundi triumphare juſſiſti. Per.

(1) EODEM DIE S. JUVENALIS.

ORATIO.

Beati Confeſſoris tui Juvenalis, atque Pontificis, quæſumus Domine Deus noſter, cujus ſolemnitatem honore continuo celebramus, & confeſſio nobis proſit & meritum. Per Dominum.

SE-

a arma

(1) Cl. V. Dominicus Georgius in notis ad Martyrologinm Adonis ad diem 3. menſis Maji de Sancto Juvenali ſcribit: *Primus Alo, deinde Uſuardus in Martyrologiis de eo meminiſſe videntur Sollerio in Uſuardum hac die, cum alii antiquiores conticeſcere ſoleant. Meminit tamen hac die Juvenalis Confeſſoris poſt Theodolum Martyrologium Gellonenſe, ac item Auguſtanum, & Labbeanum. Agit de eo hac die Kalendar. Palat. Vatic. 485. At de illius veterrimo cultu inſtar omnium eſt Codex Sacramentorum*

SECRETA.

Hoſtias noſtras, quæſumus Domine, ſanctus Pontifex Juvenalis nomini tuo reddat acceptas, qui eas tibi digne complacuit offerendas. Per.

AD COMPLENDUM.

Refecti pane vitæ ſupplices te rogamus, omnipotens Deus, ut beati Juvenalis Confeſſoris tui, & Epiſcopi interventione à cunctis malis imminentibus eruamur. Per.

II. NONAS MAJI
(Ideſt die 6. menſis Maji.)
S. JOHANNIS ANTE PORTAM LATINAM.

ORATIO.

Deus, qui conſpicis, quia nos undique mala noſtra

---

rum Gelaſianus, in quo pag. 150. hac die ante Miſſam de Inventione Sanctæ Crucis Miſſa in Natali S. Juvenalis habetur. In Orationibus Epiſcopus, & Confeſſor dicitur. In Sacramentariis vetuſtioribus Gregorianis Juvenalis deſideratur. Habetur verò in Miſsali plenario Vatic. 4770. ubi licet hac die in titulo præferat: NATALIS S. ALEXANDRI. *Oratio Miſſæ hæc eſt:* PRÆSTA QUÆSUMUS OMNIPOTENS DEUS, UT QUI SANCTORUM TUORUM ALEXANDRI, EVENTII, ET THEODOLI, ATQUE JUVENALIS NATALITIA COLIMUS &c. *Sacramentarium Palat. Vat. 496. primo loco hac die Miſsam de Inventione Sanctæ Crucis præfigit, deinde habet: Eodem die Alexandri, Eventii, Theodoli, Juvenalis. Ibi etiam Oratio in Miſſa Sancti Juvenalis legitur:* BEATI NOBIS, QUÆSUMUS, JUVENALIS, ET CONFESSIO SEMPER &c. *prout in Gelaſiano.* Porro non leve argumentum hinc ſumere licet, ut certo affirmari poſſit, veteres ritus in noſtro Codice ſervatos fuiſſe, cum in eo aliquæ Miſſæ occurrant, quæ in Sacramentariis Gregorianis deficiunt, & in Gelaſiano omnium antiquiſſimo reperiuntur. Hujuſmodi eſt illa, de qua agitur, cujus Orationes, quæ leguntur in noſtro Codice, præter ultimam, eædem habentur in laudato Sacramentario Gelaſiano.

Digitized by Google

ſtra perturbant: præſta quæſumus; ut beati Joannis Apoſtoli tui [a] interceſſio glorioſa nos protegat. Per.

SECRETA.

Muneribus noſtris, quæſumus Domine, precibuſque ſuſceptis, & cœleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Per.

AD COMPLENDUM.

Refecti, Domine, pane [b] *potuque* cœleſti, *intercedente beato Apoſtolo tuo Joanne*, ad vitam quæſumus nutriamur æternam. Per.

VI. IDUS MAJI

(Ideſt 10. die menſis Maji.)

SS. GORDIANI, EPIMACHI, ET CHRISTINÆ.

ORATIO.

Da, quæſumus omnipotens Deus: ut qui beatorum martyrum tuorum Gordiani & Epimachi ſolemnia colimus, eorum apud te interceſſionibus adjuvemur. Per Dominum.

ALIA ORATIO.

(1) *Interceſſio, quæſumus Domine, ſanctæ Chriſtinæ Martyris tuæ votiva nos foveat: ut ejus ſacra natalitia & tem-*

a & Evangeliſtæ *in ed.* b *deſunt in ed.*

(1) De Sancta Chriſtina meminerunt Martyrologia omnia die 24. Julii. Et in Litaniis Anglicanis Sæculo ſeptimo uſitatis apud Mabillon. Analect. tom.II. pag.672. inter nomina Virginum Sancta Chriſtina recenſetur, ac item ibid. pag. 685. in Litaniis Carolinis, ut in Litaniis apud Menardum in notis ad Sacramentarium Gregorianum. Et ultimo loco inter S.Virgines legitur Chriſtina in Litaniis apud Card.Thomaſium *de antiquis libris*

& temporaliter cum devotione frequentemus, & conſpiciamus æterna. Per.

Require in plurimorum Martyrum Evangelium.

SECRETA.

Hoſtias tibi, Domine, beatorum martyrum tuorum Gordiani & Epimachi dicatas meritis, benignus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium. Per.

ALIA SECRETA.

Deus virtutum cæleſtium te ſuppliciter exoramus: ut ſacrificia pro ſanctæ tuæ Chriſtinæ ſolemnitate delata, & deſiderium nos doceant temporale contemnere, & ambire dona faciant cæleſtium gaudiorum. Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus omnipotens Deus: ut qui cœleſtia alimenta percepimus, intercedentibus ſanctis martyribus tuis Gordiano & Epimacho, per hæc contra omnia adverſa muniamur. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Quæſumus, omnipotens Deus, ut qui cæleſtia alimenta percepimus, intercedente beata Chriſtina Martyre tua, in tua nos ſemper protectione vivamus. Per.

IV.

bris Miſſarum pag. 7. Itaque de antiquiſſimo Chriſtinæ cultu, deque perpetua apud Vulſinienſes erga Chriſtinam, uti Tutelarem, Religione nulla eſt dubitatio; eamque inſuper ſpeciali officio coluiſſe Benedictinos Monachos, ſuadetur ex Edmundi, Marteni verbis, qui agens de antiquis Monachorum ritibus, monet: IX. Cal. Aug. in compendienſibus conſuetudinibus notari Feſtum S. Chriſtinæ Virginis cum tribus Lectionibus, in Dionyſianis cum duodecim.

Digitized by Google

IV. IDUS MAJI.

(Hoc eſt die 12. menſis Maji .)

S. NEREI, ACHILLEI, ET PANCRATII.

ORATIO.

Semper nos, Domine, martyrum tuorum Nerei, Achillei, (1) atque Pancratii foveat, quæſumus, beata ſolemnitas : & tuo dignos reddat obſequio . Per.

SECRETA.

Sanctorum martyrum tuorum, quæſumus Domine, Nerei, Achillei, atque Pancratii tibi ſit grata confeſſio : quæ & munera noſtra commendet, & tuam nobis indulgentiam ſemper imploret . Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus Domine, ut beatorum martyrum tuorum Nerei, Achillei, atque Pancratii deprecationibus ſacramenta ſancta, quæ ſumpſimus, ad tuæ nobis proficiant placationis augmentum . Per.

VIII. KAL. JUNII

(Ideſt die 25. menſis Maji .)

IN FESTO S. URBANI PAPÆ, ET MART.

ORATIO.

(2) *Da quæſumus omnipotens Deus : ut qui beati Urbani*

---

(1) *Domitillæ* nomen additur in Miſſ. ed. Quod deeſt etiam in in Sacramentario Gregoriano Pamelii : in eo tamen præter Orationes de SS. Martyribus Nereo, & Achilleo, leguntur ſeparatim Orationes de ſolo Sancto Pancratio, a poſterioris fortaſſe ætatis Codicibus deſcriptæ; habentur quoque in Sacramentario Menardi.

(2) Eædem Orationes, excepta

Digitized by Google

bani martyris tui, atque Pontificis ſolemnia colimus, ejus apud te interceſſionibus adjuvemur. Per.

SECRETA.

Hæc hoſtia Domine quæſumus, emundet noſtra [a] delicta, & ſacrificium celebrandum ſubditorum tibi corpora, menteſque ſanctificet. Per.

AD COMPLENDUM.

Refecti participatione muneris ſacri, quæſumus Domine Deus noſter: ut, cujus exequimur cultum, [b] ſentiamus effectum. Per.

SS. NICOMEDIS, ET ALIORUM MART.

ORATIO.

(1) *Præſta, quæſumus, omnipotens Deus, ut qui ſanctorum Martyrum tuorum Nicomedis, Juſtini, Creſcentini,*

Dd *Gri-*

a crimina, & ad ſacrificium *in ed.*
b intercedente beato Urbano Martyre tuo, atque Pontifice *in ed.*

---

cepta Oratione ad Complendum, quæ hic extant, de S. Urbano Papa, & Martyre leguntur in Sacramentariis Gregorianis, Menardi, & Pamelii, apud quem tamen cum altera, quæ diſſimilis eſt, Oratione ad COMPLENDUM etiam illa noſtri Codicis exiſtit.

(1) In Sacramentario Gregoriano edito a Menardo in Rubrica ad Miſſam hujus diei legitur: *Kal. Junii dedicatio Baſilicæ Sancti Nicomedis*. Ad quæ notat idem Menardus: *Hæc Miſſa non habetur in editis, extat tamen in omnibus aliis Codicibus noſtris mss., & apud Pamelium, in quo deeſt τὸ Baſilicæ*. Poſtea proſequitur, & obſervat memoriam hujus Dedicationis recoli in omnibus Martyrologiis; & in Martyrologio mss. S. Hieronymi, fieri quidem mentionem Sancti Nicomedis, ſed non dedicationis Eccleſiæ in hunc modum: *Romæ Juvenci, Cyrici, Nicomedis Martyris, Exuperantii, Eracliæ*. Et Dominicus Georgius

Griciniani, Viriani, Orphyti, Exuperantii, Benedicti, atque Fortunati ſolemnia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per.

SECRETA.

Munera, Domine, oblata ſanctifica, & intercedentibus beatis Martyribus tuis Nicomede, Juſtino, Fauſtino, Creſcentino, Griciniano, Orphyto, Exuperantio, Benedicto, atque Fortunato, nos per hæc à peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per.

AD COMPLENDUM.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut quos tuis reficis ſacramentis, interceſſione beatorum Martyrum tuorum Nicomedis, Juſtini, Fauſtini, Creſcentini, Griciniani, Orphyti, Exſuperantii, Benedicti, atque Fortunati, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſervire. Per Dominum.

IV.

gius in notis ad Martyrologium Adonis de Monaſtico Miſſali Vaticano, & de feſto S. Nicomedis talia ſcribit: *Sacramentarium Vat. 4772. Kal. Junii ita habet: Sancti Nicomedis. Eodem die Sancti Veriani cum aliis multis. Prima Oratio eſt de Sancto Nicomede. Secunda hæc eſt:* PRÆSTA QUÆSUMUS OMNIPOTENS DEUS: UT QUI SANCTORUM MARTYRUM TUORUM FAUSTINI, CRESCENTINI, GRICINIANI, VIRIANI, ORFITI, EXUPERANTII, BENEDICTI, ATQUE FORTUNATI SOLEMPNIA COLIMUS, EORUM ETIAM VIRTUTES IMITEMUR. *Hi Martyres, quibus in Actis additur Eutropius, & Fauſtini loco legitur Juſtinus, apud Tiphernates, & Urbinates coluntur. Paſſi dicuntur Diocletiana perſecutione. Eorum Acta vide apud Bollandianos hac die pag. 60.*

Digitized by Google

IV. NONAS JUNII.

(Ideſt die 2. menſis Junii.)

NATALE SS. MARCELLINI, ET PETRI.

ORATIO.

Deus, qui nos annua beatorum martyrum tuorum Marcellini, *&* Petri [a] ſolemnitate lætificas: præſta quæſumus; ut quorum gaudemus meritis, *provocemur* [b] exemplis. Per.

SECRETA.

Hæc hoſtia, quæſumus Domine, quam *in* [c] ſanctorum Martyrum tuorum [d] *natalitiis* recenſentes offerimus, & vincula noſtræ pravitatis abſolvat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per.

AD COMPLENDUM.

Sacro munere ſatiati, ſupplices te Domine deprecamur, ut quod debitæ ſervitutis celebramus officio, ſalvationis tuæ ſentiamus augmentum. Per.

(1) SS. LAURENTINI, ET PERGENTINI.

ORATIO.

Lætetur Eccleſia tua Deus, Sanctorum Martyrum tuorum Laurentini, & Pergentini confiſa ſuffragiis, atque eorum precibus glorioſis, & devota permaneat, & ſecura conſiſtat. Per.

 Se-

a atque Eraſmi *in ed.* b accendamur *in ed.* c *deeſt in ed.*
d Sanctorum Martyrum tuorum natalitia *in ed.*

(1) Pergentinus, & Laurentinus celebres Martyres ſunt Aretii Civitatis in Thuſcia, eorumque mentio habetur 3. nonas Junii in antiquioribus Martyrologiis: At verò in Gregorianis Sa-

Secreta.

(a) *Ad Martyrum tuorum Laurentini, & Pergentini, Domine, feſta venerantes cum muneribus nomini tuo dicatis offerimus, ut illis reverentiam deferentes nobis veniam impetremus. Per.*

Ad Complendum.

Protege Domine plebem tuam, & feſtivitatem Martyrum tuorum Laurentini, & Pergentini, quam nobis tradis aſſidue debitam, tibi ſolvi precibus concede Sanctorum. Per Dominum.

a *Hæc, & alia, quæ ſequitur, Oratio, ita ſe habent in Codice, eas autem mendoſas eſſe, manifeſtum eſt.*

V.

Sacramentariis, & in Gelaſiano Card. Thomaſii nullum de illis Officium exiſtit; extat tamen n. 97. in Sacramentario Vatic. 4772. Sæculi XI., quod Sacramentarium ad uſum fuiſſe, putat clar. Dom. (a) Georgius, Monaſterii Aretini Sanctarum Floræ, & Lucillæ, Miſſa in Natali eorumdem Sanctorum Martyrum, cujus prima Oratio hæc eſt: *Tuorum nos Domine, quæſumus, precibus tuere Sanctorum, ut feſta martyrum tuorum Laurentini, & Pergentini ſine ceſſatione venerantes, & fidei muniamur auxilio, & magnifico proficiamus exemplo. Per &c.* Et in Canone Miſſæ ad *Infra Actionem* eorumdem Martyrum nomina commemorantur, tum etiam in Litaniis. Hinc autem confirmatur, quod ab initio poſueram, & alibi non ſemel admonui, noſtrum Miſſale ad Monachos Benedictinos Romæ apud Baſilicam Lateranenſem vitam agentes pertinuiſſe, cum præter Sanctorum Miſſas, quæ in Sacramentariis Gregorianis, vel Gelaſiano continentur, eas ſolum contineat illorum Sanctorum, quorum memoria apud Monachos Ordinis S. Benedicti recolebatur.

a *Tom. 3. de Liturg. Roman. Pontif. pag. 529., & hac die in notis ad Martyrologium Adonis.*

Digitized by Google

V. IDUS JUNII
(Ideſt 9. die menſis Junii .)
NATALE SS. PRIMI, ET FELICIANI MART.

ORATIO.

Fac nos, quæſumus Domine, ſanctorum [a] tuorum Primi & Feliciani ſemper feſta ſectari: quorum ſuffragiis [b] *adjuti*, protectionis tuæ dona ſentiamus. Per

SECRETA.

Fiat [c], quæſumus Domine, hoſtia ſacranda placabilis, pretioſi celebritate martyrii: quæ & peccata noſtra purificet, & tuorum tibi vota conciliet famulorum. Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus omnipotens Deus: ut ſanctorum martyrum tuorum Primi & Feliciani cœleſtibus myſteriis celebrata ſolemnitas, indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat. Per.

(1) JUNII S. BARNABÆ APOSTOLI.

ORATIO.

Deus, qui nos beati Barnabæ Apoſtoli tui meritis & interceſſione lætificas: concede propitius; ut, qui *ejus*

a martyrum *in ed.* b *deeſt in ed.* c tibi *in ed.*

(1) Tertio Idus Junii (hoc eſt die XI.) meminere Barnabæ Apoſtoli Martyrologium Bedæ, Adonis, aliaque poſteriora. Itaque in notis ad Martyrologium Adonis pag. 269. col. 1. *Quanquam*, inquit idem Dominicus Georgius, *vetuſtiora Sacramentaria, ut Gelaſianum, Gregoriana vetuſtiora Reginæ Svecorum, Pamelii, Menardi, & Angeli Rocchæ Miſſam non habeant in Na-*

Digitized by Google

ejus [a] beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ conſequamur. Per.

SECRETA.

Munera, Domine, oblata ſanctifica: ut, intercedente beato Apoſtolo tuo Barnaba, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſervire. Per.

AD COMPLENDUM.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: ut, quos

a tua per eum

Natali Sancti Barnabæ, ac ſileant Capitularia Evangeliorum vetuſta; Miſſam tamen ejus Natali hac die habet Sacramentarium Pal. Vat. 495. *Sæculi X. exeuntis: ubi prima Oratio eſt: Da quæſumus, omnipotens Deus, ut Beatus Apoſtolus &c. Secreta: Munus populi tui: Ad Communionem: Ut percepta. Alia: Beati Apoſtoli tui N. quæſumus Domine ſupplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia ſempiterna concede. Habetur etiam in Sacramentario Gemmenticenſi Vaticano* 1272., & 4772. *Sæculi XI. In Vaticano* 1272. *continentur etiam Lectiones inter Divina Officia de eo recitandæ.* Multa afferuntur a Papebrochio, ut ſuadeat, recenti potius, quàm veteri cultu in Divinis Officiis Sanctum Barnabam ab Eccleſia Latina celebratum eſſe. Verum Sæculo nono receptum ejus cultum fuiſſe, probant monumenta, quæ ſuperius laudata ſunt. Et quidem inter Latinos præcipue Monachos Benedictinos ſolemni, ac religioſo cultu S. Apoſtolum proſecutos eſſe præter Miſſale Vatic. 4772., quod ad Monachos pertinuiſſe ſæpius dictum eſt, aperte oſtendunt, quæ habentur in antiquo Corbejenſi Calendario, quem Sæculo IX. ſcriptum eſſe teſtatur Martene (a), qui de feſto Sancti Barnabæ talia tradidit: *In veteri Corbejæ Calendario legitur: Tertio Idus Junii:* DEPOSITIO BARNABÆ APOSTOLI, *cujus Officium ubique cum XII. Lectionibus legitur, ſed ſine ſolemnitate; in ſolis Sancti Germani conſuetudinibus inſcribitur:* IN ALBIS DE TRIBUS CEREIS.

a *Marten. Tom. IV. de Antiqu. Monach. ritib. cap. 6. num. 7. lib. IV.*

quos tuis reficis ſacramentis, intercedente beato Barnaba Apoſtolo tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſervire. Per.

PRIDIE IDUS JUNII

(Ideſt 12. die menſis Junii.)

NATALE SS. BASILIDIS, CYRINI, NABORIS, & Nazarii Martyrum.

ORATIO.

Sanctorum martyrum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarii, quæſumus Domine, natalitia nobis votiva reſplendeant: & quod illis contulit excellentia ſempiterna, fructibus noſtræ devotionis accreſcat. Per Dominum.

SECRETA.

Pro ſanctorum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarii, ſanguine venerando, hoſtias tibi Domine ſolemniter immolamus, tua mirabilia pertractantes, per quem talis eſt perfecta victoria. Per.

AD COMPLENDUM.

Semper, Domine, ſanctorum martyrum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarii ſolemnia [a] *celebramus*; ut eorum patrocinia jugiter ſentiamus. Per.

(1) JULII S. VITI.

ORATIO.

Da Eccleſiæ tuæ, Domine quæſumus, ſancto Vito interter-

a. celebrantes; præſta quæſumus

(1) Julii XVII. Cal. Ideſt die XV. Junii in Miſſali edito extat Miſſa SS. Viti, Modeſti, atque Creſcentiæ Martyrum. in

tercedente ſuperbè non ſapere, ſed tibi placita humilitate proficere: ut proterva deſpiciens, quæcumque matura ſunt, libera exerceat caritate. Per.

SECRETA.

Sicut gloriam Divinæ potentiæ munera pro Sanctis oblata teſtantur; ſic nobis Domine effectum tuæ ſalvationis impendant. Per.

AD COMPLENDUM.

Refecti Domine benedictione ſolemni quæſumus: ut per interceſſionem ſancti Viti medicina ſacramenti, & corporibus noſtris proſit, & mentibus. Per.

XIV. KALENDAS JULII
(Ideſt die 18. menſis Junii)
SS. MARCI, ET MARCELLIANI MART.

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut, qui ſancto-

In noſtro autem Miſſali ſolius Sancti Viti memoria recolitur; ita etiam in Sacramentario Gelaſiano cum iiſdem Orationibus, quæ in noſtro leguntur. Hæc autem Miſſa fere in omnibus Sacramentariis Gregorianis deeſt. Cur verò in noſtro ſit, & quare ſolius Viti, & non etiam Modeſti, & Creſcentiæ commemoratio agatur, id in cauſa fuiſſe exiſtimo, quia Romæ erat Eccleſia, quæ etiam adhuc exiſtit in honorem Sancti Viti vetuſtiſſimis temporibus erecta, atque ibi celebre Monaſterium, de quo Anaſtaſius in Stephano IV. Inſuper monet Papebrochius in Commentario prævio ad hunc diem 15. Junii, in Lucania vetuſtiſſimam fuiſſe Ordinis S. Benedicti Abbatiam, quæ Sancti Viti dicebatur, ubi Sancti Viti Reliquiæ aſſervabantur. Orationes autem, quæ in Miſſali edito leguntur, eædem ſunt, ſi pauca excipias, ac illæ, quæ extant in noſtro Miſſali, & Gelaſiano; ſed adduntur nomina Modeſti, & Creſcentiæ, qui Socii in paſſione fuerunt.

Digitized by Google

ctorum martyrum tuorum Marci, & Marcelliani natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus, eorum interceſſionibus liberemur. Per.

SECRETA.

Munera tibi, Domine, dicata ſanctifica: & intercedentibus ſanctis martyribus tuis Marco & Marcelliano: per eadem nos placatus intende. Per.

AD COMPLENDUM.

Salutaris tui, Domine, munere ſatiati, ſupplices (a) *te rogamus: ut quorum lætamur guſtu*, intercedentibus ſanctis martyribus tuis Marco, & Marcelliano, renovemur effectu. Per.

XIII. KALENDAS JULII

(Hoc eſt 19. die menſis Junii.)

SS. GERVASII ET PROTASII MART.

ORATIO.

Deus, qui nos annua ſanctorum martyrum tuorum Gervaſii & Protaſii ſolemnitate lætificas: concede propitius; ut, quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per.

SECRETA.

Oblatis, quæſumus Domine, placare muneribus; & intercedentibus ſanctis martyribus tuis, à cunctis nos defende periculis. Per.

AD COMPLENDUM.

Hæc nos communio, Domine, purget à crimine: & intercedentibus ſanctis martyribus tuis Gervaſio & Pro-

a, exoramus: ut cujus lætamur guſtu, *in ed.*

Digitized by Google

Protaſio, cœleſtis remedii faciat eſſe conſortes. Per.

XI. KALENDAS JULII

(Hoc eſt die 21. Menſis Junii.)

(1) VIGILIA SANCTORUM MULTORUM.

ORATIO.

Adeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris, quas in Sanctorum Martyrum tuorum Albini, Paulini, & Niceti Epiſcopi cum nongentis octoginta novem commemoratione deferimus: ut qui noſtræ juſtitiæ fiduciam non habemus, eorum, qui tibi placuerunt, meritis adjuvemur. Per.

SE-

(1) De Albino, ſeu Albano, ejuſque paſſionis Sociis, qui Verolamii in Anglia paſſi ſunt, omnia ferè Martyrologia meminerunt. De illius martyrio cum Sociis, & de paſſionis actis, deque illius differentia ab Albino, ſeu Albano, alio in Germania martyre, pluribus agunt hac die Patres Bollandiani *pag.* 146., *&* *ſequen.*, & Tillemontius *tom.* 4. *p.* 508., *& ſeqq.* In Sacramentario ſeu Miſſali Vatic. 4772. Sæculi XI. aut XII., quod ad Monacos pertinuiſſe paulo ante monitum eſt, Miſſa habetur hac die in Natali Sancti Albini martyris cum aliis multis; prima autem Oratio hæc eſt: *Adeſto Deus ſupplicationibus noſtris & c.* quæ eadem eſt ac illa, quæ in noſtro Codice legitur in Vigilia horum Sanctorum Martyrum: Inſuper in eodem Sacramentario pridie hujus diei habetur alia Miſſa in Natali S. Albani. At verò in noſtro Codice habentur ſolum duo Miſſæ, una in Vigilia, & altera in die Feſto. In antiquiſſimo Miſſali, ſeu Sacramentario Vallicellano, quod conflatum eſt ex Gelaſiano, & Gregoriano, cujus meminit Cardinalis Thomaſius in Præfatione ad Codicem Sacramentorum, & quem mihi videndum in Bibliotheca Vallicellana benignè exhibuit eruditiſſimus vir P. Joſeph Blanchinus veteri mihi amicitia junctus, de Feſto Sancti Albini, ejuſque paſſionis Sociis hæc leguntur: *Pag.* 76. *verſa*.

MEN-

Digitized by Google

SECRETA.

Concede, quæſumus omnipotens Deus, ut his muneribus, quæ pro Sanctorum Martyrum tuorum Albini, Paulini, & Niceti Epiſcopi cum nongentis octoginta novem honorem deferimus, & te placeamus exhibitis, & nos vivificemur acceptis. Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus omnipotens Deus: ut ſacramenta ſancta, quæ ſumpſimus, Beatorum Martyrum tuorum Albini, Paulini, & Niceti Epiſcopi cum nongentis octoginta novem de-

---

* MENSE JUNIO DIE XXII.

NATALE SS. MARTYRUM MILLE CCCCLXXX.

Quorum Vigilia cum ſilentio & jejunio eſt celebranda, & conceſſum eſt pro illo uno die annum dimittere in pænitentia.

EODEM DIE S. JACOBI APOSTOLI ALPHÆI.

ORATIO.

Propitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris, & Sanctorum tuorum Martyrum, qui paſſi ſunt propter nomen tuum, illorum ſuffragandis meritis preces noſtras dignanter exaudi; ut dimittas noſtra peccata, & tecum nos mereamur vivere in æternum. Per.

ALIA ORATIO (a).

Eſto, Domine, plebi tuæ &c.

SECRETA.

Suſcipe, Domine, propitius orationes noſtras cum oblationibus hoſtiarum, & Martyrum tuorum, quorum natalicia glorioſa celebramus, deprecationem pietatis tuæ perfice benignitus acceptus, & illam, quæ in eis flagravit fortis dilectio, in nobis reſpira benignus. Per.

ALIA

* Ex Codice Vallicellano ſignato olim lit. B. VIII. nunc lit. E. num. 15.

a De S. Jacobo Apoſtolo.

Digitized by Google

precationibus ad tuæ nobis proficiant placationis augmentum. Per.

X. KALENDAS JULII

(Hoc eſt 22. die menſis Junii .)

IN DIE AD MISSAM.

ORATIO.

Propitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris: ut Sanctorum Martyrum tuorum Albini, Paulini, & Niceti Epiſcopi cum nongentis octoginta novem, qui paſſi ſunt propter nomen tuum, illorum ſuffragantibus meritis, preces noſtras dignanter exaudi: ut dimittantur nobis peccata noſtra, & tecum vivere in æternum mereamur. Per.

SECRETA.

Suſcipe, Domine, propitius orationes noſtras cum oblationibus hoſtiarum, & Martyrum tuorum Albini, Paulini, & Niceti Epiſcopi cum nongentis octoginta novem, quorum natalitia glorioſa celebramus, deprecatione pietatis tuæ perfice benignus affectum, & illam, quæ in eo flagravit fortis dilectio, in nobis reſpira benignus. Per.

AD

(a) ALIA.

Oblationes populi tui &c.

AD COMPLENDUM.

Sanctorum tuorum, Domine, feſta celebrantibus nobis, opem miſericordiæ tribue, ut, qui coronam Martyrum non meremur, ſaltim a venia non repellamur. Per.

(b) ALIA.

Beati Apoſtoli tui Jacobi &c.

a De S. Jacobo Apoſtolo. b De S. Jacobo Apoſtolo.

Digitized by Google

Ad Complendum.

Sanctorum tuorum, Domine, Albini, Paulini, & Niceti Epiſcopi cum nongentis octoginta novem, quorum feſta celebramus, ope miſericordiæ tuæ nobis tribue, & qui coronam martyrii tui non meremur, à venia ſaltem non repellamur. Per.

IX. KALENDAS JULII

(Hoc eſt 23. die menſis Junii.)

(1) VIGILIA S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut familia tua per viam ſalutis incedat: & beati Joannis Præcurſoris hortamenta ſectando, ad eum, quem prædixit, ſecura perveniat, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat.

Se-

(1) Feſtus dies S. Joannis Baptiſtæ ab antiquis uſque temporibus ſpeciali cultu celebrari conſuevit, in quo tres celebrabantur Miſſæ, quarum una in vigilia ejuſdem Sancti peragebatur; altera verò in Aurora, ſeu primo mane; tertia verò ad Tertiam, ſeu in die. De his meminerunt Amalarius lib. 3. cap. 38. & lib. IV. cap. 40., vulgatus Alcuinus, Ordo Romanus, & alii Scriptores non pauci; extant etiam in omnibus Sacramentariis Gregorianis. Et quidem harum trium Miſſarum inſtitutionem S. Gregorio tribuit Helgaldus Monachus Floriacenſis in vita Roberti Francorum Regis. Profecto in antiquis Gallicanis Liturgiis a Thomaſio, & Mabillonio vulgatis unica tantùm Miſſa habetur, & in Sacramentario Gelaſiano, & in Calendario Frontonis, atque etiam in Othoboniano una tantùm Miſſa pro die feſto legitur, altera verò pro vigilia, ut jam obſervavit Edmundus (a) Martene, qui de celebri Beati Præcurſoris feſti-

a *De antiqu. Eccl. Rit. lib. iv. cap. 32. §. 23. tom. 3.*

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore; Fuit in diebus Herodis regis Judææ &c. parare Domino plebem perfectam.

SECRETA.

Munera, Domine, populi tui propitiatus intende, & beati Joannis Baptiſtæ, cujus nos tribuis præire ſolempnia, fac gaudere ſuffragiis. Per.

AD

feſtivitate, ac ritu plurium Miſſarum, quo colebatur, differit tum loco laudato, tum etiam *lib.* 1. *cap.* 3. *art.* 3. §. 14. *de antiqu. Monach. ritibus*. Similiter clar. vir Dominicus Georgius *in notis ad Adonem ad diem* 23. *Junii*, *& ad diem* 24. *ejuſd. menſis*, ubi agit *de Vigilia*, *& die Natali ejuſdem Sancti*. Item Menardus *in notis ad Sacram. Gregorianum*, ac alii plures, qui a ſtudioſo lectore rerum antiquarum, & Eccleſiaſticorum rituum, conſuli poterunt. In Archivo Lateranenſis Eccleſiæ prope noſtrum Codicem nonnulla diſſuta folia reperi, magna ex parte corroſa, & corrupta, quæ videntur ad alteram partem, Miſſali noſtro, ut in Præfatione dixi, poſtea additam, pertinere, cum characteris forma, & antiquitas fere eadem ſit. In his autem inter cætera leguntur Introitus, Gradualia, Epiſtolæ, aliaque, quæ ad Miſſas S. Joannis pertinent; ea igitur hoc loco adſcribam, ut Lector tres Miſſas in honorem S. Joannis Baptiſtæ antiquitus dici ſolitas, integras habeat.

IN VIGILIA S. JOANNIS BAPTISTÆ.

INTROITUS.

Ne timeas Zacharia, exaudita eſt oratio tua, & Eliſabet uxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem; & erit magnus coram Domino, & Spiritu ſancto replebitur, adhuc ex utero Matris ſuæ, & multi in Nativitate ejus gaudebunt.

℣. In nativitate tua lætabitur Rex, & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

LE-

Ad Complendum.

Beati nos, Domine, Joannis Baptiſtæ oratio & intelligere Chriſti tui myſterium poſtulet, & mereri. Per.

Ad Vesperas.

Beati Joannis Baptiſtæ nos, Domine, præclara comitetur oratio, & quem venturum eſſe prædixit, poſcat nobis favere placatum Dominum noſtrum.

MISSA MANE PRIMO.

Oratio.

Concede, quæſumus, omnipotens Deus: ut qui beati Joannis Baptiſtæ ſolemnia colimus, ejus apud te interceſſionibus adjuvemur. Per.

Se-

Lectio Hieremiæ Prophetæ.

In diebus illis factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Priuſquam te formarem &c. ædifices, & plantes, ait Dominus omnipotens.

Graduale.

Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen Joannes erat; hic venit.

℣. Ut teſtimonium perhiberet de lumine, & pararet Domino plebem perfectam.

Offertorium.

Gloria, & honore. cxi.

Communio.

Magna eſt. ibi.

AD MISSAM MATUTINALEM.

Introitus.

Juſtus ut palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur; plantatus in domo Domini; in atriis domus Dei noſtri.

Psalm.

Digitized by Google

Secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Zacharias &c. inter homines.

Secreta.

Munera, Domine, oblata ſanctifica; & intercedente beato Joanne Baptiſta, nos per hæc à peccatorum maculis emunda. Per.

Ad Complendum.

Præſta quæſumus, omnipotens Deus, ut qui cæleſtia alimenta percepimus, intercedente beato Joanne Baptiſta, per hæc contra omnia adverſa muniamur. Per.

MISSA HORA TERTIA.

Oratio.

Deus, qui præſentem diem honorabilem nobis in beati Joannis nativitate feciſti: da populis tuis ſpiritualium

---

Psalm.

Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime.

Lectio Isaiæ Prophetæ.

Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ſervus meus &c. expectabunt.

Graduale.

Juſtus ut palma. cxi. alleluja.

℣. Juſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum.

Offertorium.

In nativitate. cxii.

Communio.

Poſuiſti Domine. cxiii.

Ad

Digitized by Google

lium gratiam gaudiorum; & omnium fidelium mentes dirige in viam ſalutis æternæ. Per.

SECUNDUM LUCAM.

Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi &c. & fecit redemptionem plebis ſuæ.

SECRETA.

Tua, Domine, muneribus altaria cumulamus: illius nativitatem honore debito celebrantes, qui Salvatorem mundi & cecinit adfuturum, & adeſſe monſtravit,

---

AD MISSAM MAJOREM.

INTROITUS.

De ventre matris meæ vocavit me Dominus nomine meo, & poſuit os meum, ut gladium acutum, ſub tegumento manus ſuæ protexit me, & poſuit me quaſi ſagittam electam.

PSALM.

Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime.

LECTIO ISAIÆ PROPHETÆ.

Hæc dicit Dominus: Audite inſulæ &c. qui elegit te.

GRADUALE.

Priuſquam te formarem in utero, novi te; priuſquam exires de ventre, ſanctificavi te.

℣. Miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum, & dixit mihi, alleluja.

℣. Tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis, præibis ante Dominum parare vias ejus, alleluja.

℣. Ne timeas Zacharia, ne timeas, quia exaudita eſt oratio tua.

℣. Et naſcetur tibi filius, & vocabitur nomen ejus Joannes.

OF-

Digitized by Google

vit, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum &c.

AD COMPLENDUM.

Sumat Eccleſia tua, Deus, beati Joannis Baptiſtæ generatione lætitiam: per quem ſuæ regenerationis cognovit auctorem, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: Qui tecum vivit.

VI. KALENDAS JULII
(Ideſt 26. die menſis Junii.)

S. JOANNIS, ET PAULI.

ORATIO.

Quæſumus omnipotens Deus: ut nos geminata lætitia hodiernæ feſtivitatis excipiat, quæ de beatorum Joannis & Pauli glorificatione procedit: quos eadem fides, & paſſio verè fecit eſſe germanos. Per.

SECRETA.

Hoſtias tibi, Domine, ſanctorum martyrum tuorum Joannis & Pauli dicatas meritis, benignus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumpſimus, Domine, ſanctorum martyrum tuorum Joannis & Pauli ſolemnia celebrantes, ſacramenta cœleſtia: præſta quæſumus, ut, quod temporaliter gerimus,

---

OFFERTORIUM.

Juſtus ut palma. CXII.

COMMUNIO.

Tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis; præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Digitized by Google

rimus, æternis gaudiis conſequamur. Per Dominum.

IV. KALENDAS JULII.

(Ideſt 28. die menſis Junii.)

(1) VIG. APOST. PETRI, ET PAULI.

ORATIO.

Deus, qui nobis Beatorum Apoſtolorum tuorum Petri & Pauli natalitia glorioſa præire concedis: tribue quæſumus eorum nos ſemper & beneficiis præveniri, & orationibus adjuvari. Per.

(1) Duas Miſſas, unam de S. Leone, quem alii primum, alii ſecundum hoc nomine eſſe volunt, alteram de vigilia habent hac die antiqua Sacramentaria Pamelii, & Menardi: apud quem ita legitur ad Miſſam de Vigilia. *Eodem die Vigilia S. Petri & Pauli. Quando Apoſtolicus duas Miſſas celebrat una die, inter eas non lavat os, niſi poſt Officium: Sed abſque intervallo finita priore, incipitur altera.* Quibus talia ſubjicit idem Menardus: *Hæc verba deſiderantur in excuſis, & in aliis Codicibus noſtris mss. Hæc autem verba huic diei conveniunt, in quo eſt duplex Miſſa tum S. Leonis, tum Vigiliæ Apoſtolorum; & Pontifex aliquando duas Miſſas, aliquando unam pro ſua devotione faciebat. Olim enim uni Sacerdoti plures Miſſas canere licebat. Sic Papa olim, ut infra videbitur, in ſolemnitate Apoſtolorum Petri & Pauli duas Miſſas faciebat, alteram apud Sanctum Petrum, alteram apud S. Paulum.* At verò, quia noſtrum Miſſale pro uſu Monachorum, ut ab initio dixi, ſcriptum fuerat, qui unam Miſſam peragere ſolebant, ideo, ut puto, Miſſam tantum de vigilia Apoſtolorum ponitur cum commemoratione S. Leonis Pontificis. Secreta autem, quæ incipit: *Annue nobis &c.* non reperitur in Sacramentario Pamelii, ſed ſolum in illo Menardi, & Muratorii. De verbis autem illis: *Ut animæ famuli tui Leonis hæc proſit oblatio*: legi poſſunt, quæ Innocentius III. ſcribit *in cap. Cum Marthæ §. tertio loco de celebrat. Miſſ.* tum etiam, quæ S. Thomas, S. Bonaventura, Eſtius in 4. Diſt. 45., Bellarminus de Purgat. lib. 2. c. 18., Suarez lib. 1. de Orat. c. 15. aliique, & Renaudotius, & P. le Brun de Orationibus in Liturgiis Orientalium.

Digitized by Google

EODEM DIE S. LEONIS PAPÆ.

ORATIO.

Deus, qui beatum Leonem Pontificem, ſanctorum tuorum meritis coæquaſti: concede propitius; ut, qui commemorationis ejus feſta percolimus, vitæ quoque imitemur exempla. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus Petro: Simon &c. ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum.

SECRETA.

Munera, Domine, tuæ glorificationis offerimus, quæ ut tibi pro noſtris ſint grata jejuniis, Sanctorum Apoſtolorum tuorum Petri, & Pauli, quæſumus, deprecatio, quorum ſolemnia prævenimus, efficiat. Per.

ALIA SECRETA.

Annue nobis, Domine, ut animæ famuli tui Leonis hæc proſit oblatio, quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per.

AD COMPLENDUM.

Quos cæleſti, Domine, alimento ſatiaſti, Sanctorum Apoſtolorum tuorum Petri, & Pauli interceſſionibus ab omni adverſitate cuſtodi. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Deus, qui animæ famuli tui Leonis, æternæ beatitudinis præmia contuliſti: concede propitius; ut, qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, ejus apud te precibus ſublevemur. Per.

AD

a Simoni Petro *in ed.*

Digitized by Google

AD VESPERAS.

Deus, qui Eccleſiam tuam Apoſtoli tui Petri fide, & nomine conſecraſti, quibus Beatum illi Paulum ad prædicandam gentibus gloriam tuam ſociare dignatus es; concede, ut omnes, qui ad Apoſtolorum tuorum ſolemnia convenerunt, ſpiritali remuneratione ditentur. Per.

III. KAL. JULII

(Ideſt die 29. menſis Junii.)

NATIVITAS EORUMDEM.

ORATIO.

Deus, qui hodiernam diem Apoſtolorum tuorum Petri, & Pauli martyrio conſecraſti: da Eccleſiæ tuæ, eorum in omnibus ſequi præceptum, per quos religionis ſumpſit exordium. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Venit Jeſus in partes Cæſareæ &c. ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.

SECRETA.

Hoſtias, Domine, quas nomini tuo ſacrandas offerimus, [a] *Sanctorum Apoſtolorum tuorum Petri & Pauli* proſequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, & defendi. Per.

AD COMPLENDUM.

Quos cœleſti, Domine, alimento ſatiaſti: [b] *Beatorum Apoſtolorum tuorum Petri, & Pauli* interceſſionibus ab omni [c] *propitius* adverſitate cuſtodi. Per.

AD

a *Apoſtolica in ed.* b *Apoſtolicis in ed.* c *deeſt in ed.*

Digitized by Google

Ad Vesperas.

Familiam tuam, Domine, propitius intuere, & Apoſtolicis defende præſidiis: ut eorum precibus gubernetur, quibus nititur, te conſtituente, principibus. Per.

II. KALENDAS JULII

(Ideſt 30. die menſis Junii.)

NATALE, SEU COMMEMORATIO S. PAULI APOSTOLI.

Oratio.

Deus, qui multitudinem Gentium [a] *in* beati Pauli Apoſtoli [b] *tui* prædicatione docuiſti: da nobis, quæſumus; ut cujus natalitia colimus, ejus apud te patrocinia ſentiamus. Per.

Secreta.

(1) *Eccleſiæ tuæ, Domine, quæſumus preces, & hoſtias Beati Apoſtoli tui Pauli commendet oratio: ut quod pro illius gloria celebramus, nobis proſit ad veniam. Per Dominum.*

Ad Complendum.

Perceptis, Domine, ſacramentis, beato Paulo Apoſtolo tuo interveniente, deprecamur: ut, quæ pro illius [c] *proſequimur honore*, nobis proficiant ad medelam. Per.

V. NO-

a *deeſt in ed.* b *deeſt in ed.*
c celebrata ſunt gloria *in ed.*

(1) Hæc Oratio in Miſſali edito legitur pro commemoratione Sancti Petri; Secreta autem pro Apoſtolo Paulo eſt diverſa.

VI. NONAS JULII.

(Ideſt 2. die menſis Julii .)

NATALE SS. PROCESSI, ET MARTINIANI.

ORATIO.

(1) Deus, qui nos ſanctorum martyrum tuorum Proceſſi, & Martiniani glorioſis confeſſionibus circumdas, & protegis: da nobis & eorum imitatione proficere, & interceſſione gaudere. Per.

SECRETA.

Suſcipe, Domine, preces & munera: quæ ut tuo ſint digna conſpectu, ſanctorum tuorum precibus adjuvemur. Per.

AD COMPLENDUM.

Corporis ſacri, & pretioſi ſanguinis repleti libamine, quæſumus Domine Deus noſter: ut quod pia devotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per.

II. NONAS JULII

(Ideſt 6. die menſis Julii .)

OCTAVA APOSTOLORUM PETRI, ET PAULI.

ORATIO.

Deus, cujus dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit: & Coapoſtolum ejus Paulum tertiò naufragantem de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede; ut amborum me-

---

(1) In Miſſali Romano impreſſo die 2. Julii habetur Miſſa de viſitatione Beatæ Mariæ Virginis; pro commemoratione autem SS. Proceſſi, & Martiniani leguntur Orationes, quæ extant etiam in noſtro Codice.

meritis, æternitatis gloriam conſequamur. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Compulit Jeſus diſcipulos aſcendere in naviculam &c. Verè Filius Dei es.

SECRETA.

Offerimus tibi, Domine, preces & munera: quæ ut tuo ſint digna conſpectu, *Sanctorum* [a] Apoſtolorum tuorum Petri, & Pauli precibus adjuvemur. Per.

AD COMPLENDUM.

(1) *Pignus æternæ vitæ capientes humiliter imploramus, ut Beatorum Apoſtolorum tuorum Petri, & Pauli ſulti patrociniis, quæ in imagine contingimus ſacramenti, manifeſta perceptione ſumamus. Per.*

VI. IDUS JULII

(Ideſt 10. die menſis Julii.)

SEPTEM FRATRES MARTYRES.

ORATIO.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus, ut qui glorioſos martyres (2) *Felicem, Philippum, Vitalem, Mar-*

a *deeſt in ed.*

(1) Hæc Oratio non extat neque in Miſſali impreſſo, neque in Sacramentario Pamelii, & Menardi.

(2) Nomina Sanctorum Martyrum deſunt in Miſſali impreſſo, & in Sacramentario Menardi, habentur in illo Pamelii, ſed in prima Oratione tantùm. In Miſſali autem Romano ideo omiſſa puto, quia eodem die cum Septem Fratribus recolitur memoria SS. Rufinæ, & Secundæ, de quibus in noſtro Codice nulla mentio, ut igitur Orationes omnibus, quorum memoria agitur, convenirent, Septem Fratrum nomina ſublata ſunt.

Digitized by Google

Martialem, *Alexandrum*, *Syllanum*, *& Januarium* fortes in ſua confeſſione cognovimus. Per.

SECRETA.

Sacrificiis præſentibus, quæſumus Domine, intende placatus, & intercedentibus Sanctis tuis *Felice*, *Philippo*, *Vitale*, *Martiale*, *Alexandro*, *Syllano*, *& Januario*, devotioni noſtræ proficiant, & ſaluti. Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus, omnipotens Deus: ut (1) *Beatorum martyrum tuorum Felicis*, *Philippi*, *Vitalis*, *Martialis*, *Alexandri*, *Syllani*, *& Januarii ſalutarem capiamus effectum*, *quorum* per hæc myſteria pignus accepimus. Per.

III. IDUS JULII

(Hoc eſt die 13. menſis Julii.)

(2) SS. NABORIS, ET FELICIS.

ORATIO.

Benedic, *Domine*, *plebem tuam*, *& beatiſſimorum mar-*

(1) *Ut intercedentibus Sanctis tuis, illius ſalutaris capiamus effectum*, *cujus per hæc &c.* ita in Miſſali edito, & in Sacramentariis Pamelii, & Menardi, omiſſis tamen verbis illis: *intercedentibus Sanctis tuis*.

(2) De die Natali Sanctorum Martyrum Mediolanenſium Naboris, & Felicis agit Martyrologium Romanum pridie hujus diei, nempe die duodecima, qua die in Miſſali Romano edito Miſſa eſt de S. Joanne Gualberto cum commemoratione SS. Naboris, & Felicis, Orationes, quæ ibi leguntur, noſtris omnino diſſimiles ſunt. Nonnulla autem Martyrologia commemorationem horum Sanctorum habent 3. Idus Julii, hoc eſt die 13. ſicut in noſtro Codice, ita Martyrologium Reginæ Svecorum, Gellonenſe, Auguſtanum, & Labbeanum. Cum his Martyribus Mediolanenſibus, ſeu Lau-

dem

martyrum tuorum Naboris, & Felicis deprecationibus confidentes tribue conſequi, quod ſperare donaſti. Per.

SECRETA.

Adeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris, & interceſſione beatorum martyrum tuorum Naboris, & Felicis hoſtiam hanc, quam confidentes tuæ Majeſtati offerimus, ad noſtrum tribue quæſumus provenire ſubſidium. Per.

AD COMPLENDUM.

Protege, quæſumus Domine, plebem tuam, & feſtivitatem martyrum tuorum Naboris, & Felicis, quam nobis tradis aſſidue, debitam tibi ſolvi precibus concede ſanctorum. Per.

(1) IDIBUS JULII
(Ideſt die 15. menſis Julii.)
SS. QUIRICI, ET JULITTÆ.

ORATIO.

Deus, apud quem beati martyris Quirici continuata feſti-

denſibus confuſos a pluribus fuiſſe, monent Bollandiani Socii ad diem x. Julii pag. 31., Martyres Afros Naborem & Felicem, quos tamen a Mediolanenſibus diſtinguit Eminentiſſimus Baronius, & Henſchenius *ad diem 7. Maji pag. 238. num. 7. & pag. 290.* Plura autem de Mediolanenſium Martyrum cultu, eorumque diſcrimine ab Afris diſſerunt iidem PP. Bollandiani *ad diem 2. Julii pag. 280. & ſeqq.*

(1) Non menſe Julii, ſed die 16. præcedentis menſis Junii in Martyrologio Romano, in illo Adonis, aliiſque pluribus notatur dies Natalis Sanctorum Martyrum Cyrici, ſeu Quirici, & Julittæ. In Miſſali tamen plenario Vaticano 4770., quod perinde ac noſtrum Monachorum fuit, die xv. Julii Miſſa habetur in Natali S. Quirici, & Julittæ. Prima Oratio eſt, *Beatorum Martyrum, Domine, Quirici, & Julittæ*

Digitized by Google

feſtivitas, & æterna celebritas, & cæleſtis triumphi perpetuus eſt natalis, nos tamen beatæ confeſſionis initia recolentes frequenti tribue devotione venerari, & celebrior honor impenſus ſacratiſſimè nobis proſit ad gratiam. Per.

SECRETA.

Quæ in hoc Altari propoſita Domine oculis tuæ Majeſtatis offerimus munera, beati Quirici martyris ſupplicationibus quæſumus propitiatus aſſume. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumpta ſacrificia tua, Domine, beato Quirico martyre tuo deprecante, remedium nobis cæleſte concilient. Per.

(1) S. APOLLINARIS MART.

ORATIO.

Majeſtatis tuæ clementiam ſuppliciter deprecamur; omni-

---

littæ &c. Eſt ibi etiam Præfatio propria. In antiquo etiam Lectionario Lateranenſi, quo uſus eſt Ven. mem. Card. Thomaſius, menſe Julio adſcribitur in Feſto Sanctorum Martyrum Quirici, & Julittæ Lectio ex libro Sapientiæ: *Juſti autem in perpetuum vivent &c.* Inſcriptio verò Miſſæ in noſtro Codice eſt de S. Quirico, & Julitta: at verò Orationes neſcio qua de cauſa ſolius Quirici meminerunt.

(1) X. Cal. Auguſti, hoc eſt, die 23. menſis Julii, etiam in Miſſali edito habetur Miſſa de S. Apollinari, diverſæ tamen ſunt Orationes ab iis, quæ in noſtro Codice leguntur. Memoria Sancti Martyris Apollinaris in omnibus Martyrologiis eodem die recolitur. Præſtat autem hìc adſcribere, quæ ad Martyrologium Adonis notat clar. vir Dominicus Georgius, poſteaquam de Martyrologiis verba fecit, exorſum ſermonem ita proſequitur: *At ejus cultus illuſtrior hac die in libris Liturgicis: Silet quidem Codex Sacramentorum Gelaſianus, & Sacramentaria Gregoriana vetuſtiora item ſilent; ſed in veterrimis Evangeliorum Capitularibus, de quibus nos*

Digitized by Google

omnipotens, & miſericors Deus, ut ſicut unigeniti Filii tui agnitionem per beatiſſimi ſacerdotis, & martyris tui prædicationem cordibus populorum infudiſti, ita ipſius opitulantibus meritis, fidei ſtabilitate firmentur. Per.

SECRETA.

Huic noſtri famulatus ſacrificio, clementiſſime Deus, quod in commemoratione celeberrimi Paſtoris, & martyris tui Apollinaris tripudianter offerimus, tuæ quæſumus dignare præſentiam intereſſe Majeſtatis: ut ipſius meritis & tibi ſit acceptabile, & nobis proſit ad veniam. Per.

AD COMPLENDUM.

Repleti, Domine, benedictione cœleſti ſuppliciter imploramus: ut quæ fragili celebramus officio, beati Sacerdotis, & martyris tui Apollinaris interceſſione nobis prodeſſe ſentiamus. Per Dominum.

SAN-

nos tom. 3. de Liturgia Roman. Pontif. pag. 269. Evangelium hac die in Natali S. Apollinaris deſignatur. Quare dubitandum non eſt, quin Miſſa in illius Natali, licet peculiares Orationes in Sacramentariis adnotatæ non fuerint, celebrata ſit, ex Communi Martyrum ſumptis Orationibus. In Capitulari quoque Epiſtolarum ſæc. 8. ſcripto, ad uſum Eccleſiæ Mediolanen., de quo nos ſæpe, Epiſtola habetur in Natali ejuſdem Apollinaris. Liber Gradualis S. Gregorii ex Codice vetuſtiſſimo Baſilicæ Modoetienſis apud Thomaſium de antiquis libris Miſſarum: In Natali S. Apollinaris. *Vulgatus liber Antiphonarius S. Gregorii:* Natalis S. Apollinaris. *Micrologus cap. 43. citat hujus diei Officium ex Graduali Sancti Gregorii. Habetur etiam in Antiphonario Carnutenſi apud Thomaſium, ubi ſupra. Miſſa de eo hac die cum propriis Orationibus habetur in Sacramentario Palat. 495. Sæculi X. exeuntis. Prima Oratio eſt:* Deus, qui ſalutarem. *Secreta:* Sacrificium noſtrum. *Ad Com.* Satiati ſumus. *Item in Palat. Vat. 496. In Miſſali plenario Vatic. 4770. prima Oratio eſt:* Deus, qui per ſacram impoſitionis manum. *Eſt ibi etiam Præfatio propria.*

Digitized by Google

(1) SANCTÆ CHRISTINÆ VIRGINIS.

ORATIO.

Creſcat in nobis, Domine, ſemper ſanctæ jucunditatis affectus, & beatæ Chriſtinæ martyris tuæ veneranda feſtivitas augeatur. Per.

SECRETA.

Sanctæ Chriſtinæ martyris tuæ, Domine, feſta recolentes, preces offerimus, & hoſtias immolamus; præſta quæſumus, ut cum præſidio temporali vitam nobis præbeant perpetuam. Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus, Domine, cæleſtium virtutum Deus; ut ſacrificia pro ſanctæ Chriſtinæ martyris tuæ feſtivitate delatæ

(1) Nono Calendas Auguſti, hoc eſt die 24. Julii, in Miſſali Romano impreſſo aſſignatur Miſſa pro vigilia Sancti Jacobi cum commemoratione tantum Sanctæ Chriſtinæ: Orationes autem, quæ ibi leguntur, omninò noſtris diſſimiles ſunt. Eadem die de Sancta Chriſtina virgine, & martyre agunt vetuſtiora Hagiographa. De ejus antiquiſſimo cultu tum apud Græcos, tum apud Latinos nulla dubitatio; cætera verò, quæ ad B. Martyrem pertinent, legi poterunt apud Bolland. *Act. SS. ad diem* 10. *Maji in præterm. & ad* 24. *Julii*. Quod ad rem noſtram pertinet, neque in Sacramentario Gelaſiano, neque in Gregorianis Menardi, Pamelii, aliiſque, excepto Monaſtico Vat. 4772., commemoratio de S. Martyre occurrit. Antiquè eam coluiſſe Monachos Benedictinos teſtatur, ut dixi ſupra *pag.* 206. *in notis*, Edmundus Martenus. Quare nil mirum eſt, ſi in noſtro Miſſali, quod Monachorum fuit, ejus dies feſtus cum officio reperiatur. Illud mirari ſubit, cur S. Chriſtinæ memoria non ſolum 24. Julii, ſed etiam die 10. Maji recolatur. Orationes quidem pro utroque die aſſignatæ, diverſæ ſunt, an martyr eadem ſit; an potius eodem nomine, ſed diverſa, prorſus ignoro.

Digitized by Google

lata deſideriorum nos temporalium doceant habere contemptum, & deſiderare dona cæleſtium gaudiorum. Per.

VIII. KALENDAS AUGUSTI.

(Hoc eſt die 25. menſis Julii.)

(1) NATALE S. JACOBI.

ORATIO.

Eſto, Domine, plebi tuæ ſanctificator & cuſtos: ut Apoſtoli tui Jacobi munita præſidiis, & converſatione tibi placeat, & ſecura mente deſerviat. Per.

SECUNDUM MARCUM.

(2) In illo tempore: Acceſſerunt ad Jeſum &c. pro multis.

SECRETA.

(3) Oblationes populi tui, Domine, quæſumus Beati

---

(1) VIII. Cal. Auguſti, hoc eſt die 25. Julii in Martyrologiis fere omnibus cum Sancto Jacobo etiam Chriſtophorus commemoratur. Sed in vetuſtioribus Sacramentariis extat Miſſa de Sancto Jacobo, ſine ulla commemoratione S. Chriſtophori; Ideo hac die ad ſuum Sacramentarium hæc notat Menardus: *In Miſſali Romano hic habetur commemoratio Sancti Chriſtophori Martyris, cujus nulla mentio fit in noſtris Codicibus tam editis, quàm mss.* Verumtamen Sancti Chriſtophori nomen legitur in Litaniis Carolinis *apud Mabillon. Analect. tom. 2. pag.* 683. Præterea in Tabula marmorea, quæ extat in Diaconia Sancti Angeli in Foro Piſcium, indiculus Reliquiarum exaratus anno 754., ut comperitur ex epocha in eadem tabula adſcripta, reliquias Sancti Chriſtophori inter cæteras recenſet.

(2) In Miſſali impreſſo legitur hac die Evangelium ſecundùm Matthæum.

(3) Hæc Oratio non eſt Secreta, ſed Oratio ad Complendum, ſeu Poſtcommunio. Oratio autem Secreta majori ex parte omiſſa eſt ſcriptoris oſcitantia, qui ſcripſit initium Oratio-

Beati Apoſtoli tui Jacobi, in cujus hodie feſtivitate corpore, & ſanguine tuo nos refeciſti, quæſumus, Domine, interceſſione nos adjuva, pro cujus ſolemnitate percepimus tua ſancta lætantes. Per.

EODEM DIE S. CHRISTOPHORI.

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut qui beati Chriſtophori martyris tui natalitia colimus, interceſſione ejus tui nominis amore roboremur. Per.

SECRETA.

Sanctiſſimi martyris tui Chriſtophori tibi precibus, Domine quæſumus, hæc grata reddatur oblatio, in cujus eſt feſtivitate immolanda. Per.

AD COMPLENDUM.

Repleti ſumus, Domine, munere ſolemnitatis optatæ, qua Beati Chriſtophori martyris tui, & celebritate delectamur, & precibus adjuvemur. Per.

(1) SS. NAZARII, ET CELSI.

ORATIO.

Exaudi, Domine, preces noſtras, & populus tuus, qui

---

tionis Secretæ, & deinde adjunxit Orationem ad Complendum, utramque confundens, verba enim ita diſtinguenda ſunt.

SECRETA.

Oblationes populi tui, Domine, quæſumus Beati Apoſtoli tui Jacobi paſſio beata conciliet; & quæ noſtris non [a] apta *ſunt meritis, fiant tibi* placita *ejus deprecatione. Per.*

AD COMPLENDUM.

Beati Apoſtoli tui Jacobi, quæſumus Domine, in cujus hodie &c.

(1) V. Cal. Auguſti, hoc eſt die

a *Ita apud Pamel. in Sacram. In Miſſali autem Romano legitur: aptæ: & placitæ.*

qui ſub tantis ſanctorum martyrum tuorum Nazarii, & Celſi patrociniis eſt conſtitutus, & à ſuis offenſionibus liberetur, & ab omnibus adverſis muniatur. Per.

SECRETA.

Suſcipe, quæſumus Domine, munera populi tui pro martyrum tuorum Nazarii, & Celſi feſtivitate Sanctorum oblata, & ſincero nos corde perfice benignus acceptor. Per.

AD COMPLENDUM.

Tribue quæſumus, omnipotens Deus, ſanctorum martyrum tuorum Nazarii, & Celſi deſiderare commercia, quorum perpetua dignitate ſacra myſteria fortiter frequentamus in terris, & præſentia nobis ſubſidia præbeant, & æterna. Per.

IV. KALENDAS AUGUSTI
(Ideſt die 29. Menſis Julii.)

(1) NATALE SS. FELICIS, SIMPLICII, FAUSTINI, ET BEATRICIS.

ORATIO.

Sancti Felicis, Domine, confeſſione recenſita conferat nobis

---

die 28. Julii in Martyrologio Adonis juxta Codices Vaticanos 511: 512. 514. hæc leguntur: *Mediolani paſſio Sanctorum Nazarii & Celſi, quorum paſſiones adnotatæ ſunt pridie idus Junii, quando ſacra Corpora eorum inventa ſunt.* In Miſſali Romano impreſſo eadem die 28. Junii habetur Miſſa de Sanctis Nazario, & Celſo, quorum memoria cum Victore Martyre, & Innocentio Papa, & Confeſſore recolitur, & ideo Orationes, quæ ibi leguntur, a noſtris diverſæ ſunt, & omnibus illis Sanctis, quorum nomina in eodem Miſſali Romano recenſentur, communes.

(1) In Miſſali Romano impreſſo hac die Miſſa peragitur de

nobis miſericordia tua piæ devotionis augmentum, qui in tuo nomine perſeverans meruit honorari. Per.

Hh ALIA

de Sancta Martha Virgine. Unica autem Oratione fit commemoratio SS. Felicis, Simplicii, Fauſtini, & Beatricis. At verò in Sacramentario Pamelii ſeparatim Orationes habentur pro Sancto Felice Martyre, & pro SS. Simplicio, Fauſtino, & Beatrice. In illo autem Menardi de S. Felice tantum. Profectò Felicis, & aliorum Martyrum Simplicii, Fauſtini, & Beatricis commemorationem hac die 29. Julii Martyrologia omnia habent; & Lector, qui plura ſcire cupit, præſertim quis fuerit Felix ille Martyr, cujus memoria hac die recolitur, legere poterit notas Card. Baronii in Martyrologium Romanum, Dom. Georgii in illud Adonis, & commentaria Patrum Bollandianorum in acta Sanctorum. In noſtro quidem Miſſarum Codice præter Orationes de S. Felice, habentur Orationes de aliis Martyribus, quæ eædem ſunt ac illæ, quæ leguntur in Miſſali Romano impreſſo, hoc tamen diſcrimine, quod in noſtro Codice extant Orationes aliæ pro Sancto Felice, aliæ pro SS. MM. Simplicio, Fauſtino, & Beatrice, quibus adduntur nomina SS. Floræ, & Lucillæ, de quibus in Martyrologio Romano hac die 29. Julii hæc habentur: *Romæ Sanctarum Martyrum Lucillæ, & Floræ Virginum &c.* Ad quæ notat Eminentiſſimus Baronius: agere de his Sanctis Virginibus Molanum in additionibus ad Uſuardum; extare etiam ſermonem mss. Petri Damiani in die natali prædictarum Virginum, & Martyrum, cujus exordium eſt, *Gaudeamus fratres*. Acta verò dictarum Martyrum apocrypha omninò eſſe, nec ulla penitùs veritate ſubſiſtere. Præterea idem Cardinalis ſcribit ſe legiſſe libellum de earumdem Sacrorum Corporum translatione, qui ſic exorditur: *Anno Dominicæ Incarnat. 861. Joannes humilis Epiſcopus Aretinus &c.* Cæterum nomina SS. Floræ & Lucillæ in omnibus antiquis Martyrologiis, & Sacramentariis Gregorianis, & Gelaſiano, Capitularibus Evangeliorum, aliiſque Liturgicis libris deſunt. Addita vero leguntur in noſtro Miſſali, tum etiam in Vaticano 4772., quia utrumque ad Monachos pertinuit; & harum Sanctarum nomine celebre fuit Aretii in Thuſcia Monaſterium, de quo plura in Præfatione.

Digitized by Google

ALIA ORATIO.

Præſta, Domine quæſumus, ut ſicut populus Chriſtianus martyrum tuorum Simplicii, Fauſtini, & Beatricis, (a) *Floræ, & Lucillæ* temporali ſolemnitate congaudet, ita perfruatur æterna, & quod votis celebrat, comprehendat effectu. Per.

SECRETA.

Hoſtias, tibi Domine, pro commemoratione Felicis offerimus, quem a tui corporis unitate nulla tentatio ſeparavit. Per.

ALIA SECRETA.

Hoſtias tibi, Domine, ſanctorum martyrum tuorum Simplicii, Fauſtini, & Beatricis, (a) *Floræ & Lucillæ* commemoratione deferimus, (b) *humiliter obſecrantes*: ut indulgentiam nobis pariter conferant, & ſalutem. Per.

AD COMPLENDUM.

Repleti cibo, potuque Deus noſter cœleſti te ſupplices exoramus: ut beati Felicis, in cujus hac commemoratione percepimus, muniamur & precibus. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut ſanctorum martyrum tuorum Simplicii, Fauſtini, & Beatricis, (a) *Floræ, & Lucillæ*, cœleſtibus myſteriis celebrata ſolemnitas, indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat. Per.

SS. ABDON, ET SENNEN MART.

ORATIO.

Deus, qui ſanctis tuis Abdon, & Sennen ad hanc glo-

a *deſunt in ed.* b ſuppliciter deprecantes.

gloriam veniendi copioſum munus gratiæ contuliſti: da famulis tuis ſuorum veniam peccatorum; ut, Sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur adverſitatibus liberari. Per.

SECRETA.

(1) *Munera tibi, Domine, pro ſanctorum martyrum tuorum Abdon, & Sennen paſſione deferimus, qui dum finiuntur in terris, facti ſunt cæleſti luce perpetui: humiliter poſtulantes, ut eorum ſemper meritis muniamur. Per.*

AD COMPLENDUM.

Per hujus, Domine, operationem myſterii, & vitia noſtra purgentur, & intercedentibus ſanctis martyribus tuis Abdon, & Sennen, juſta deſideria compleantur. Per.

(2) S. PETRI AD VINCULA.

ORATIO.

Deus, qui beatum Petrum Apoſtolum, à vinculis abſolutum, illæſum abire feciſti: noſtrorum, quæſumus,

Hh 2

(1) Diverſa eſt Secreta, quæ legitur in Miſſali impreſſo, & in Sacramentario Pamelii; noſtra autem habetur in Sacramentario Menardi, & Muratorii.

(2) In Martyrologio Adonis Calendis Auguſti hæc habentur: *Romæ ad Sanctum Petrum ad Vincula: Antiochiæ Natalis Sanctorum Machabæorum: Apud Italiam Civitate Vercellis, Beati Euſebii Epiſcopi, & Confeſſoris, qui ob confeſſionem Fidei a Conſtantio Principe Scythopolim, & inde Cappadociam relegatus ſub Juliano Imperatore ad Eccleſiam ſuam reverſus eſt: noviſſimè perſequentibus Arianis martyrium paſſus.* Talia in Martyrologio Adonis, eadem fere, nonnullis additis, vel detractis, in Romano, aliiſque Martyrologiis legun-

Digitized by Google

mus, abſolve vincula peccatorum; & omnia mala à nobis propitiatus exclude. Per.

Alia Oratio.

Fraterna nos, Domine, martyrum tuorum corona lætificet: quæ & fidei noſtræ præbeat [a] *incitamenta* virtutum, & multiplici nos ſuffragio conſoletur. Per.

Alia Oratio.

Adeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris, & interceſſionibus beatiſſimorum martyrum tuorum Machabæorum, atque Sacerdotis, & Confeſſoris tui Euſebii perpetuam nobis miſericordiam benignus impende. Per.

Secreta.

Suſcipe, Domine, hoſtiam redemptionis humanæ, & interveniente beato Petro Apoſtolo tuo, ad ſalutem mentis, & corporis operare placatus. Per.

Alia

a incrementa *in ed.*

leguntur. Itaque in noſtro Codice hac die Miſſarum ſolemnia de S. Petro, Fratribus Machabæis, & S. Euſebio peraguntur. Sed in prima Oratione de S.Euſebio, & in Oratione ad Compl. nomina Machabæorum; in Secreta autem de Machabæis illud Euſebii per errorem inſerta videntur. In Miſſali Rom. Euſebius omittitur, ita etiam in Sacramentario Pamelii. Et in illo Menardi ſolius S. Petri ad Vincula memoria recolitur. In Gelaſiano autem nulla Miſſa habetur; extat tamen in vetuſtioribus Gregorianis Sacramentariis. Et Menardus ad verba illa: *Ad S. Petrum ad Vincula*, monet: In Codice Rem. addi: *& catenæ ejus oſculantur, ipſo die*. Item ex Appendice Rodradi, & ex antiquis Martyrologiis ab ipſo Menardo, Florentinio, aliiſque laudatis conſtat, hac die celebratam fuiſſe ſolemnitatem dedicationis primæ Eccleſiæ a B. Petro Romæ conſtructæ, & conſecratæ. Hinc S. Leo in ſermone de Machabæis: *Duplex*, inquit, *cauſa lætitiæ eſt, in qua & natalem Eccleſiæ colimus, & Martyrum paſſione gaudemus.*

Digitized by Google

Alia Secreta.

Suſcipe, Domine, quæſumus munera ſupplicantis Eccleſiæ, & ſanctifica hoc ſacrificium populi tui: ut quod in honore beatiſſimorum martyrum tuorum Machabæorum, ſed & Sacerdotis, & Confeſſoris tui Euſebii offertur ad gloriam, nobis tribuas per eorum interceſſionem ad ſalutem perpetuam. Per.

Alia Secreta.

Suſcipe, quæſumus Domine, tuorum munera famulorum, quæ intercedente ſancto Euſebio Confeſſore tuo proſint nobis ad piæ devotionis officium, & tuæ devotionis effectum. Per Dominum.

Ad Complendum.

Corporis ſacri, & pretioſi ſanguinis repleti libamine, quæſumus Domine Deus noſter: ut quod pia devotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per.

Alia ad Complendum.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus: ut quorum memoriam ſacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiendo ſectemur, (a)- *& ſaluti noſtræ proficiant*. Per.

Alia ad Complendum.

Annue, quæſumus omnipotens Deus, ut ſanctorum tuorum Machabæorum, ſed & Sacerdotis, & Confeſſoris tui Euſebii ſuffragiis adjuvemur, ut ſicut eis copioſa victoria dedit triumphum, ita & nobis continuum præſtet auxilium. Per Dominum.

S. STE-

a *deſunt in ed.*

Digitized by Google

S. STEPHANI PONTIFICIS.

ORATIO.

Deus, qui nos beati Stephani martyris tui, atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejuſdem etiam protectione gaudeamus. Per.

SECRETA.

Munera tibi, Domine, dicata ſanctifica: & intercedente beato Stephano martyre tuo, atque Pontifice, per eadem nos placatus intende. Per.

AD COMPLENDUM.

Hæc nos communio, Domine, purget à crimine: & intercedente beato Stephano martyre tuo, atque Pontifice, cœleſtis remedii faciat eſſe conſortes. Per.

(1) INVENTIO S. STEPHANI PROTOMART.

ORATIO.

Deus, qui es Sanctorum tuorum ſplendor miraculis, quique hodierna die beatorum martyrum tnorum Stephani, Nicodemi, Gamalielis, atque Abibonis inventionem glorioſam revelaſti, da nobis in æterna lætitia de eorum ſocietate gaudere. Per.

SE-

(1) De inventione corporum Sancti Stephani Protomartyris, & Sanctorum Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis tertio Nonas Auguſti, hoc eſt tertia die ejuſdem menſis, agunt Romanum, aliaque Martyrologia. Miſſa tamen de eorumdem inventione in Sacramentariis Gelaſiano, & Gregorianis, Pamelii, Menardi, & Muratorii deeſt: Extat quidem in Sacramentario Angeli Rocchæ in Appendice, & in Monaſtico Vatic. 4772. Orationes noſtri Codicis diſſimiles ſunt iis, quæ in Miſſali Romano impreſſo leguntur.

Digitized by Google

SECRETA.

Munera tibi, Domine, noſtræ devotionis offerimus, quæ & pro tuorum tibi grata ſint honore Sanctorum, & nobis ſalutaria, te miſerante, reddantur. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumpſimus, Domine, ſanctorum tuorum Stephani, Nicodemi, Gamalielis, atque Abibonis ſolemnia celebrantes, ſacramenta cœleſtia; præſta quæſumus, ut quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis conſequamur. Per.

(1) XYSTI PAPÆ, FELICISSIMI, ET AGAPITI.

ORATIO.

Deus, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus; concede propitius: ut interceſſione beati Xyſti martyris tui, atque Pontificis contra omnia adverſa muniamur. Per.

ALIA

(1) Die 6. Auguſti VIII. Idus ejuſdem menſis, Martyrologia omnia memorant S. Xyſtum Papam, & Martyrem, ejuſque paſſionis Socios Feliciſſimum, & Agapitum Diaconos. In Sacramentario Gelaſiano *pag.* 162., & in Miſſali Gothico *pag.* 367. Miſſa de Sancto Xyſto Papa ſolum habetur. At verò in Sacramentariis Gregorianis, Pamelii, Menardi, Angeli Rocchæ, aliiſque duæ Miſſæ habentur, una de Sancto Xyſto, altera de SS. Feliciſſimo, & Agapito. In Miſſali quoque noſtro leguntur Orationes de Sancto Xyſto Papa, & Martyre, & aliæ Orationes habentur de SS. MM. Feliciſſimo, & Agapito, quibus additur Januarius, unus, ut puto, ex quatuor Subdiaconis, quos Eccleſiaſtica monumenta teſtantur, cum S. Pontifice decollatos fuiſſe. Ideo forte id factum eſt, quia ejus corpus, vel reliquiæ in Monaſterii Oratorio, aut in noſtra Lateranenſi Baſilica reconditæ fuerant. In Miſſali autem Romano impreſſo fit tantum commemoratio de S. Xyſto, ejuſque paſſionis Sociis, cum Miſſa fit de Transfiguratione Chriſti Domini.

Digitized by Google

ALIA ORATIO.

Deus, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuorum Feliciſſimi, & Agapiti, atque Januarii natalitia colere, da nobis in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per Dominum.

SECRETA.

Suſcipe, Domine, munera propitiatus oblata, quæ Majeſtati tuæ beatus Xyſtus Sacerdos commendet, & martyr. Per.

ALIA SECRETA.

Munera tibi, Domine, noſtræ devotionis offerimus, quæ pro tuorum tibi grata ſint honore juſtorum, & nobis ſalutaria, te miſerante, reddantur. Per.

INFRA ACTIONEM.

Intra quorum nos conſortium non æſtimator meriti, ſed veniæ quæſumus largitor admitte. Per.

(1) BENEDICTIO UVÆ.

ORATIO.

Benedic, Domine, hos fructus uvæ novos, quos te Domine rore cæleſti, & inundantia pluviarum, & temporum

(1) Uvas die ſexta Auguſti etiam Græci benedicunt. Ritum hujus ſacræ functionis, qualis jam olim ſervabatur apud Latinos, ex Miſſali Lugdun. refert Emus Bona *Rer. Liturg. lib.* 11. *cap.* 14. *n.*5. De illius vero antiquitate Goaris in Euchologium, Menardi in Sacramentarium notæ videri poſſunt. Nam in uſu fuiſſe primis Eccleſiæ ſæculis tum apud Græcos, tum apud Latinos probant Canon 3. Apoſtolicus, & Concilii Carthaginenſis. Itaque dubitari poteſt, an ejus inſtitutio Eutychiano Papæ ſit tribuenda, quod affirmat Auctor Pontificalis; ſed forſitan

Digitized by Google

rum ſerenitate, atque tranquillitate ad maturitatem producere dignatus es, & dediſti eos ad uſus noſtros, cum gratiarum actione percipere in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem hæc omnia Domine.

AD COMPLENDUM.

Præſta, quæſumus, Domine Deus noſter: ut beati Xyſti martyris tui, atque Pontificis, cujus nobis feſtivitate votiva ſunt ſacramenta, & ejus ſalutaria nobis interceſſione reddantur. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Præſta nobis, quæſumus Domine, intercedentibus ſanctis Feliciſſimo, Agapito, & Januario: ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per.

(1) SS. DONATI, ET HYLARIANI.

ORATIO.

Adeſto, Domine, precibus noſtris, quas in Sanctorum tuorum Donati, & Hylariani Monachi commemoratione

ſitan de ſola Romana Eccleſia ejus verba accipienda ſunt, in qua ante Eutychiani Pontificatum hujuſmodi ritus adhuc receptus non fuerat, ſicuti poſtea retentus non eſt, ſed pluribus ab hinc ſæculis in deſuetudinem abiit, è diverſo a Græcis etiamnum ſervatur. De Feſto autem Transfigurationis in noſtro Miſſali nulla mentio. Quod ſane mirum non eſt, cum in nullis Sacramentariis Gregorianis legatur, & ejus inſtitutio, ejuſque adſignatio, quæ facta eſt diei ſextæ Auguſti cum Miſſa, & Officio proprio, tribuatur Callixto III.; qua de re videantur, quæ latè ac doctè diſſerit SS. D. N. Benedictus XIV. in ſuo Tractatu de Feſtis Chriſti Domini Par. I. p. 585. & ſeqq.

(1) VII. Idus Auguſti, hoc eſt die 7. ejuſdem menſis, memoria recolitur S. Donati Epiſc. Aretini & Mart., & Hilarini, ſeu Hi-

ne deferimus : ut, qui noſtræ juſtitiæ fiduciam non habemus, eorum, qui tibi placuerunt, meritis adjuvemur. Per Dominum.

SECRETA.

Præſta, quæſumus Domine, ut Sanctorum tuorum Donati Martyris, & Epiſcopi, & Hylariani Monachi intercedentibus meritis, quos ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus, piæ nobis devotionis fructus accreſcat. Per.

AD COMPLENDUM.

Omnipotens, & miſericors Deus, qui nos ſacramentorum tuorum & participes efficis, & Miniſtros, præſta quæſumus: ut *intercedentibus ſanctis tuis Donato Martyre, & Epiſcopo, atque Hylariano Monacho*, eiſdem proficiamus & fidei conſortio, & digno ſervitio. Per Dominum.

SS. CY-

Hilariani Monachi, quicum Donatus continuis orationibus, & jejuniis ſerviens Deo vitam duxit, & eum in paſſione ſocium habuit, eorumque memoria in Martyrologio Adonis, aliiſque latinis Martyrologiis recolitur. In Sacramentariis Pamelii, Menardi, & Muratorii nulla de his Sanctis mentio habetur; & in Miſſali Romano edito hac die extat commemoratio tantùm de Sancto Donato, de Hilarino Monacho nullum verbum. In noſtro autem Codice utriuſque memoriam, admirationi eſſe non debet, ſolemni Officio celebrari, cum Monachorum uſui inſervierit, quibus ſolemne eſt, peculiari cultu Sanctos Monaſticæ vitæ cultores venerari, & S. Donatus, & Hilarianus præclara Monaſticæ profeſſionis virtutum exempla, vita innocenter peracta, & paſſione fortiter pro Chriſti nomine tolerata, exhibuerunt. Accedit, quod veriſimile admodum eſt, Monachos, qui noſtro Miſſali uſi ſunt, ſuæ inſtitutionis primordia in Diœceſi Aretina habuiſſe.

Digitized by Google

(1) SS. CYRIACI, LARGI, ET SMARAGDI.

Oratio.

Deus, qui nos annua ſanctorum martyrum tuorum Cyriaci, Largi, & Smaragdi ſolemnitate lætificas: concede propitius; ut quorum natalitia colimus, virtutem quoque paſſionis imitemur. Per.

Secreta.

Accepta ſit in conſpectu tuo, Domine, noſtra devotio: & eorum nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro quorum ſolemnitate defertur. Per.

Ad Complendum.

Quæſumus, Domine Deus noſter: ut intervenientibus beatis martyribus tuis Cyriaco, Largo, & Smaragdo ſacroſancta myſteria, quæ ſumpſimus, actu ſubſequamur, & ſenſu. Per.

V. IDUS AUGUSTI

(Ideſt 9. die ejuſdem menſis.)

VIGILIA S. LAURENTII.

Oratio.

(2) *Beati Laurentii martyris tui, Domine, gratia geminata nos ſemper refoveat, qui glorificationis ejus & opta-*

Ii 2

(1) VI. Idus Auguſti, hoc eſt die 8. ejuſdem menſis, in omnibus Sacramentariis Gregorianis aſſignatur Miſſa de S. Cyriaco: at verò in noſtro Codice adduntur in Orationibus nomina Largi, & Smaragdi Martyrum, ut etiam in Miſſali Romano impreſſo. Orationes quoque eædem ſunt, excepta Oratione ad Complendum, ſeu Poſtcommunio.

(2) Hæc Oratio non extat neque in Miſſali impreſſo, neque in Sacramentariis Pamelii, Menardi, & Muratorii.

Digitized by Google

optatis præimus officiis, & deſideranter ipſius expectamus adventum. Per.

SECRETA.

Hoſtias, Domine, quas tibi offerimus, propitius ſuſcipe: & intercedente beato Laurentio martyre tuo, vincula peccatorum noſtrorum abſolve. Per.

AD COMPLENDUM.

Da quæſumus Domine Deus noſter; ut, ſicut beati Laurentii martyris tui commemoratione, temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aſpectu. Per.

(1) IV. IDUS AUGUSTI

(Ideſt die 10. ejuſdem menſis.)

NATALE S. LAURENTII.

ORATIO.

Excita, quæſumus Domine, in Eccleſia tua ſpiritum, cui beatus Laurentius Levita ſervivit: ut eodem nos replente, ſtudeamus amare, quod amavit, & opere exercere, quod docuit. Per.

SECRETA.

Sacrificium noſtrum, tibi Domine, quæſumus beati Lau-

(1) Celebris apud omnes Latinos, ſed Romæ præſertim fuit dies natalis S. Laurentii: in omnibus Sacramentariis Gregorianis, perinde & in noſtro Miſſali pro hac ſolemnitate duæ adſignantur Miſſæ, quarum prima apud Pamelium dicitur *Miſſa in primo mane*, ita etiam in Antiphonario apud Cardinalem Thomaſium; & apud Menardum *Prima Miſſa de nocte*, hoc eſt in fine noctis, & initio diei; altera vero in die, hoc eſt ad Tertiam. In Capitulari Evangeliorum, quod in publicum emiſit Dom. Georgius, ita legitur: *Item die 10. Nat. S. Laurentii: ad primam Miſſam &c. Die ſupraſcr. ad Miſſam publicam Natal. S. Laurenti*

Laurentii martyris precatio ſancta conciliet: ut in cujus honore ſolemniter exhibetur, ipſius meritis efficiatur acceptum. Per.

AD COMPLENDUM.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: ut quod donis cœleſtibus ſatiaſti, intercedente beato Laurentio martyre tuo, perpetua protectione cuſtodias. Per.

S. LAURENTII MARTYRIS.

ORATIO.

Da nobis, quæſumus omnipotens Deus, vitiorum noſtrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per.

SECRETA.

Accipe, quæſumus Domine, munera dignanter oblata: & beati [a] *martyris tui* Laurentii ſuffragantibus meritis, ad noſtræ ſalutis auxilium provenire concede. Per.

AD COMPLENDUM.

Sacro munere ſatiati, ſupplices te Domine deprecamur: ut quod debitæ ſervitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo, ſalvationis tuæ ſentiamus augmentum. Per.

III.

a *deeſt in ed.*

tii &c. In alio Capitulari edito a Card. Thomaſio *ſign. lit. a.* notatur: *die X. menſis Natale Sancti Laurentii ad primam Miſſam &c. Die ſupraſcr. ad Miſſam publicam &c.* & in alio Capitulari *ſign. lit. Q. Iterum Sancti Laurentii ad Miſſam majorem &c.* Orationes autem Miſſarum eædem ſunt ac illæ, quæ in noſtro Codice leguntur. Videantur, ſi lubet, quæ hac de re ſcribit Martene de Antiquis Eccl. ritibus (a).

a *Lib. IV. cap. 33. §. XXIV.*

Digitized by Google

III. IDUS AUGUSTI.

(Ideſt 11. die ejuſdem menſis.)

NATALE S. TIBURTII MARTYRIS.

ORATIO.

(1) Beati Tiburtii nos Domine foveant continuata præſidia: quia non deſinis propitius intueri, quos talibus auxiliis conceſſeris adjuvari. Per.

SECRETA.

Adeſto, Domine, precibus populi tui, adeſto muneribus: ut quæ ſacris ſunt oblata myſteriis, tuorum tibi placeant interceſſione ſanctorum. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumpſimus, Domine, pignus redemptionis æternæ: quod ſit nobis, quæſumus, [a] *interveniente beato Tiburtio martyre tuo*, vitæ præſentis auxilium pariter & futuræ. Per.

IDIBUS AUGUSTI

(Hoc eſt die 13. ejuſdem menſis.)

(2) NATALE SS. HIPPOLYTI, ET CASSIANI.

ORATIO.

Deus mundi creator, & rector, qui hunc diem in bea-

a interveniantibus ſanctis Martyribus tuis

(1) *Sanctorum Martyrum tuorum Tiburtii, & Suſannæ nos &c.* ita in Miſſali edito, quia S. Tiburtio addita eſt S. Suſanna ob Eccleſiam in ejus honorem extructam, quod factum fuiſſe ſæculo decimo exiſtimo: nam in Miſſali plenario Vat. 4770. titulus eſt: *in Natali Sancti Tiburtii, & S. Suſannæ*. Capitularia Evangeliorum edita a Dominico Georgio [a], duo Evangelia hac die recitanda præſcribunt, alterum in Natali S. Tiburtii, alterum in Natali S. Suſannæ.

(2) Idibus Auguſti in omnibus

a *Tom. III. de Liturg. Rom. Pont.*

beatorum martyrum tuorum Hippolyti, & Caſſiani paſſione conſecraſti, concede propitius: ut omnes, qui martyrii eorum merita veneramur, ipſorum interceſſione ab æternæ gehennæ ignibus liberemur. Per.

SECRETA.

Reſpice, quæſumus Domine, munera, quæ in ſanctorum martyrum tuorum Hippolyti, & Caſſiani ſolemnitate deferimus, & quorum tibi honore grata ſunt, eorum nobis fiant interventu perpetuo ſalutaria. Per.

AD COMPLENDUM.

Præſta, quæſumus, Domine: ut nos beatorum martyrum tuorum Hippolyti, & Caſſiani lætificent votiva myſteria, quæ ſemper eſſe non deſinant admiranda. Per.

XIX. KALENDAS SEPTEMBRIS

(Hoc eſt die 14. ejuſdem menſis .)

(1) NATALE S. EUSEBII CONFESSORIS.

ORATIO.

Deus, qui nos beati Euſebii Confeſſoris tui annua ſolemnitate lætificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per.

SE-

bus Martyrologiis recolitur memoria S. Hippolyti, cui adjungitur S. Caſſianus. At verò in libris Liturgicis, in Sacramentario ſcilicet Gelaſiano, Gothico, Gregoriano Pamelii, Menardi, & Muratorii ſolius S. Hippolyti Natalis dies celebratur: in noſtro autem Miſſali utriuſque, ut etiam in Miſſali Romano impreſſo, ſed Orationes omninò diverſæ ſunt.

(1) S. Euſebii Romani Preſbyteri, & Confeſſoris diem natalem commemorant 14. Auguſti omnia Martyrologia, & Sacramentaria Gregoriana, & de eo pluribus agunt Emus Baronius in Hiſtoria Eccleſiaſtica, & in notis ad Martyrologium Romanum, Dominicus Georgius in notis ad Martyrologium Adonis, & PP. Bollandiani in actis Sanctorum.

Digitized by Google

SECRETA.

Laudis tibi, Domine, hoſtias immolamus in tuorum commemoratione ſanctorum: quibus nos & præſentibus exui malis confidimus, & futuris. Per.

AD COMPLENDUM.

Refecti cibo potuque cœleſti, Deus noſter, te ſupplices exoramus, ut in cujus hæc commemoratione percepimus, ejus muniamur & precibus. Per.

EODEM DIE VIG. S. MARIÆ.

ORATIO.

Deus, qui Virginalem aulam Beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es; da quæſumus: ut ſua nos defenſione munitos, [a] *jucundos nos faciat ſuæ intereſſe commemorationi. Per.*

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Loquente Jeſu ad turbas &c. & cuſtodiunt illud.

SECRETA.

(1) *Suſcipe, Domine, ſacrificium oblationis, & laudum, quod nos, interveniente Sancta tua, ſemperque Virgine Maria, cujus venerabilem feſtivitatem prævenimus, & perducat ad veniam, & in perpetua gratiarum actione conſtituat. Per.*

AD COMPLENDUM.

(2) *Cœleſti munere ſatiatos, omnipotens Deus, & tua*

nos

a jucundos facias ſuæ intereſſe feſtivitati *in ed.*

(1) Hæc Oratio non extat in Sacramentariis Pamelii, Menardi, & Muratorii.

(2) Extat in Sacramentario Pamelii.

nos protectione cuſtodi, & caſtimoniæ pacem mentibus noſtris, atque corporibus, intercedente Beata Virgine Maria, propitiatus indulge, ut veniente Sponſo Filio tuo Unigenito, accenſis lampadibus ejus dignè præſtolemur occurſum. Qui tecum &c.

AD VESPERAS.

Concede, [a] *quæſumus, omnipotens* Deus fragilitati noſtræ præſidium: ut qui Sanctæ Dei Genitricis [b] *requiem celebramus*, interceſſionis ejus auxilio à noſtris iniquitatibus reſurgamus. *Per.*

(1) IN DIE FESTI.

ORATIO.

Veneranda nobis, Domine, hujus diei feſtivitas opem conferat ſalutarem, in qua Sancta Dei Genitrix mortem ſubiit

Kk

a miſericors Deus

b feſtivitatem prævenimus *in Miſſali edito hæc eſt Oratio Poſtcommunio, ſeu ad Complendum.*

(1) *XVIII. Kal. Septembris* (ideſt XV. die menſis Auguſti) *Aſſumptio S. Mariæ*. Ita in Sacramentario Pamelii, & Menardi, ubi additur *Virginis*, tum etiam in Gelaſiano, Gothico, aliiſque: in nonnullis verò Sacramentariis, & Martyrologiis legitur *Pauſatio*, *Dormitio*, *Depoſitio*, *ſolemnia de pauſatione*, nec uno eodemque die celebritas Aſſumptionis Sanctæ Mariæ in antiquis Eccleſiaſticis monumentis reperitur. At verò hiſce de rebus, tum etiam de hujus Feſti ſolemnitate, & antiquitate, aliiſque ad eam ſpectantibus lector conſulere poterit eruditiſſima commentaria Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti XIV. de Feſtis Beatæ Mariæ Virginis Par. II. §. 98. & ſeqq., alioſque Eccleſiaſticarum rerum ſcriptores. Orationes autem noſtri Codicis extant in Sacramentario Pamelii, & Menardi: in prima tamen Oratione aliqua parva differentia occurrit; Et Oratio, quæ eſt ad Veſperas in Sacramentario Pamelii, & Menardi, in noſtro Codice eſt Oratio Secreta Miſſæ in Vigilia.

Digitized by Google

ſubiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ Filium tuum Dominum noſtrum de ſe genuit incarnatum. Qui tecum &c.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Intravit Jeſus in quoddam caſtellum &c. quæ non auferetur ab ea.

SECRETA.

Interceſſio, quæſumus Domine, Beatæ Mariæ ſemper Virginis munera noſtra commendet, noſque in ejus veneratione tuæ Majeſtatis reddat acceptos. Per.

AD COMPLENDUM.

Menſæ cæleſtis participes effecti imploramus clementiam tuam, Domine Deus noſter: ut qui feſta Dei Genitricis colimus, a cunctis malis imminentibus ejus interceſſionibus liberemur. Per.

AD VESPERAS.

Magna eſt, Domine, apud clementiam tuam Dei Genitricis oratio, quam idcirco de præſenti ſæculo tranſtuliſti, ut pro peccatis noſtris apud te fiducialiter intercedat Dominum noſtrum.

XVI. KALENDAS SEPTEMBRIS
(Ideſt 17. die menſis Auguſti.)
OCTAVA S. LAURENTII.

ORATIO.

Beati Laurentii nos faciat, Domine, paſſio veneranda lætantes, & ut eam ſufficienter recolamus, efficiat promptiores. Per.

SE-

Digitized by Google

SECRETA.

Beati Laurentii martyris honorabilem paſſionem muneribus, Domine, geminatis exequimur, quæ licet propriis ſit memoranda principiis, indeſinenter tamen permanet [a] *glorioſa. Per.*

AD COMPLENDUM.

[a] *Solempne nobis interceſſio beati Laurentii martyris, quæſumus Domine, præſtet auxilium: ut cæleſtis menſæ participatio, quam ſumpſimus, tribuat Eccleſiæ tuæ* [b] *recenſitam lætitiam. Per.*

XV. KALENDAS SEPTEMBRIS
(Ideſt die 18. Menſis Auguſti.)

NATALE S. AGAPITI.

ORATIO.

Lætetur Eccleſia tua, Deus, beati Agapiti martyris tui confiſa ſuffragiis: atque ejus precibus glorioſis & devota permaneat, & ſecura conſiſtat. Per.

SECRETA.

Suſcipe Domine munera, quæ in ejus tibi ſolemnitate deferimus, cujus nos confidimus patrocinio liberari. Per.

AD COMPLENDUM.

Satiaſti, Domine, familiam tuam muneribus ſacris: ejus, quæſumus, ſemper interventione nos reſove, cujus ſolemnia celebramus. Per.

a ſolemnis *in Sacrament. Pamel.*
b recenſita *in Sacrament. Pamel.*

(1) SS. TIMOTHEI, ET SYMPHORIANI.

ORATIO.

Auxilium tuum nobis, Domine quæſumus, placatus impende: & intercedentibus beatis martyribus tuis Timotheo, & Symphoriano, dexteram ſuper nos tuæ propitiationis oſtende. Per.

SECRETA.

Accepta tibi ſit, Domine, ſacratæ plebis oratio pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per.

AD COMPLENDUM.

Divini muneris largitate ſatiati, quæſumus Domine Deus noſter: ut intercedentibus ſanctis martyribus tuis, Timotheo, & Symphoriano, in ejus ſemper participatione vivamus. Per.

VIII. KALENDAS SEPTEMBRIS
(Ideſt 25. die menſis Auguſti.)

NATALE S. BARTHOLOMÆI.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui hujus diei veneran-

(1) XI. Calend. Septembris (ideſt XXII. die menſis Auguſti) in Sacramentario Pamelii, Menardi, Muratorii, Reginæ Svecorum notatur: Natale Sancti Timothei tantùm. At verò in Codice Ratoldi, teſte Menardo in notis ad Sacramentarium, duæ ſunt Miſſæ, prior S. Timothei, poſterior S. Symphoriani: item in Sacramentar. Palat. Vatic. 495. titulus eſt: *Natalis S. Timothei, & Symphoriani*, ut etiam in noſtro Codice, in quo una Miſſa pro utroque Sancto adſignatur, eædemque leguntur Orationes, quæ in Miſſali Romano, omiſſo tamen Hippolyto, cujus nomen in Romano Miſſali additum eſt ſingulis Orationibus.

Digitized by Google

nerandam ſanctamque lætitiam, in beati Apoſtoli tui Bartholomæi feſtivitate tribuiſti: da Eccleſiæ tuæ, quæſumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per.

SECRETA.

Beati Apoſtoli tui Bartholomæi ſolemnia recenſentes, quæſumus Domine: ut ejus auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi laudis hoſtias immolamus. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumpſimus, Domine, pignus ſalutis æternæ, beati Apoſtoli tui Bartholomæi votiva ſolemnia celebrantes, & perpetua merita venerantes, Majeſtatem tuam ſuppliciter deprecamur: ut ipſius intercedentibus meritis, quod temporaliter gerimus, ad vitam capiamus æternam. Per.

V. KALENDAS SEPTEMBRIS

(Hoc eſt 28. menſis Auguſti.)

(1) SS. HERMETIS, ET AUGUSTINI.

ORATIO.

Beati Hermetis martyris tui interceſſio nos, Domine quæſumus, & tuam nobis non deſinat placare juſtitiam, & nos

(1) In Sacramentario Gelaſiano, & in Sacramentariis Gregorianis, Muratorii, Reginæ Svecorum, & Pamelii hac die ponitur Miſſa de S. Hermete: At verò in noſtro Codice poſt Orationes S. Hermetis ſubjiciuntur Orationes de S. Auguſtino ſingulæ ſingulis. In Sacramentariis autem Menardi, Angeli Rocchæ, Palat. 495. & in Monaſt. Vatic. 4772. duæ Miſſæ hac die aſſignantur, una de S. Auguſtino, & altera de Sancto Hermete; & illa S. Auguſtini præponitur. Et in Miſſali Romano impreſſo Miſſa præſcribitur de S. Auguſtino cum commemoratione S. Hermetis.

Digitized by Google

nos devotum tibi jugiter efficere famulatum. Per Dominum noſtrum.

ALIA ORATIO.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens Deus: & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges: intercedente beato Auguſtino Confeſſore tuo atque Pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus [a] *auxilium*. Per Dominum.

SECRETA.

Munera noſtra, Domine, quæſumus propitiatus aſſume: & ut digne tuis famulamur altaribus, Sancti tui nos Hermetis interceſſione cuſtodi. Per.

ALIA SECRETA.

Sancti Confeſſoris tui Auguſtini nobis, Domine, pia non deſit oratio: quæ & munera noſtra conciliet, & tuam nobis indulgentiam, [b] *& munera* obtineat. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Repleti, Domine, benedictione cœleſti, quæſumus clementiam tuam: ut intercedente beato Hermete martyre tuo, quæ humiliter gerimus, ſalubriter ſentiamus. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Ut nobis, Domine, tua ſacrificia dent ſalutem: beatus Confeſſor tuus Auguſtinus & Pontifex, quæſumus, precator accedat. Per.

DE-

a effectum *in ed.* b ſemper *in ed.*

Digitized by Google

IV. KALENDAS SEPTEMBRIS
(Ideſt 29. die menſis Auguſti .)
(1) DECOLLATIO S. JOANNIS BAPTISTÆ, & Sanctæ Savinæ.

ORATIO.

Sancti Joannis Baptiſtæ Præcurſoris, & martyris tui, Domine quæſumus, veneranda [a] *ſolemnitas* ſalutaris auxilii nobis præſtet effectum, [b] *& nos ad gaudia æterna faciat pervenire*. Per.

ALIA ORATIO.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter; ut ſicut de S. Savinæ feſtivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur effectu. Per.

SECUNDUM MARCUM.

In illo tempore: Miſit Herodes, ac tenuit Joannem &c. & poſuerunt illud in monumento.

SECRETA.

Munera tibi, Domine, pro ſancti martyris tui Joannis Baptiſtæ paſſione deferimus, qui dum finitur in terris, factus eſt cæleſti ſede perpetuus. Per.

ALIA

a feſtivitas *in ed.* b *deſunt in ed.*

(1) In Sacramentariis Pamelii, & Muratorii una tantum Miſſa de S. Sabina, in illo Menardi, aliiſque hac die duæ Miſſæ ponuntur, quarum prima eſt de S. Sabina, altera de Decollatione S. Joannis Baptiſtæ. E diverſo in noſtro Codice, & in Miſſali Romano Miſſa ſit de Decollatione S. Joannis cum commemoratione S. Sabinæ. De ſolemnitate, & antiquitate utriuſque Feſti plura ſcripta ſunt ab eruditiſſimis Viris, qui vel de Feſtis SSrum tractarunt, vel qui notas in Martyrologia, vel Sacramentaria ſcripſerunt, ut nihil prorſus habeam, quod addere poſſim.

Digitized by Google

ALIA SECRETA.

Hoſtias tibi, Domine, beatæ Sabinæ martyris tuæ dicatas meritis, benignus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue provenire ſubſidium. Per.

AD COMPLENDUM.

Conferat nobis, Domine, ſancti Joannis [a] *utrumque* ſolemnitas: ut & magnifica ſacramenta, quæ ſumpſimus, ſignificata veneremur; & in nobis potiùs edita gaudeamus. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Purificet nos, Domine, quæſumus: & divini ſacramenti perceptio; & glorioſa beatæ Sabinæ martyris deprecatio. Per.

III. KAL. SEPTEMBRIS
(Ideſt 30. die menſis Auguſti.)

(1) NATALE S. FELICIS.

ORATIO.

Majeſtatem tuam, Domine, ſuppliciter deprecamur: ut ſicut nos jugiter Sanctorum commemoratione lætificas, interveniente ſancti tui Felicis ſuffragio, ita ſemper quoque ſupplicatione defendas. Per.

SE-

a Baptiſtæ *in ed. dictio illa* utrumque *deeſt.*

(1) In Miſſali Romano impreſſo hac die Miſſa habetur de SS. MM. Felice, & Adaucto, ita etiam in Sacramentariis Pamelii, Menardi, & Muratorii, aliiſque Sacramentariis. Itaque mirum eſt, quod in noſtro Miſſali Sanctus Adauctus prætermittatur, qui in Latinis Calendariis, Martyrologiis, & Sacramentariis a S. Felice disjungi non ſolet.

Digitized by Google

SECRETA.

Hoſtias, Domine, tuæ plebis intende: & quas in honore ſanctorum tuorum devota mente celebrat, [a] *beati Felicis meritis ſuffragantibus* proficere ſibi [b] *ſentiat* ad ſalutem. Per.

AD COMPLENDUM.

Repleti, Domine, muneribus ſacris, quæſumus immenſam clementiam tuam: ut nos ſanctorum tuorum participes efficias, & interveniente ſancto tuo Felice, in gratiarum tuarum ſemper actione maneamus. Per.

(1) NATIVITAS S. MARIÆ, ET S. ADRIANI.

ORATIO.

Supplicationem ſervorum tuorum Deus miſerator exaudi: ut qui in Nativitate Dei Genitricis, & Virginis congregamur, ejus interceſſionibus complacatus à te de inſtantibus periculis eruamur. Per.

ALIA ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut qui beati Adria-

a beati Felicis meritis ſuffragantibus *deeſt in ed.* b ſentiant *in ed.*

(1) VI. Idus Septembris (hoc eſt die 8. ejuſdem menſis) Sacramentaria Pamelii, Muratorii, & Menardi habent Miſſam de Nativitate S. Mariæ: In illo tamen Menardi eadem die ponitur Miſſa in Natali S. Adriani Martyris, cujus Orationes habentur etiam in noſtro Codice, & in Miſſali Romano cum Miſſa de Nativitate Sanctæ Mariæ, ſed Orationes diverſæ ſunt. Poſtquam Adriani Martyris reliquiæ Bizantio Romam delatæ ſunt, & ab Honorio I. in ejus honorem Baſilica extructa, cœptum eſt, ut puto, ejus memoriam recoli die octava Septembris, qua vel ejus Reliquiarum translatio facta eſt, vel in ejus honorem Eccleſia Deo dicata.

Adriani martyris tui natalitia colimus, [a] *à cunctis malis imminentibus ejus interceſſionibus liberemur. Per.*

SECUNDUM MATTHÆUM.

Liber generationis Jeſu Chriſti &c. de qua natus eſt Jeſus, qui vocatur Chriſtus.

SECRETA.

Suſcipe, Domine, quæſumus hoſtias placationis, & laudis, quas tibi offerimus in Nativitate Beatæ, & Glorioſæ, ſemperque Virginis Dei Genitricis Mariæ, & Sanctis ejus interceſſionibus cunctis nobis proficiat ad ſalutem. Per Dominum.

ALIA SECRETA.

Munera, Domine, quæſumus tibi dicata ſanctifica, & intercedente beato Adriano martyre tuo etiam placitis moribus dignanter tibi deſervire concedas. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumpſimus, Domine, celebritatis hodiernæ annua cum devotione ſacramenta, præſta quæſumus: ut intercedente Beata, & Glorioſa ſemperque Virgine Dei Genitrice Maria, & temporalis nobis vitæ remedia præbeant & æternæ. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Præſta quæſumus, Domine, fidelibus tuis, ut ſacramenti tui participatione vegetati, ſancti quoque martyris tui Adriani interceſſionibus à cunctis periculis eruamur. Per Dominum.

S. GOR-

a interceſſione ejus in tui nominis amore roboremur. Per. *ita in ed.*

Digitized by Google

(1) S. GORGONIUS.

ORATIO.

Sanctus tuus, Domine, Gorgonius *martyr* ſua nos ſemper interceſſione lætificet, *& ipſius feſta devote celebrantes*, pia faciat ſolemnitate gaudere. Per.

SECRETA.

Grata ſit, Domine, tibi noſtræ ſervitutis oblatio, pro *qua*, *ut noſtræ ſalutis effectus proveniat*, *ſanctus Gorgonius martyr interveniat*. Per.

AD COMPLENDUM.

Familiam tuam Deus, *quam tuis muneribus recreaſti*, ſuavitas *illa* contingat, & vegetet, *qua* in martyre tuo Gorgonio Chriſti tui bono jugiter odore paſcatur. Per.

III. IDUS SEPTEMBRIS.

(Hoc eſt die 11. ejuſdem menſis.)

NATALE SS. PROTI, ET HYACINTHI.

ORATIO.

Beatorum nos, Domine, Proti & Hyacinthi foveat pretioſa confeſſio, *& ut feſta eorum ſolemniter recolamus*, pia jugiter interceſſio tueatur. Per.

SECRETA.

Pro ſanctorum martyrum tuorum Proti & Hya-

 cinthi

(1) Miſſa in Natali S. Gorgonii 5. Idus Septembris, nempe nona ejuſdem menſis, extat in Sacramentario Gelaſiano; deeſt tamen in Gregoriano Pamelii, & Menardi, & in nonnullis aliis. Orationes, quæ leguntur in Gelaſiano, eædem ſunt, quæ in Miſſali Romano impreſſo; cum illis autem noſtri Codicis parva aliqua intercedit differentia.

cinthi commemoratione, munera tibi, Domine, quæ debemus, exolvimus: præſta quæſumus, ut remedium nobis perpetuæ ſalutis operentur. Per.

AD COMPLENDUM.

Ut percepta nos, Domine, tua ſancta purificent, beatorum martyrum tuorum Proti & Hyacinthi, quæſumus, imploret oratio. Per.

EXALTATIO S. CRUCIS, (1) & SS. Cornelii, & Cypriani.

ORATIO.

Deus, qui Unigeniti tui Domini noſtri Jeſu Chriſti pretioſo ſanguine humanum genus redimere dignatus es, concede propitius: ut qui ad adorandam vivificam Crucem adveniunt, à peccatorum ſuorum nexibus liberentur. Per.

ALIA ORATIO.

Beatorum martyrum, pariterque Pontificum Cornelii & Cypriani nos, quæſumus Domine, feſta tueantur: & eorum commendet oratio veneranda. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus turbis Judæorum: Nunc judicium eſt mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. Et ego &c. ut filii lucis ſitis.

SE-

(1) XVIII. Cal. Octobris (hoc eſt die 14. Septembris) in Sacramentariis Gregorianis duæ Miſſæ ponuntur, una de Exaltatione Sanctæ Crucis, altera de SS.MM. Cornelio & Cypriano. At verò in noſtro Codice una tantum de Exaltatione Sanctæ Crucis, cujus Oratorium extabat apud Baſilicam Lateranenſem, cum Sanctorum Martyrum Cornelii, & Cypriani commemoratione. In Miſſali autem Romano impreſſo Miſſa Sanctorum Martyrum legitur die XVI. ejuſdem menſis.

Digitized by Google

SECRETA.

Jeſu Chriſti Domini noſtri corpore & ſanguine ſaginandi, per quem Crucis eſt ſanctificatum vexillum, quæſumus Domine Deus noſter: ut ſicut illud adorare meruimus, ita perenniter ejus gloriæ ſalutaris potiamur effectu. Per eumdem Dominum.

ALIA SECRETA.

Plebis tuæ, Domine, munera benignus intende, quæ Majeſtati tuæ pro ſanctorum martyrum Cornelii, & Cypriani ſolemnitatibus ſunt dicata. Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus, omnipotens Deus: ut quos divina tribuis participatione gaudere, intercedente Unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti paſſione, humanis non ſinas periculis ſubjacere. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Quæſumus Domine ſalutaribus repleti myſteriis, *at beatorum martyrum Cornelii, & Cypriani*, quorum ſolempnia celebramus, orationibus adjuvemur. Per.

XVII. KALENDAS OCTOBRIS

(Hoc eſt 15. die menſis Septembris.)

NATALE S. NICOMEDIS.

ORATIO.

Adeſto, Domine, populo tuo: ut beati Nicomedis martyris tui merita præclara [a] *venerantes*, ad impetrandam miſericordiam tuam ſemper ejus patrociniis adjuvetur. Per.

SE-

a ſuſcipiens *in ed.*

SECRETA.

Suſcipe, Domine, munera propitius oblata: quæ majeſtati tuæ beati Nicomedis martyris [a] *tui* commendet oratio. Per.

AD COMPLENDUM.

Purificent nos, Domine, [b] *quæſumus*, ſacramenta, quæ ſumpſimus: & intercedente beato Nicomede martyre tuo, à cunctis efficiant vitiis abſolutos. Per.

XVI. KALENDAS OCTOBRIS
(Ideſt 16. die Menſis Septembris.)
(1) NATALE SS. EUPHEMIÆ, LUCIÆ, & Geminiani.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, & fortia quæque confundis; concede propitius: ut qui beatæ Euphemiæ martyris tuæ ſolempnia colimus, ejus apud te interceſſionibus adjuvemur. Per.

ALIA ORATIO.

Infirmitatem noſtram, quæſumus Domine, propitius reſpice, & mala omnia, quæ juſte meremur, ſanctorum tuorum Luciæ, & Geminiani interceſſione averte. Per.

SE-

a *deeſt in ed.* b *deeſt in ed.*

(1) In Sacramentario Pamelii, Muratorii, & Menardi hac die habentur Orationes de S. Euphemia Virgine, deinde ſubjiciuntur aliæ de Sanctis Martyribus Lucia, & Geminiano. In Miſſali autem Romano impreſſo Miſſa aſſignatur de SS. Martyribus Cornelio, & Cypriano, cum commemoratione SS. Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani, quæ unica Oratione abſolvitur.

Digitized by Google

SECRETA.

Præſta quæſumus, Domine Deus noſter, ut ſicut in tuo conſpectu mors eſt pretioſa Sanctorum, ita eorum merita venerantium accepta tibi reddatur oblatio. Per.

ALIA SECRETA.

Vota populi tui, quæſumus Domine, propitius intende: & quorum nos tribuis ſolemnia celebrare, fac gaudere ſuffragiis. Per.

AD COMPLENDUM.

Sanctificet nos, quæſumus Domine, tui perceptio ſacramenti, & interceſſio beatæ martyris tuæ Euphemiæ tibi reddat acceptos. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Exaudi, Domine, preces noſtras: [a] *ut* ſanctorum martyrum tuorum [b] Luciæ, & Geminiani, quorum feſta ſolemniter celebramus, continuis foveamur auxiliis. Per.

XII. KALENDAS OCTOBRIS

(Hoc eſt die 20. menſis Septembris.)

(1) VIGILIA S. MATTHÆI APOSTOLI.

ORATIO.

Da quæſumus omnipotens Deus: ut beati Matthæi Apo-

a & *in ed.* b Euphemiæ *in ed.*

(1) Miſſa in Vigilia S. Matthæi non extat in Sacramentario Pamelii, ſed habetur in illo Menardi, ubi Secreta eadem eſt, ac illa noſtri Codicis: ſed ejus prima verba in hunc modum expreſſa ſunt: *Apoſtolici reverentia culminis offerentes &c.* ad quæ obſervat Menardus in Codice Remenſi, & Ratoldi legi, ut in noſtro Miſſali; ſed Lectionem illam, quæ cum Miſſali impreſſo convenit, longe præſtare.

Digitized by Google

Apoſtoli tui & Evangeliſtæ, quam prævenimus, veneranda ſolemnitas & devotionem nobis augeat, & ſalutem. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Vidit Jeſus publicanum, nomine Levi &c. ſed peccatores ad pœnitentiam.

SECRETA.

Apoſtolicæ reverentiæ culmen offerimus ſacris myſteriis imbuendum, præſta Domine quæſumus, ut beati Matthæi Evangeliſtæ ſuffragiis, cujus natalitia prævenimus, plebs tua ſemper & ſua vota depromat, & deſiderata percipiat. Per.

AD COMPLENDUM.

Sancti Apoſtoli tui & Evangeliſtæ Matthæi, quæſumus Domine, ſupplicatione placatus: & veniam nobis tribue, & remedia ſempiterna concede. Per.

IN DIE AD MISSAM.
IX. KALENDAS OCTOBRIS
(Hoc eſt die 21. Septembris.)
NATALE S. MATTHÆI EVANGELISTÆ.

ORATIO.

Beati [a] Evangeliſtæ Matthæi, Domine, precibus adjuvemur: ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet, ejus nobis interceſſione donetur. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Vidit Jeſus hominem ſedentem in

a Apoſtoli *titulus deeſt in omnibus noſtri Codicis Orationibus, è diverſo in Miſſali impreſſo in Secreta deeſt:* Apoſtolicis.

Digitized by Google

in telonio &c. veni vocare juſtos, ſed peccatores.

SECRETA.

Supplicationibus *Apoſtolicis* beati Matthæi Evangeliſtæ, quæſumus Domine, Eccleſiæ tuæ commendetur oblatio: cujus magnificis prædicationibus eruditur. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Perceptis, Domine, ſacramentis, beato Matthæo Evangeliſta interveniente, deprecamur: ut, quæ pro ejus celebrata ſunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

(1) X. KALENDAS OCTOBRIS.

(Hoc eſt die 22. Septembris.)

SS. MAURITII, ET SOCIORUM EJUS.

ORATIO.

Annue quæſumus, omnipotens Deus: *ut nos Sanctorum Mauritii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii, & Vitalis cum Sociis eorum lætificet votiva* ſolemnitas,

(1) Celebres ſunt apud Latinos SS. Martyres Thebeæ Legionis milites Mauritius, & Socii, è loco martyrii Agaunenſes vocati; in antiquis tamen Sacramentariis Pamelii, Menardi, & Muratorii, eorum Miſſa non reperitur. Affirmat autem Menardus inveniri in Codice Ratoldi, imo ibi non unam, ſed duas Miſſas occurrere. De iiſdem Sanctis Miſſa quoque legitur in Sacramentariis Pal. Vaticanis 495. & 496., & in Sacrament. Vatic. Monaſtico 4772. In Orationibus autem, quæ in laudatis Sacramentariis, & a Menardo exhibentur, præter Mauritii, perinde ac in Codice noſtro, exprimuntur nomina aliorum Sociorum, nempe Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii, & Vitalis, quæ in Miſſali Romano impreſſo prætermittuntur.

Digitized by Google

nitas, ut quorum ſuffragiis nitimur, natalitiis gloriemur. Per.

SECRETA.

Reſpice, Domine, *munera, quæ in paſſione Mauritii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii, & Vitalis cum Sociis eorum commemoratione deferimus*, & præſta: ut quorum honore ſunt grata, eorum nobis fiant interceſſione *ſalutaria*. Per.

AD COMPLENDUM.

Cœleſtibus refecti ſacramentis & gaudiis, ſupplices te rogamus, Domine: ut, *ſanctorum tuorum Mauritii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii, & Vitalis cum Sociis eorum*, quorum gloriamur triumphis, protegamur auxiliis. Per.

V. KAL. OCTOBRIS

(Hoc eſt die 27. Septembris.)

NATALE SS. COSMÆ, ET DAMIANI.

ORATIO.

Præſta, quæſumus, omnipotens Deus: ut qui ſanctorum martyrum tuorum Coſmæ & Damiani natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus eorum interceſſionibus liberemur. Per.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dicebat Jeſus turbis &c. accuſarent.

SECRETA.

Sanctorum tuorum nobis, Domine, pia non deſit oratio: quæ & munera noſtra conciliet, & *ſanctorum tuo-*

Digitized by Google

tuorum Coſmæ [a] *& Damiani precibus* tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per.

AD COMPLENDUM.

Protegat, quæſumus Domine, populum tuum, [b] *interVenientibus ſanctis tuis Coſma & Damiano*, & participatio cœleſtis indulta convivii, & deprecatio [c] *collecta* ſanctorum. Per.

(1) INVENTIO BASILICÆ S. MICHAELIS.

ORATIO.

Deus, qui miro ordine Angelorum miniſteria, ho-

a *deſunt in ed.* b *deſunt in ed.* c collata *in ed.*

(1) III. Cal. Octobris, hoc eſt die 29. Septembris, in Martyrologio Adonis commemoratur inventio, ſeu dedicatio Baſilicæ in Monte Gargano; eademque die a Romana Eccleſia recoli conſuevit dedicatio Eccleſiæ Sancti Michaelis Romæ a Bonifacio Pontifice conſtructæ. Siquidem in Martyrologio Adonis, poſteaquam expoſitum eſt miraculum, quod in Monte Gargano contigit, hæc ſubjiciuntur: *Sed non multo poſt Romæ Ven. etiam Bonifacius Pontifex Eccleſiam S. Michaelis nomine conſtructam dedicavit in ſummitate Circi, cryptatim miro opere altiſſime porrectam, unde & idem locus in ſummitate ſua continens Eccleſiam* INTER NUBES SITUS VOCATUR. Siquidem ſolemne fuit Romanæ Eccleſiæ, nonnullarum in Urbe Eccleſiarum dedicationes annua ſolemnitate recolere. In harum numero ſunt dedicatio Eccleſiæ Sancti Nicomedis, Sancti Petri ad Vincula, Sanctæ Mariæ ad Martyres, & Sancti Michaelis Archangeli. Itaque in noſtro Miſſali, quod peculiare eſt, duæ Miſſæ ponuntur, una de inventione Baſilicæ S. Michaelis, ut puto, in Monte Gargano, altera de Dedicatione Baſilicæ Sancti Michaelis, quæ Romæ a Papa Bonifacio peracta eſt: Prima in Miſſali Romano impreſſo ponitur die VIII. Maji, altera hac die recoli videtur; ſed Orationes diverſæ ſunt ab illis, quæ in noſtro Miſſali leguntur, earumque differentiam characterum diſſimilitudine, ut hactenus factum eſt, indicavi.

Digitized by Google

hominumque diſpenſas : concede propitius ; ut à quibus tibi miniſtrantibus in cœlo ſemper aſſiſtitur, ab his in terra vita noſtra muniatur. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore : Acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum, dicentes : Quis &c. qui in cœlis eſt.

SECRETA.

Munus tui populi, Domine, quæſumus, dignanter aſſume, quod non tibi noſtris meritis acceptum efficitur, id ſancti Angeli tui Michaelis deprecatione gratum Majeſtati tuæ reddatur. Per.

AD COMPLENDUM.

Beati Archangeli tui Michaelis interceſſione ſuffulti, ſupplices te, Domine, deprecamur : ut quod ore proſequimur, contingamus & mente. Per.

DEDICATIO BASILICÆ S. MICHAELIS.

ORATIO.

Da nobis omnipotens Deus in beati Archangeli tui Michaelis eo tenus honore proficere : ut cujus in terris gloriam prædicamus, ipſius precibus adjuvemur in cælis. Per Dominum.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore, ut ſupra.

SECRETA.

Adeſto plebis tuæ oblationibus miſericors Deus : & ut gratiæ tuæ beneficia potiora percipiat, beati Archangeli tui Michaelis fac eam ſupplici deprecatione ſublevari. Per Dominum.

AD

AD COMPLENDUM.

Repleti, Domine, benedictione cœleſti Majeſtatem tuam ſuppliciter deprecamur: ut beati Archangeli tui Michaelis interceſſionibus ad vitam nobis proficiat ſempiternam. Per.

(1) II. KALENDAS OCTOBRIS.

(Hoc eſt die 30. Septembris.)

S. HIERONYMI PRESBYTERI.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui Eccleſiæ tuæ beatum Hieronymum Confeſſorem Scripturæ ſanctæ verum interpretem, & tractatorem Catholicum tribuiſti, concede propitius: ut ejus erudita doctrinis ſtabili fide in veneratione tui nominis, & agnitione proficiat. Per.

SECRETA.

Munera, quæ deferimus, Domine, benignus aſſume: & quia noſtris impediuntur offenſis, beati Hieronymi Confeſſoris tui precibus adjuvemur. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumpſimus, Domine, divina myſteria, beati Hieronymi Confeſſoris tui ſolemnitate lætantes ..... ad gloriam, ita nobis, quæſumus, ad veniam prodeſſe perficias. Per.

NO-

(1) In Sacramentario Pamelii, & Menardi deeſt Miſſa in Natali S. Hieronymi, ſed ea habetur in Sacramentariis Palat. Vat. 495. & 496., & in Miſſali plenario 4770. & in Sacramentario ſimiliter Vatic. 4772., quod ad Monachos pertinuiſſe ſupra dictum eſt, & in Codice Ratoldi, ut affirmat Menardus, qui inſuper ex his verbis præfationis *repetita ſolemnitate &c.* putat olim in Eccleſia celebratam fuiſſe duplicem de S. Hieronymo ſolemnitatem. In Miſſali Vallicel. ſign. lit. B. n. VIII. nunc lit. E. n. 15. extat integra Miſſa, quam in honorem Sanctiſſimi Doctoris in Appendice adſcribam.

Digitized by Google

NONIS OCTOBRIS
(Ideſt 7. die ejuſdem menſis .)
(1) NATALE SS. MARCI PAPÆ, Sergii, & Bacchi.

ORATIO.

Exaudi, Domine, *quæſumus* preces noſtras: & interveniente beato Marco Confeſſore tuo atque Pontifice, *ſupplicationes noſtras placatus intende*. Per.

ALIA ORATIO.

Sanctorum Martyrum tuorum nos, Domine, Sergii, & Bacchi beata merita proſequantur: & tuo ſemper proficiant amore ferventes. Per.

SECRETA.

Benedictio tua, Domine, larga deſcendat, quæ & munera noſtra tibi reddat accepta, & deprecante ſancto Mar-

---

(1) In omnibus Sacramentariis Gregorianis habetur hac die Miſſa Sancti Marci Papæ, de SS. Martyribus Sergio, & Baccho nulla eſt mentio. Itaque in noſtro Miſſali, quod ad Monachos Baſilicæ Lateranenſis pertinuiſſe dixi, ideo Miſſam in die Natali Sanctorum Sergii, & Bacchi, retenta illa S. Marci Papæ, legi exiſtimo, quia Paſchalis I., qui Pontifex renunciatus eſt anno 817., Monaſterium SS. Sergii, & Bacchi prope Baſilicam Lateranenſem ſitum reſtituit, & in eo præter Ancillas Dei Monachorum Congregationem collocavit, qui in Lateranenſi Eccleſia laudes die, noctuque, ut in Præfatione dictum eſt, perſolverent. In Miſſali autem impreſſo Miſſa eſt de S. Marco Papa cum commemoratione non ſolum SS. Sergii, & Bacchi, ſed etiam Marcelli, & Apuleji: Prima Oratio, ſeu Collecta, & Poſtcommunio, ſeu Oratio ad Complendum eædem ſunt ac illæ noſtri Codicis, hoc ſolum diſcrimine, quod ibi, ut dixi, SS. MM. Sergio, & Baccho adduntur nomina Sanctorum Marcelli, & Apuleji.

Digitized by Google

Marco Confeſſore tuo, atque Pontifice, nobis ſacramentum redemptionis efficiat. Per.

ALIA SECRETA.

Majeſtatem tuam, Domine, quæſumus, ut hæc hoſtia nos tibi reddat acceptos, quam immolantes te circa nos placatum efficiat, & tuorum Sergii, & Bacchi digna poſtulatione ſanctorum ad gaudia æterna perducat. Per.

AD COMPLENDUM.

Da quæſumus Domine, fidelibus tuis ſanctorum tuorum ſemper veneratione lætari, *& beati Marci Confeſſoris tui, atque Pontificis interceſſione*, eorumque perpetua ſupplicatione muniri. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Sacramentis, Domine, muniamur acceptis, ut ſanctorum tuorum Sergii, & Bacchi interceſſione contra omnes nequitias irruentes, armis cœleſtibus protegamur. Per.

VIII. IDUS OCTOBRIS.

(Ideſt nona die ejuſdem menſis.)

(1) SS. DIONYSII, RUSTICI, ET ELEUTHERII.

ORATIO.

Deus, qui hodierna die beatum Dionyſium martyrem

(1) Non octavo, ſed ſeptimo idus Octobris (nempe nona ejuſdem menſis) in latinis Martyrologiis recolitur dies Natalis SS. Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii; ſed in Codice Remenſi, & Ratoldi ſeptimo Idus ponitur Miſſa in vigilia dictorum Sanctorum, ſequenti autem, hoc eſt octavo Idus, Miſſa in Natali, ut tradit Menardus. Miſſam in Natali eorumdem habent etiam Sacramentaria Pal. Vatic. 495. & 496., & Miſſale plenarium Vatic. 4770.

tyrem tuum atque Pontificem, virtute conſtantiæ in paſſione roboraſti: quique illi ad prædicandum Gentibus gloriam tuam, Ruſticum & Eleutherium ſociare dignatus es: tribue nobis, quæſumus, eorum imitatione pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla ejus adverſa formidare. Per.

SECRETA.

Pro honore ſanctorum tuorum martyrum Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii oblata tibi, Domine, populi tui munera quæſumus propitius ſuſcipe, & eorum nobis interceſſione ſanctifica. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumptis, Domine, [a] *quæſumus, ſacramentis cæleſtibus*, intercedentibus beatis martyribus tuis Dionyſio, Ruſtico, & Eleutherio, ad redemptionis æternæ proficiamus augmentum. Per.

III. IDUS OCTOBRIS.

(Ideſt 13. ejuſdem menſis.)

(1) S. CALISTI PAPÆ.

ORATIO.

Deus, qui nos conſpicis ex noſtra infirmitate deficere, *beato Calliſto Confeſſore tuo, atque Pontifice ſuffragante*, ad amorem tuum nos miſericorditer per ſanctorum tuorum exempla reſtaura. Per.

SE-

a Domine, ſacramentis, quæſumus: ut intercedentibus *in ed.*

(1) In omnibus Calendariis, Martyrologiis, Sacramentariis, Miſſalibus tam manuſcriptis, quàm impreſſis pridie Idus Octobris recolitur dies Natalis S. Caliſti Papæ, & Martyris, ideoque mendum videtur eſſe in Codice, & legendum II., vel Prid. Id. &c.

Digitized by Google

SECRETA.

Myſtica nobis, Domine, *hæc* proſit oblatio: quæ nos & à reatibus noſtris expediat, *&* [a] *intercedente beato Calliſto Confeſſore tuo, atque Pontifice* perpetua ſalvatione confirmet. Per.

AD COMPLENDUM.

Quæſumus omnipotens Deus: ut [b] *reatum noſtrum* munera ſacrata purificent; & [c] *per interceſſionem beati Confeſſoris tui Calliſti, atque Pontificis* rectè vivendi nobis operentur effectum. Per.

XV. KALENDAS NOVEMBRIS

(Ideſt 18. die menſis Octobris.)

S. LUCÆ EVANGELISTÆ.

ORATIO.

Interveniat pro nobis, quæſumus Domine, ſanctus tuus Lucas Evangeliſta: qui crucis mortificationem jugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portavit. Per Dominum.

SECRETA.

Donis cœleſtibus da nobis, quæſumus Domine, libera tibi mente ſervire: ut munera, quæ deferimus, interveniente beato Evangeliſta tuo Luca, & medelam nobis operentur, & gloriam. Per.

AD COMPLENDUM.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus: ut quod de ſancto altari tuo accepimus, precibus beati Evangeliſtæ

a *deſunt in ed.* b reatus noſtros *in ed.*
c *deſunt in ed.*

Digitized by Google

tui Lucæ, ſanctificet animas noſtras, per quod tuti eſſe poſſimus. Per.

VI. KALENDAS NOVEMBRIS

(Hoc eſt die 27. menſis Octobris.)

(1) IN VIG. APOST. SIMONIS, ET JUDÆ.

ORATIO.

Concede, quæſumus omnipotens Deus: ut ſicut Apoſtolorum tuorum Simonis & Judæ glorioſa natalitia prævenimus; ſic ad tua beneficia promerenda, majeſtatem tuam pro nobis ipſi præveniant. Per.

SECRETA.

Muneribus noſtris, Domine, ſanctorum Apoſtolorum tuorum Simonis & Judæ feſta præcedimus, te ſuppliciter deprecantes: ut quæ conſcientiæ noſtræ præpediuntur obſtaculis, illorum meritis grata reddantur. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumpto, Domine, ſacramento, ſuppliciter deprecamur: ut intercedentibus beatis Apoſtolis tuis Simone & Juda, quod temporaliter gerimus, ad vitam capiamus æternam. Per.

IN DIE AD MISSAM.

ORATIO.

Deus, qui nos per beatos Apoſtolos tuos Simonem & Judam, ad agnitionem tui nominis venire tribuiſti:

(1) Miſſa in Vigilia, & in Feſto SS. Apoſtolorum Simonis, & Judæ non habetur in Sacramentario Pamelii, & Muratorii; ſed extat in illo Menardi, Angeli Rocchæ, & aliis Sacramentariis, & Miſſalibus, præſertim Monaſticis; ſicut etiam Miſſa in Natali S. Lucæ.

ſti : da nobis eorum gloriam ſempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per.

SECRETA.

Gloriam, Domine, ſanctorum Apoſtolorum tuorum Simonis & Judæ perpetuam venerantes, quæſumus: ut eam, ſacris myſteriis expiati, digniùs celebremus. Per.

AD COMPLENDUM.

Perceptis, Domine, ſacramentis, ſuppliciter exoramus: ut intercedentibus beatis Apoſtolis tuis Simone & Juda, quæ pro illorum veneranda gerimus paſſione, nobis proficiant ad medelam. Per.

PRIDIE KAL. NOVEMBRIS

(Hoc eſt die 31. Octobris.)

(1) VIGILIA OMNIUM SANCTORUM.

ORATIO.

Domine Deus noſter, multiplica ſuper nos *miſericor-*

(1) Miſſa in vigilia omnium Sanctorum, & in eorum die Feſto extat in Sacramentario Pamelii, Menardi, aliiſque, quæ ſæculo VIII., & IX., & ſubſequentibus temporibus ſcripta ſunt: Deeſt in Sacramentario Muratorii, ſed habetur Oratio, quæ inſcribitur: *Collecta ad SS. Coſmam, & Damianum*; & poſtea Orationes *Ad Miſſam* in Natali Sancti Cæſarii. In noſtro autem Miſſali adduntur Orationes pro commemoratione depoſitionis S. Hilarii Epiſcopi Pictavienſis. In Martyrologio quidem Bedæ, Adonis, alii'que, ejus memoria recolitur Idibus Januarii, hoc eſt die 13. ejuſdem menſis, nihilominus diem ejus depoſitionis eſſe ſtatuendum Calendis Novembris, quo die in aliquibus vetuſtis Martyrologiis commemoratio de Sancto Hilario occurrit, cenſere videntur Patres Benedictini, qui edendis Sanctiſſimi Epiſcopi operibus allaborarunt. Nam relatâ prius eorum, qui putant, Sanctum Hilarium die 13. Januarii anno

Digitized by Google

ricordiam tuam : & quorum prævenimus glorioſa ſolemnia , tribue ſubſequi in ſancta *profectione* lætitiam . Per.

SE-

---

ann. 367. mortem in Domino obiiſſe , ſententiâ , qua cum affirmant minus commode componi poſſe Hieronymi , & Gregorii Turonenſis verba , deinde hæc ſubjiciunt : *Neque vero Hilarii memoria ita in omnibus veteribus libris ad uſum Eccleſiaſticorum Officiorum conſecratis conſignatur Idibus Januariis , ut non etiam aliter , puta aut alia Januarii die , aut 26. Junii , aut Calendis Novembribus in iis recolatur .* Et deinde nonnullis interjectis ita proſequuntur . *Nam etſi non ita multi , antiquitate tamen nihilo inferiores ſunt , nec ad noſtros Ritus exacti Codices , in quibus S. Hilarii feſtivitas Cal. Novembris recenſetur . Hoc die in vetuſto exemplari Eccleſiæ S. Gatiani Turonenſis habentur quinque Miſſæ , prima de omnibus Sanctis , ſecunda de S. Cæſario , tertia , & quarta item de omnibus Sanctis , quinta de S. Hilario &c.* Et Edmundus Martene de antiquis Eccleſiæ Ritibus *tom.* 3. *lib. IV. cap.* 34. §. 27. agens de Feſto omnium Sanctorum ſcribit : in Codice Regio Cal. Novembris haberi Miſſas , unam ſcilicet de S. Cæſario , alteram de S. Hilario : In Pontificali autem Ecberti Eboracenſis Archiepiſcopi haberi quatuor benedictiones , quarum tertiam hunc titulum habere : *Item Kalendis Novembris Natalis Sancti Hilarii Epiſcopi* . Poſtea hæc alia adjungit: *In uno Codice inſignis Eccleſiæ Turonenſis annorum* 800. *Cal. Novembris tres Miſſæ habentur : Prima de omnibus Sanctis : Secunda de S. Cæſario : Tertia de S. Hilario . In alio denique Codice ejuſdem Eccleſiæ conſimilis ætatis quinque occurrunt Miſſæ . Primæ præfigitur hic titulus :* NATALE OMNIUM SANCTORUM . *Secundæ :* EADEM DIE NATALE S. CÆSARII . *Tertiæ :* ITEM ALIA MISSA IN NATALITIIS OMNIUM SANCTORUM . *Quartæ :* ITEM ALIA MISSA . *Quintæ :* EADEM DIE SOLEMNITAS S. HILARII EPISCOPI , ET CONFESSORIS . *Nec mireris hic de S. Hilario Epiſcopo Pictavienſi Miſſam appoſitam fuiſſe ; nam memini me legiſſe in charta quadam Majoris-monaſterii feſtivitatem S. Hilarii in Calendis Novembris , quo die etiam reperitur in vetuſtis Martyrologiis mss. Caſali-Benedicti , & Monaſterii S. Georgii prope Rothomagum.*

Digitized by Google

SECRETA.

Altare tuum, Domine, muneribus cumulamus oblatis: da quæſumus; ut ad ſalutem noſtram, omnium Sanctorum tuorum precatione proficiant, quorum ſolemnia ventura præcurrimus. Per.

AD COMPLENDUM.

Sacramentis, Domine, & gaudiis *optata celebritate* expletis, quæſumus: ut eorum precibus adjuvemur, quorum recordationibus exhibentur. Per.

KALENDIS NOVEMBRIS.

(1) OMNIUM SANCTORUM,

& Cæſarii, & Hilarii.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita ſub una tribuiſti celebritate venerari: quæſumus; ut deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per.

ALIA ORATIO.

Deus, qui nos beati martyris tui Cæſarii annua ſolemnitate lætificas, concede propitius, ut cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per.

ALIA

(1) De Feſtivitate omnium Sanctorum, & dedicatione Baſilicæ Sanctæ Mariæ nihil dicam, ne deſcribendis hoc loco iis, quæ ab Emo Baronio, Menardo, Martene, Sollerio, Baillet, Thomaſſino, Merato, Dominico Georgio, aliiſque doctis viris literis tradita ſunt, majori tædio hæc noſtra legentes afficiam; ſi quis ea ſciendi cupidus fuerit, illorum libros, & commentaria adire poterit.

Digitized by Google

ALIA ORATIO.

Deus, qui nos ad ſancti Hilarii Confeſſoris tui, atque Pontificis depoſitionem tribuiſti pervenire lætantes; præſta quæſumus: ut ſicut celebramus officiis, ita juvemur auxiliis. Per.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Videns Jeſus turbas &c. copioſa eſt in cœlis.

SECRETA.

Munera tibi, Domine, noſtræ devotionis offerimus: quæ & pro cunctorum tibi grata ſint honore juſtorum; & nobis ſalutaria, te miſerante, reddantur. Per Dominum.

ALIA SECRETA.

Hoſtias tibi, Domine, beati Cæſarii martyris tui dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue pervenire ſubſidium. Per.

ALIA SECRETA.

Sancti Hilarii tibi precibus, Domine quæſumus, grata reddatur oblatio, pro cujus eſt depoſitione immolanda. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Sanctorum omnium glorioſa confeſſione Deus tribue nobis timorem nominis tui, quod etiam initium ſapientiæ prædixiſti, ut per hæc ſancta, quæ ſumpſimus, tuorum admixti conciliis, miſericordiæ tuæ dapibus ſaginemur. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Quæſumus omnipotens Deus, ut qui cæleſtia alimenta per-

Digitized by Google

percepimus, intercedente beato martyre tuo per hæc contra omnia adverſa muniamur. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Sumpſimus, Domine, pignus redemptionis æternæ, ſit nobis quæſumus, interveniente beato Hilario vitæ præſentis auxilium, pariter & futuræ. Per.

VI. IDUS NOVEMBRIS.

(1) SS. CLAUDII, NICOSTRATI, Symphoriani, Caſtorii, & Simplicii.

ORATIO.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut qui glorioſos martyres Claudium, & Nicoſtratum, Symphorianum, Caſtorium, atque Simplicium fortes in ſua confeſſione cognovimus; pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per.

SECRETA.

Benedictio tua, Domine, larga deſcendat: quæ & munera noſtra, deprecantibus ſanctis tuis, reddat accepta, & nobis ſacramentum redemptionis efficiat. Per.

AD

(1) Sexto Idus Novembris, hoc eſt octava die ejuſdem menſis, in Sacramentario Pamelii, Menardi, & Muratorii hujuſmodi habetur inſcriptio: *Natale SS. Quatuor Coronatorum*: Deinde in Orationibus, quæ ſubduntur, nominantur, ut in noſtro Codice, Claudius, Nicoſtratus, Symphorianus, Caſtorius, atque Simplicius; an iſti Sancti diſtinguendi ſint a Quatuor Coronatis, quorum nomina dicuntur eſſe, Severus, Severianus, Carpophorus, & Victorinus, ex confuſa lectione Eccleſiaſticorum monumentorum dubitatur. Diſtinguuntur quidem in Romano Martyrologio ad hanc diem, & diſtinguendos eſſe putant Cardinalis Baronius, Menardus *in notis ad Sacramentarium*, Solerius *in notis ad Uſuardum*, & Dominicus Georgius *in notis ad Adonem*, & alii.

Ad Complendum.

Cæleſtibus refecti ſacramentis, & gaudiis, ſupplices te, Domine, deprecamur, ut quorum gloriamur triumphis, protegamur auxiliis. Per.

V. IDUS NOVEMBRIS.

(1) S. THEODORI.

Oratio.

Deus, qui nos beati Theodori martyris tui confeſſione glorioſa circumdas & protegis: præſta nobis ex ejus imitatione proficere, & oratione fulciri. Per.

Se-

(1) In Miſſali Romano hac die Miſſa eſt de dedicatione Baſilicæ Salvatoris, cum commemoratione tantum S. Theodori; Orationes autem de S. Martyre eædem ſunt ac illæ noſtri Codicis. Quamvis die nona Novembris non extat in noſtro Miſſali Miſſa de dedicatione, nihilominus eadem die Feſtivitatem dedicationis noſtræ Lateranenſis Baſilicæ antiquitus celebratam fuiſſe, certos nos facit Calendarium, quod noſtro Miſſali licet magna ex parte mancum, & mutilum præfixum eſt; ſed Miſſa propria non legitur v. Idus, h. e. die nona, quia ut puto ſumebatur de communi dedicationis Eccleſiarum. In antiquo Lectionario, ſeu Paſſionali Sanctorum ejuſdem Baſilicæ extat antiqua lectio de dedicatione, quæ cum diverſa omnino ſit ab ea, qua nunc utimur, rem ingratam lectori haud facturum me puto, ſi hoc loco cum iiſdem mendis, quibus in Codice legitur, adſcribam.

Die ix. Menſis Novembris.

Dedicatio

BASILICÆ SALVATORIS.

Hodie, Fratres Kariſſimi, ſollemnitatem, & Salvatoris Templi dedicationem gaudenter celebramus: In qua nunc etiam oportunè ipſe Auctor omnium ſua benignitate Chriſtiano populo cuſtodire, & obſervare conceſſit: Quia ſollemnitate Salvatoris noſtra totius Redemptionis eſt.

Noſtra, inquam, quia vera & ſumma feſtivitas eſt; mortuos eſſe vitiis ſoli vivere juſtitiæ. Nam & Natalis dicitur, quo delictorum carcere liberati libertate rena-

a *Ex Cod. Baſil. Later. ſign. lib. C. de quo in Præfatione.*

Digitized by Google

SECRETA.

Suſcipe Domine fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum: & intercedente beato Theodoro martyre tuo, per hæc piæ devotionis officia, ad cœleſtem gloriam tranſeamus. Per.

AD COMPLENDUM.

Præſta nobis, quæſumus Domine, intercedente beato Theodoro martyre tuo; ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per.

(1) NATALE S. MARTINI.

ORATIO.

Deus, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſub-

renaſcimur Salvatoris. Unde Fratres bonum, & benignum habemus Salvatorem nullis noſtris meritis miſericordem requiſitorem. Inde bonus eſt, unde cantare poteſt: Dirupiſti vincula mea, Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Planè cum ſuis Sanctis feſtivitatem celebramus, præcipuè ejuſdem noſtri Salvatoris omni niſu feſtivitatem venerari, & cuſtodire debemus. Non terrenis vanitatibus, ſed ſpiritualibus refectionibus, ut recte ac ſecure in omni poſſimus invocare loco: Salva nos Chriſte Salvator, qui noſter dignatus eſſe fuiſti Plaſmator. Quapropter dilectiſſimi læti, & exultantes celebrate hunc diem. Iterumque Kariſſimi intentis auribus noſtram parvitatem audire dignemini, quatenus veri germani eſtote Chriſtiani. Nolite ergo imitari nomine Chriſtianos, & opere vanos.

Quia qui præcepta Dei obediunt, ſine fine gaudebunt: Qui verò contemnunt, ſine fine ardebunt. Et ſicut contemptoribus æterna mors, æterna miſeria; ita obedientibus æterna gloria, æternaque felicitas remunerabitur Salvator, idem Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amyn.

(1) III. Idus Novembris (id eſt XI. die Menſis ejuſdem) in Sacramentario Pamelii, & Menardi duæ Miſſæ habentur, prima

ſubſiſtimus: concede propitius: ut interceſſione beati Martini Confeſſoris tui atque Pontificis, contra omnia adverſa muniamur. Per.

EODEM DIE S. MENNÆ.

Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut qui beati Mennæ martyris tui natalitia colimus, interceſſione ejus in tui nominis amore roboremur. Per.

Secreta.

(1) Da miſericors Deus: ut hæc nos ſalutaris oblatio, & à propriis reatibus indeſinenter expediat, & ab omnibus tueatur adverſis. Per.

Alia Secreta.

Da nobis, Domine, quæſumus ſemper hæc tibi vota gratanter perſolvere, quibus ſancti Confeſſoris tui Martini depoſitionem recolimus, & præſta: ut ejus laudem tua gratia prædicemus. Per.

Ad Complendum.

Præſta quæſumus Domine Deus noſter: ut quorum

---

ma eſt de Natali Sancti Mennæ, altera de Natali Sancti Martini Epiſcopi Turonenſis; e diverſo in noſtro Miſſali, ut etiam in Miſſali Romano impreſſo, Orationes S. Martini præponuntur illis S. Mennæ, quia forte Romæ celebrior erat dies feſtus Sancti Martini, in cujus honorem antiqua Eccleſia fuit extructa, quæ etiam titulus Equitii dicta eſt.

(1) Hæc Oratio Secreta in Miſſali impreſſo legitur pro Sancto Martino, ut etiam in Sacramentario Pamelii; e diverſo in noſtro Codice ponitur pro Sancto Menna, ordine tamen præpoſtero, cum poſt ſequentem Secretam de S. Martino poni deberet. Quæ vero eſt Secreta de eodem Sancto Epiſcopo in noſtro Codice, neque in Sacramentario Pamelii, neque Menardi extat.

Digitized by Google

rum feſtivitate votiva ſunt ſacramenta, eorum interceſſione ſalutaria nobis reddantur. Per.

Alia ad Complendum.

Da, quæſumus Domine Deus noſter: ut ſicut tuorum commemoratione Sanctorum, temporali gratulamur officio, ita perpetuo lætemur aſpectu. Per.

NATALE S. CÆCILIÆ VIRGINIS.

Oratio.

Deus, qui nos annua beatæ Cæciliæ virginis & martyris tuæ ſolemnitate lætificas: da, ut quam veneramur officio, etiam piæ converſationis ſequamur exemplo. Per.

Secreta.

Hæc hoſtia, Domine, placationis & laudis, quæſumus; ut [a] *interveniente* beata Cæcilia virgine & martyre tua, nos propitiatione tua dignos ſemper efficiat. Per Dominum.

Ad Complendum.

Satiaſti, Domine, familiam tuam muneribus ſacris: ejus quæſumus ſemper interventione nos refove, cujus ſolemnia celebramus. Per.

(1) S. CLEMENTIS, ET S. COLUMBANI.

Oratio.

Deus, qui nos annua beati Clementis martyris tui atque Pontificis ſolemnitate lætificas: concede propitius;

a intercedente *in edit.*

(1) IX. Cal. Dec. (hoc eſt XXIII. die menſis Novembris) in omnibus Sacramentariis Gregorianis invenitur Miſſa in Natali S. Cle-

tius; ut cujus natalitia colimus, virtutem quoque paſſionis imitemur. Per.

ALIA ORATIO.

Deus, qui nos ſancti Columbani Sacerdotis, & Confeſſoris tuì annua beatæ confeſſionis ſolempnitate lætificas, præſta quæſumus, ut callidâ hoſtis incurſione, tua freti virtute, devictâ, pervenire ad gaudia, ipſo intercedente, mereamur æterna. Per.

SECRETA.

Munera tibi, Domine, oblata ſanctifica: & intercedente beato Clemente martyre tuo, atque Pontifice, per

S. Clementis Papæ, & S. Felicitatis. At in noſtro Miſſali adduntur Orationes de S. Columbano, de quo vulgatus Ado agit die XXI. Novembris his verbis: *In Italia Monaſterio Bobio Sancti Columbani Abbatis, qui multorum Cænobiorum fundator, & innumerabilium Pater extitit Monachorum, multiſque virtutibus clarus quievit in ſenectute bona*: Cum eo concordat Uſuardus, & alii recentiores, ut inquit Baronius in notis ad Martyrologium. At verò Apographa Adonis, quæ habuit Dominicus Georgius, Natalem diem Sancti Columbani recolunt die 23., ut in noſtro Miſſali; ita etiam Martyrologium Fuldenſe. Hinc autem orta eſt quæſtio de vera Martyrologii enunciatione, de qua videri poteſt Sollerius, & Bowilartius *in notis ad Uſuardum*, & Domin. Georgius *in not. ad Adonem*. Quod vero ad rem noſtram pertinet: hinc aperte colligitur, noſtrum Miſſale Monaſticum eſſe, & ad Monachos pertinuiſſe. Nam Orationes de S. Columbano in Miſſalibus, ſeu Sacramentariis ejuſdem ætatis, quæ ad Eccleſias Clericorum ſive ſeparatim, ſive in communi viventium pertinent, nullibi occurrunt. E diverſo Edmundus Martene in tractatu de antiquis Monachorum Ritibus *lib. 4. cap. 9.* ſcribit: *IX. Calend. in præfato Corbeje Calendario vetuſtiſſimo legitur, Natale S. Clementis, & Felicitatis, & S. Columbani*, quorum Sanctorum memoria ſimiliter in noſtro Miſſali eodem die recolitur.

Digitized by Google

per hæc nos a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per Dominum.

Alia Secreta.

Oblatis tibi muneribus, quæſumus Omnipotens, propitiatus intende: ut, intercedente ſancto Columbano Sacerdote, & Confeſſore tuo, & ab occulta inſidiatoris impulſione fragilitatem noſtram tueantur illæſam, & Angelicis manibus ſuſcepta ſacratis, ante conſpectum glorioſæ, & tremendæ Majeſtatis tuæ in odorem ſuavitatis alacriter deferantur. Per.

Ad Complendum.

Corporis ſacri, & pretioſi ſanguinis repleti libamine, quæſumus Domine Deus noſter: ut, quod pia devotione gerimus, intercedente beato Clemente martyre tuo atque Pontifice, certa redemptione capiamus. Per eumdem.

Alia ad Complendum.

Sumpto, Domine, ſacroſancto redemptionis myſterio, deprecamur: ut ſalutaris hujus myſterii plenitudine roborati, & Sacerdotis, & Confeſſoris tui Columbani ſaluberrimo beatæ interceſſionis præſidio fulti, ad plenæ feſtivitatis gaudia pervenire mereamur æterna. Per.

EADEM DIE
SANCTÆ FELICITATIS.

Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut beatæ Felicitatis martyris tuæ ſolemnia recenſentes, meritis ipſius protegamur & precibus. Per.

Se-

SECRETA.

Vota populi tui, Domine, [a] *propitius* intende: & cujus nos tribuis ſolemnia celebrare, fac gaudere ſuffragiis. Per.

AD COMPLENDUM.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: ut, intercedentibus Sanctis tuis, & tua in nobis dona multiplices, & tempora noſtra diſponas. Per.

(1) SS. CHRYSOGONI, ET PROSPERI.

ORATIO.

Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris: ut qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beati Chryſogoni martyris tui interceſſione liberemur. Per.

ALIA

a propitiatus *in edit.*

(1) VIII. Calendas Decembris, ideſt 24. die menſis Novembris, in Sacramentario Pamelii, Menardi, & Muratorii ponitur Miſſa in Natali Sancti Chryſogoni Martyris, quæ habetur etiam in Miſſali Romano impreſſo. At verò in noſtro Miſſali Chryſogono adjungitur Proſper Martyr. Duo Proſperi Epiſcopi in Martyrologio Romano commemorantur, nempe Aquitanus, ut plures putant, Epiſcopus Regienſis, & alter Epiſcopus Aurelianenſis; de primo agitur die 25. Junii, de altero 29. menſis Julii. Quorum primus non ſolum eruditione ac pietate, ſed ſcriptis & certaminibus contra Pelagianos pro Fide Catholica ſuſceptis clarus ac inſignis fuit. Sed neuter eorum Martyr fuit, itaque is eſſe nequit, de quo hac die noſtrum Miſſale. Quare quis ſit Proſper iſte martyr, me prorſus latet; veterem enim aut recentiorem ſcriptorem, qui ejus meminerit, reperi neminem; ideo nihil habeo, quod de eo adnotare poſſim. Illud quidem ſilentio prætereundum non eſt, quia obſervatione dignum, nec memoriæ ſuccurrit, an in aliis Miſſalibus, ſeu Sacramentariis habeatur, quod cum duæ ponantur Collectæ, & duæ Orationes ad Complendum, una pro S. Chryſogono, altera pro S. Proſpero; una tantum ponitur Secreta, utrique communis.

Digitized by Google

ALIA ORATIO.

Deus, qui nos annua beati Proſperi tui ſolemnitate lætificas, concede propitius, ut cujus natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per.

SECRETA.

Oblatis, Domine, quæſumus placare muneribus, & intercedentibus beatis Chryſogono, & Proſpero martyribus tuis à cunctis nos defende periculis. Per.

AD COMPLENDUM.

Tui, Domine, perceptione ſacramenti, & à noſtris mundemur occultis, & ab hoſtium liberemur inſidiis. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Hæc nos, Domine, communio purget à crimine, intercedente beato Proſpero martyre tuo cæleſtibus remediis faciat eſſe conſortes. Per.

(1) VIGILIA S. ANDREÆ APOSTOLI, & Natale SS. Saturnini, & Chryſanthi.

ORATIO.

Quæſumus omnipotens Deus: ut beatus Andreas Apo-

(1) In Sacramentariis Pamelii, & Menardi III. Calendas Decembris, ideſt 29. die menſis Novembris duæ Miſſæ deſignantur, quarum prima eſt de Natali Sancti Saturnini, altera de Vigilia Sancti Andreæ Apoſtoli. De Sancto autem Chryſantho ne verbum quidem: in noſtro autem Miſſali Miſſa eſt de Vigilia cum commemoratione Sanctorum Saturnini, & Chryſanthi. Profecto Menardus ad verba iſta: *III. Calendas Natale Sancti Saturnini*, hæc ſubjicit: *In Codice Remenſi additur &* CHRYSANTHI, *& communes ſunt utriuſque Martyris collectæ, & recte qui-*

Apoſtolus *tuus* pro nobis imploret *ſubſidium*; ut à noſtris reatibus abſoluti, à cunctis etiam periculis eruamur. Per Dominum.

ALIA ORATIO.

Beatorum martyrum tuorum, Domine, Saturnini, & Chryſanthi adſit oratio: ut quos obſequio veneramur, pio jugiter expiemur auxilio. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Stabat Joannes &c. & deſcendentes ſupra Filium hominis.

SECRETA.

Sacrandum tibi, Domine, munus offerimus: quo beati Andreæ Apoſtoli ſolemnia recolentes, purificationem quoque noſtris mentibus imploramus. Per.

ALIA SECRETA.

Populi tui, Domine, tibi grata ſit hoſtia, quam natalitiis ſanctorum Saturnini, & Chryſanthi ſolempnitatibus immolamus. Per.

AD

quidem. Affert deinde diverſa Martyrologia mss., in quibus eadem die Saturnini, & Chryſanthi nomina leguntur. Et quidem in Sacramentariis Gregorianis, licet hac die S. Chryſanthus prætermittatur, in Sacramentario tamen Gelaſiano (a) Chryſanthus una cum Saturnino, aliiſque paſſionis Sociis hac die in Sacrorum celebratione colitur.

Quæ autem in noſtro Codice poſt Vigiliam S. Andreæ ſequuntur, alia manu, & paulo recentiori charactere ſcripta videntur. Itaque Orationes, quæ leguntur etiam in Miſſali Romano edito, ut brevitati conſulam, dumtaxat indicabo, cæteras vero, quæ in eo non extant, integras adſcribam.

a *Sacram. Gelaſ. pag.* 177.

Digitized by Google

AD COMPLENDUM.

Perceptis, Domine, ſacramentis, ſuppliciter exoramus: ut intercedente beato Andrea Apoſtolo tuo, quæ pro illius veneranda gerimus paſſione, nobis proficiant ad medelam. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Myſteriis, Domine, repleti ſumus, votis, & gaudiis; præſta quæſumus: ut interceſſione ſanctorum martyrum tuorum Saturnini, & Chryſanti, quæ corporaliter agimus, ſpiritualiter conſequamur. Per.

NATALE S. ANDREÆ.

ORATIO.

Majeſtatem &c.

SECUNDUM MATTHÆUM.

Ambulans Jeſus &c.

SECRETA.

Sacrificium &c.

AD COMPLENDUM.

Sumpſimus &c.

IN VIGILIA UNIUS APOSTOLI.

(1) *Quæſumus, omnipotens Deus, ut beatus Apoſtolus tuum pro nobis imploret auxilium: ut à noſtris reatibus abſoluti, à cunctis etiam periculis eruamur. Per.*

SECRETA.

Muneribus noſtris beati Apoſtoli tui N. feſta prævenimus; præſta quæſumus; ut qui conſcientiæ noſtræ præpedimur

(1) Hæc prima Oratio habetur in Sacramentario Gregoriano edito a Muratorio.

Digitized by Google

dimur obſtaculis; ejus meritis pro nobis tibi grata reddantur. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumptis, Domine, cæleſtibus ſacramentis, Majeſtatem tuam ſuppliciter deprecamur: ut intercedente beato Apoſtolo tuo N., quod temporaliter gerimus, ad vitam capiamus æternam. Per.

IN VIGILIA UNIUS APOSTOLI.

ORATIO.

(1) *Concede nobis, quæſumus omnipotens Deus, venturum beati Apoſtoli tui N. ſolempnitatem congruo prævenire honore, & venientem digna celebrare devotione. Per.*

LECTIO EPISTOLÆ AD HEBREOS.

(2) Fratres: Unicuique &c. plenitudinis Chriſti.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Ego ſum vitis &c. impleatur.

SECRETA.

Accepta tibi ſit, Domine, quæſumus noſtræ devotionis oblatio, & ad ſancti Apoſtoli tui N. venturam puriores faciat venire feſtivitatem. Per.

AD COMPLENDUM.

Præſta nobis, æterne Salvator, ejus nos ubique protegi ora-

---

(1) Hæc, & aliæ ſequentes Orationes extant in Sacramentario Gregoriano Menardi.

(2) In Miſſali Romano edito aſſignatur alia Lectio ex Libro Sapientiæ: Et Evangelium, quod hic extat, ibi legitur in Miſſa: *De pluribus Martyribus tempore Paſchali.*

Digitized by Google

oratione, cujus natalitia per hæc ſancta, quæ ſumpſimus, votivo prævenimus obſequio. Per.

(1) LECTIO EPISTOLÆ B. PAULI APOSTOLI ad Epheſios.

Fratres: Jam non eſtis hoſpites &c. in Spiritu ſancto.

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ.

Beatus homo &c. rore concreſcunt.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Hoc eſt præceptum &c. det vobis.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Deſignavit Jeſus &c. mercede ſua.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Facta eſt contemptio &c. tribus Iſrael.

IN NATALE UNIUS MARTYRIS.

ORATIO.

(2) *Votivus nos, quæſumus Domine, beati Martyris tui N. natalis ſemper excipiat, qui & jucunditatem nobis tuæ glorificationis infundat; & tibi nos reddat acceptos. Per Dominum.*

(1) Lectiones, & Evangelia, quæ hic ſequuntur, excepto illo Evangelio ſecundùm Johannem: *Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Hoc eſt præceptum meum &c.* non ponuntur in Miſſali Romano pro Miſſa Vigiliæ unius Apoſtoli.

(2) Hæc Oratio legitur in Sacramentario Menardi.

Digitized by Google

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ.

Juſtus cor ſuum &c. in generationem.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis &c. in regno ſuo.

SECRETA.

Munera tibi Domine &c.

AD COMPLENDUM.

Sanctificet nos, quæſumus Domine, tui perceptio ſacramenti: & interceſſione Sancti N. Martyris tui, cujus celebramus feſtivitatem, tibi reddat acceptos. Per.

ALIA MISSA UNIUS MART. ET PONT.

Præſta, quæſumus, omnipotens Deus: ut nos beati N. Martyris tui, atque Pontificis interventio glorioſa commendet, ut quod noſtris actibus non meremur, ejus precibus aſſequamur. Per.

LECTIO EPISTOLÆ.

Chariſſime: Memor eſto &c. patientur.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Si quis vult &c. regnum Dei.

SECRETA.

Suſcipe, Domine, ſacrificium oblationis, & laudis, quod nos famulos tuos, interveniente beato N. Martyre tuo, atque Pontifice, & perducat ad veniam, & remedia conferat ſempiterna. Per.

AD COMPLENDUM.

Sacramenta, quæ ſumpſimus, Domine, beati N. Martyris

Digitized by Google

tyris tui, atque Pontificis interceſſione nobis fiant ſalutaria, in cujus commemoratione ſunt impleta. Per.

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ.

Beatus vir, qui &c. Eccleſia Sanctorum.

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ.

Beatus vir, qui in ſapientia &c. Dominus Deus noſter.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Si quis venit ad me &c. eſſe diſcipulus.

PLURIMORUM MARTYRUM.

ORATIO.

Deus, qui nos &c.

LECTIO AD HEBRÆOS.

Fratres &c. Sancti per fidem vicerunt regna &c. Jeſu Chriſto Domino noſtro.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Videns Jeſus turbas &c. in cœlis.

SECRETA.

Salutari ſacrificio, Domine, populus tuus ſemper exultet, quo & debitus honor ſacris martyribus exhibetur, & ſanctificationis tuæ munus acquiritur. Per.

AD COMPLENDUM.

Sacramenta, Domine, quæ pro Martyrum tuorum N. & N. beata paſſione percepimus, ipſorum nobis quæſumus interceſſione fiant ſalutaria, in quorum natalitiis exultant impleta. Per.

ALIA

Digitized by Google

ALIA MISSA PLURIMORUM.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui in ſanctorum tuorum cordibus flammam tuæ dilectionis accendis, da mentibus noſtris eamdem fidei, caritatiſque virtutem: ut quorum gaudemus triumphis, provocemur exemplis. Per.

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ.

Lingua ſapientium &c. diligitur à Domino.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Deſcendens Jeſus &c. multa eſt in cœlis.

SECRETA.

Hoſtias, Domine, tuæ plebis intende, & quas in honorem ſanctorum tuorum Martyrum N. & N. devota mente celebrant, proficere ſibi ſentiant ad medelam. Per.

AD COMPLENDUM.

Repleti, Domine, muneribus ſacris, quæſumus, intercedentibus ſanctis Martyribus tuis N. & N., in gratiarum ſemper actione maneamus. Per.

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ.

Reddet Deus mercedem &c. Domine Deus noſter.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Cum audieritis prælia &c. poſſidebitis animas veſtras.

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ.

Hi ſunt viri miſericordiæ &c. pronuntiet omnis Eccleſia ſanctorum.

SE-

Digitized by Google

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Ecce ego mitto vos &c. hic ſalvus erit.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Hæc mando vobis &c. quia odio habuerunt me gratis.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Nolite arbitrari, quia &c. & mercedem ſuam.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Loquente Jeſu ad turbas &c. ſoror, & mater eſt.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Attendite à fermento &c. coram Angelis Dei.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, Qui vos audit, me audit &c. ſunt in cœlis.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Videte, ne quis vos ſeducat &c. hic ſalvus erit.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Nihil &c. eſt in cœlis.

PRO CONFESSORE PONTIFICE.

ORATIO.

Miſericordiam tuam nobis, quæſumus Domine, interveniente beato N. Confeſſore tuo, atque Pontifice clemen-

ter

Digitized by Google

ter impende, & nobis peccatoribus ipſius propitiare ſuffragiis. Per.

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ.

Ecce Sacerdos magnus &c. in odorem ſuavitatis.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis &c. conſtituet eum.

SECRETA.

Sancti Confeſſoris tui, atque Pontificis N. nobis, Domine, pia non deſit oratio, quæ & munera noſtra conciliet, & tuam nobis indulgentiam ſemper optineat. Per.

AD COMPLENDUM.

Repleti, Domine, benedictione cæleſti, quæſumus: ut intercedente beato N. Confeſſore tuo, atque Pontifice, quæ humiliter gerimus, ſalubriter ſentiamus. Per.

ALIA MISSA PRO PONTIFICE CONFESSORE.

ORATIO.

Exaudi Domine &c.

AD HEBREOS.

Fratres: Omnis namque Pontifex &c. ſecundum ordinem Melchiſedech.

SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo quidam peregrè proficiſcens &c. Domini tui.

SECRETA.

Munera tibi dicata ſanctifica, & intercedente beato N. Con-

Digitized by Google

N. Confeſſore tuo, atque Pontifice, per eadem nos placatus intende. Per.

AD COMPLENDUM.

Ut nobis, Domine, tua ſacrificia dent ſalutem, beatus N. Pontifex quæſumus precator accedat. Per.

AD HEBRÆOS.

Fratres: Plures facti ſunt &c. Dominus noſter Jeſus Chriſtus.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis ſimilitudinem hanc: Homo quidam nobilis &c. ab eo.

IN NAT. CONFESS. QUI NON EST PONTIF.

ORATIO.

Adeſto, Domine &c.

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ.

Beatus vir, qui inventus &c. ſanctorum.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Sint lumbi &c. veniet.

SECRETA.

Hoſtias tibi, Domine, pro commemoratione ſancti N. Confeſſoris tui offerimus ſuppliciter deprecantes: ut ſicut illi tribuiſti ſacræ fidei largitatem, ſic nobis indulgentiam largiaris, & pacem. Per.

AD COMPLENDUM.

Sumptum, Domine, cæleſtis remedii Sacramentum ad perpetuam gloriam nobis provenire beatus N. Confeſſor optineat. Per.

Digitized by Google

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Nemo accendit &c. illuminabit te.

IN ABBATUM MISSA.

ORATIO.

Interceſſio &c.

SECRETA.

Sacris &c.

AD COMPLENDUM.

Protegat &c.

IN NAT. PLUR. CONF.

ORATIO.

(1) *Deus, qui nos ſanctorum tuorum Confeſſorum N. & N. confeſſionibus glorioſis circumdas, & protegis, da nobis & eorum imitatione, & interceſſione gaudere. Per.*

SECRETA.

Beatiſſimorum Confeſſorum tuorum, Domine, patrocinia poſtulantes, ſupplices quæſumus: ut has hoſtias, quas in honore eorum offerimus, pia devotione ſuſcipi jubeas. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Corporis ſacri, & pretioſi ſanguinis repleti libamine, quæſumus, Domine Deus noſter: ut quod pia devotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per.

IN

(1) Prima, & ultima Oratio extat in Sacramentario Gregoriano apud Muratorium, & Pamelium.

Digitized by Google

(1) IN NATALI VIRGINUM.

IN NATALI PLURIM. VIRGINUM.

ORATIO.

Domine Deus noſter multiplica ſuper nos gratiam tuam, & quarum celebramus glorioſa certamina, tribue in ſancta confeſſione victoriam. Per.

SECRETA.

Intende, Domine, munera, quæſumus, Altaribus tuis pro Sanctarum tuarum N. commemoratione propoſita, & ſicut per hæc beata myſteria N. gloriam contuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per.

AD COMPLENDUM.

Auxilientur nobis, Domine, ſumpta myſteria, & intercedentibus beatis Virginibus tuis, ſempiterna protectione confirment. Per.

(2) IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

ORATIO.

Deus, qui nobis &c.

(1) Duæ Miſſæ leguntur in noſtro Codice pro Natali Virginum. Orationes autem, Epiſtolæ, & Evangelia eadem ſunt, ac illa, quæ leguntur in vulgato Miſſali Romano in ſecunda Miſſa: *Pro Virgine & Martyre*: & in alia: *pro Virgine tantum*: ideo brevitatis ſtudio omittuntur.

(2) Sermonem de Eccleſiarum Dedicatione, ex antiquo Codice Vaticano deſcriptum, in quo veteres Conſecrationis Eccleſiarum ritus referuntur, & myſtice exponuntur, in Appendice exhibebo. Huic adjungam alium ſermonem de Conſecratione ſacroſanctæ noſtræ Baſilicæ Lateranenſis, quem ex antiquo Homiliario ejuſdem Eccleſiæ deſcripſi. Is ſermo diverſus eſt ab altero, quem in Præfatione edidi; ſed ex illo adornatæ ſunt lectiones, quæ nunc in Romano Bre-

Digitized by Google

LECTIO LIBRI APOC. JOANNIS APOSTOLI.

In diebus illis vidi Civitatem &c. omnia.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Ingreſſus Jeſus perambulabat Jericho &c. perierat.

SECRETA.

Annue quæſumus &c.

AD COMPLENDUM.

(1) *Deus, qui Eccleſiam tuam, ſponſam vocare dignatus es, ut quæ habet gratiam ex fidei devotione, haberet etiam ex nomine pietatem: da, ut omnis hæc Plebs nomini tuo ſerviens, hujus vocabuli conſortio digna eſſe mereatur, & Eccleſia tua in Templo, cujus anniverſarius dedicationis dies hodie celebratur, tibi collecta, te timeat, te diligat, te ſequatur, ut dum jugiter per veſtigia tua graditur, ad cæleſtia promiſſa te ducente pervenire mereatur. Qui tecum.*

MISSA OMNIUM SANCTORUM.

ORATIO.

(2) Concede &c.

SE-

Breviario leguntur. Demum pro coronide addam egregiam Orationem, quam habuit Sanctiſſimus Dominus Noſter Benedictus XIV., cum Eccleſia a fundamentis reædificata in honorem S. Apollinaris prope Forum Agonale ſolemni ritu conſecrata eſt.

(1) Hæc Oratio legitur in Sacramentariis Gregorianis Menardi, & Muratorii.

(2) Tres ſequentes Orationes leguntur in fine Miſſalis Romani numero primo inter Orationes diverſas, dicendas in Miſſa ad libitum Sacerdotis.

Digitized by Google

SECRETA.

Oblatis &c.

AD COMPLENDUM.

Sumpſimus &c.

ORATIO.

Deus, qui nos Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & Beatorum Apoſtolorum tuorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & omnium ſimul Sanctorum continua ſolempnitate lætificas; præſta quæſumus: ut quos quotidiano veneramur officio, & etiam piæ converſationis ſequamur exemplo. Per.

(1) SECRETA.

Munera tibi, Domine &c.

AD COMPLENDUM.

Præſta nobis, Domine, quæſumus: ut, intercedentibus omnium Sanctorum tuorum meritis, quæ ore contingimus; pura mente capiamus. Per.

AD POSCENDAM GRATIAM SPIRITUS SANCTI.

ORATIO.

(2) Deus, cui omne cor patet &c.

SECRETA.

Hæc oblatio, Domine &c.

AD COMPLENDUM.

Sacrificium ſalutis noſtræ ſumentes concede nos, Domine,

(1) Hæc Secreta eadem eſt ac illa, quæ legitur in Feſto omnium Sanctorum Cal. Nov.

(2) Prima, & ſecunda Oratio habetur in Miſſali Romano in fine Miſſæ votivæ de Spiritu Sancto; tertia extat in Sacramentario GregorianoMuratorii.

mine, quæſumus, purificatis mentibus ſæpius tuæ pietatis celebrare myſterium. Per.

(1) ORATIO.

Propitiare, quæſumus Domine, nobis famulis tuis per hujus ſancti N. Martyris tui, qui in præſenti requieſcit Eccleſia, merita glorioſa: ut ejus pia interceſſione ab omnibus ſemper protegamur adverſis. Per.

SECRETA.

Suſcipiat clementia tua, Domine, quæſumus de manibus noſtris munus oblatum, & per hujus ſancti Martyris N. tui orationes ab omnibus nos emundet peccatis. Per.

AD COMPLENDUM.

Divina libantes myſteria, Domine, quæ pro hujus ſancti N. Martyris tui veneratione tuæ obtulimus Majeſtati; præſta quæſumus: ut per ea veniam mereamur habere peccatorum, & cæleſtis gloriæ donis reficiamur. Per.

(2) MISSA PRO CONGREGATIONE

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus, protende ſuper nos famulos tuos, & ſuper cunctas

---

(1) Hæc Miſſa eſt pro Natali unius Martyris, cujus Sacrum Corpus in Eccleſia habetur: in Codice nullus titulus adſcribitur.

(2) In margine Codicis recentiori manu hæc ſcripta leguntur.

Alleluja. Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera, quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere Regem cælorum, & Dominum. Alleluja.

MISSA S. CRUCIS.

Nos autem gloriari &c. ſumus.

℣. Deus miſereatur noſtri &c. Gloria Patri &c.

ORATIO.

Deus, qui Unigeniti &c. gaudere. Per LE-

Digitized by Google

ctas Congregationes illis commiſſas Spiritum gratiæ ſalutaris, & ut in veritate tibi complaceant, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per.

SECRETA.

Hoſtias, Domine, quæſumus, famulorum tuorum placatus intende, & quas in honore nominis tui devota mente pro eis celebramus, proficere ſibi ſentiant ad medelam. Per.

AD COMPLENDUM.

Quos cæleſti recreas munere, perpetuo, Domine, comitare

LECTIO EPISTOLÆ B. PAULI APOST. AD PHILIPPENSES.

Fratres: Chriſtus factus eſt &c. Dei Patris.

℟. *Chriſtus factus eſt &c.*

℣. *Propter quod &c.*

SECUNDUM JOHANNEM.

In illo tempore: Aſcendens Jeſus Hieroſolymam &c. ſurrexit.

ORATIO.

Protege, Domine, plebem &c.

SECRETA.

Hæc oblatio &c. offenſam. Per.

POSTCOMMUNIO.

Redemptor mundi &c.

ORATIO.

Refecti cibo &c. redemiſti. Per.

MISSA PRO REMISSIONE PECCATORUM.

ORATIO.

Deus, qui nullum &c. implere præcepta. Per.

SECRETA.

Præſens Sacrificium &c. ad ſalutem. Per.

AD COMPLENDUM.

Exaudi preces &c. ſerventur. Per Dominum.

MISSA AD REPELLENDAS MALAS COGITATIONES.

ORATIO.

Omnipotens, & mitiſſime Deus &c. mereamur. Per.

SECRETA.

Has tibi Domine &c. digneris. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Deus, qui illuminas &c. valeamus. Per.

MISSA ... S. AUGUSTINI PRO VIVIS, ET MORTUIS.

ORATIO.

Omnipotens &c. conſequantur. Per Dominum.

SECRETA.

Deus, cui ſoli &c. retineat. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Purificent nos &c. delictorum. Per Dominum.

Digitized by Google

tare præſidio, & quos fovere non deſinis, dignos fieri ſempiterna redemptione concede. Per.

PRO PACE.

ORATIO.

Deus, à quo ſancta deſideria &c.

SECRETA.

Deus, qui credentes &c.

AD COMPLENDUM.

Deus auctor pacis &c.

PRO ITER AGENTIBUS.

ORATIO.

Adeſto, Domine, ſupplicationibus &c.

SECRETA.

Propitiare Domine &c.

AD COMPLENDUM.

Tua nos, Domine, ſperantes in te, quæ ſumpſimus Sacramenta, cuſtodiant, & famulos tuos contra omnes ubique tueantur incurſus. Per.

PRO SEMETIPSO SACERDOTE.

ORATIO.

Suppliciter te, Deus Pater omnipotens, qui es creator omnium rerum, deprecor, ut dum me famulum tuum coram Omnipotentia Majeſtatis tuæ graviter deliquiſſe confiteor, manum miſericordiæ tuæ mihi porrigas, quatenus dum ego hanc oblationem tuæ pietati pro peccatis meis offero, quæ nequiter commiſi, clementiſſime digneris abſolvere. Per.

SECRETA.

Hæc munera tibi, Domine, ſancte Pater omnipotens

æterne

Digitized by Google

æterne Deus, meæ devotionis hoſtiam ſuppliciter immolo, & licet indignis meis manibus offerantur, quæ nec invocatione tui nominis dignus ſum, tamen, quia per ſanctum, atque ſanctificatum Filii tui nomen offeruntur, hoc oro, pariterque deprecor clementiam tuam, ut, ſicut incenſum in conſpectu tuo, cum odore ſuavitatis aſcendant. Per.

AD COMPLENDUM.

Deus caritatis, & pacis, qui pro ſalute generis humani Crucis patibulum ſuſcepiſti, & Sanguinem tuum pro noſtra redemptione fudiſti, preces meas placatus, ac benignus ſuſcipe, & miſericordiam tuam mihi concede: ut cum animam meam de corpore meo exire juſſeris, pars iniqua in me non habeat poteſtatem, ſed Angelus tuus pacis ibi me collocet, ubi lux permanet indeficiens, & vita perpetua. Per Dominum.

ALIA PRO SE IPSO SACERDOTE.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne Deus tuæ gratiæ pietatem ſupplici devotione depoſco, ut omnium malorum meorum vincula ſolvas, cunctiſque meis criminibus, & peccatis clementer ignoſcas, & quia me indignum Adminiſtrum tuum vocare dignatus es, ſic me idoneum Miniſtrum efficias, ut Sacrificium de manibus meis placide, ac benigne ſuſcipias, electorumque Sacerdotum me participem facias, & de præceptis tuis in nullo me oberrare permittas. Per.

SECRETA.

Deus, qui te præcipis à peccatoribus exorari, tibique Sacrificium contriti cordis offerre, hoc Sacrificium, quod indi-

indignis meis manibus offero, acceptare dignare: ut & ipſe tibi Hoſtia, & Sacrificium eſſe merear, miſeratus concede, quo myſterii hujus exhibitione peccatorum omnium percipiam remiſſionem. Per.

AD COMPLENDUM.

Hujus mihi, Domine, Sacramenti perceptio ſit peccatorum remiſſio, & tuæ pietatis optata propitiatio: ut per hæc te opitulante efficiar ſacris myſteriis dignus, quæ de tua pietate confiſus, frequenter præſumo indignus. Per.

PRO TEMPTATIONE CARNIS.

ORATIO.

Ure igne Sancti Spiritus &c.

SECRETA.

Dirumpe, Domine, vincula &c.

AD COMPLENDUM.

Domine adjutor, & protector noſter adjuva nos, & refloreat caro noſtra vigore pudicitiæ, & ſanctimoniæ novitate: ereptamque de manu tartari in reſurrectionis gaudio jubeas præſentari. Per.

(1) PRO TRIBULATIONE.

ORATIO.

Ineffabilem miſericordiam &c.

SE-

(1) In margine Codicis alia manu ſcripta hæc leguntur.

DE S. MARIA.

ORATIO.

Concede nos &c. lætitia. Per.

SECRETA.

Tua Domine &c. & pacem. Per.

POSTCOMMUNIO.

Sumptis, Domine &c. majeſtati. Per.

LE-

SECRETA.

Purificet nos, quæſumus Domine, muneris præſentis oblatio, & dignos ſacra participatione efficiat. Per.

AD COMPLENDUM.

Præſta, Domine, quæſumus, ut terrenis affectibus expiati ad ſuperni plenitudinem ſacramenti, cujus libavimus ſancta, tendamus. Per.

MISSA PRO PECCATIS.

ORATIO.

Exaudi, quæſumus, Domine &c.

SECRETA.

Hoſtias tibi, Domine, placationis, & laudis pro peccatis

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ.

Ab initio, & ante ſæcula &c. detentio mea.

SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: Loquente Jeſu ad turbas &c. cuſtodit illud.

℟. *Benedicta, & Venerabilis es Virgo Maria, quæ ſine tactu pudoris, inventa es Mater Salvatoris.*

℣. *Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera.*

Ora pro nobis Virgo Maria: ut Chriſtus ex Te natus pro nobis peccatoribus ſit propitius.

OFFERTORIUM.

Ave Maria &c. tui.

COM...

TRACTUS.

Gaude Maria Virgo, cunctas hæreſes &c. Dei genitrix intercede pro nobis.

Poſt Octavam Epiphaniæ fit idem Officium, & poſt Orationes diei dicuntur Orationes.

Deus, qui ſalutis &c. ſuſcipere. Per.

SECRETA.

Muneribus noſtris &c. exaudi. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO.

Hæc nos communio &c. conſortes. Per.

CONTRA PERSECUTORES

ORATIO.

Exaudi &c.

SECRETA.

Protege &c.

POSTCOMMUNIO.

Quæſumus, Domine &c.

Digitized by Google

catis noſtris offerimus tuo nomine ſupplicantes; præſta quæſumus: ut delicta noſtra miſeratus abſolvas. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: ut quos tuis reficis Sacramentis, ab omni peccato eripias, & tibi placitis moribus dignanter informes. Per.

AD POSCENDAM PLUVIAM.

ORATIO.

Deus, in quo vivimus &c.

SECRETA.

Oblatis, Domine, placare &c.

AD COMPLENDUM.

Precibus populi tui, quæſumus Domine, placatus aſpira: ut veniam tribuas humanis exceſſibus, & opem miſeris benignus impendas. Per.

AD POSCENDAM SERENITATEM.

ORATIO.

Ad te nos, Domine &c.

SECRETA.

Præveniat nos, quæſumus &c.

AD COMPLENDUM.

Deus, qui fidelium precibus flecteris, & humilium confeſſione placaris, converſis ad te propitiare ſupplicibus, & aeris ſerenitatem nobis quæſumus clementer tribue, & quos feciſti iram intelligere caſtigantis, fac per hæc, quæ ſumpſimus, miſericordiam ſentire parcentis. Per.

PRO

Digitized by Google

PRO PONTIFICE.

ORATIO.

Deus omnium fidelium Paſtor, & Rector famulum tuum N. Pontificem noſtrum; quem Paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, quæſumus, verbo & exemplo, quibus præeſt, proficere, ut ad vitam una cum grege ſibi credito perveniat ſempiternam. Per.

SECRETA.

Oblatis, Domine, quæſumus &c. guberna. Per.

AD COMPLENDUM.

Hæc nos, quæſumus &c. muniat. Per.

(1) MISSA VOTIVA.

ORATIO.

Deus, qui juſtificas impium, & non vis mortem peccatoris, Majeſtatem tuam ſuppliciter deprecamur: ut famulum tuum de tua miſericordia confidentem, cæleſti protegas benignus auxilio, & aſſidua protectione conſerves: ut tibi jugiter famuletur, & nullis temptationibus à te ſeparetur. Per.

SE-

---

(1) In margine Codicis.

MISSA PRO IMPETRATIONE LACRYMARUM.

ORATIO.

Omnipotens &c. accipere. Per.

SECRETA.

Hanc oblationem &c. extingui. Per.

POSTCOMMUNIO.

Sancti Spiritus, Domine &c. effectum. Per Dominum.

MISSA PRO DEVOTIS AMICIS.

ORATIO.

Deus, qui caritatis &c. proficiant. Per.

SECRETA.

Miſerere &c. acquirant. Per.

POSTCOMMUNIO.

Divina &c. Majeſtati. Per.

Digitized by Google

SECRETA.

Suſcipe, clementiſſime Pater, hoſtiam placationis, & laudis, quas ego indignus peccator famulus tuus tibi offerre præſumo ad honorem, & gloriam nominis tui, pro incolumitate famuli tui N., ut omnium deliƈtorum ſuorum veniam conſequatur. Per.

AD COMPLENDUM.

Purificent nos, quæſumus Domine, Sacramenta, quæ ſumpſimus, & famulum tuum N. ab omni culpa liberum eſſe concede, ut qui conſcientiæ reatu conſtringitur, de cæleſti plenitudine glorietur. Per.

(1) MISSA PRO ANNIVERSARIO.

ORATIO.

Deus, qui caritatis dona per gratiam ſanƈti Spiritus tuorum cordibus fidelium infudiſti; da famulis, & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, ſalutem mentis, & corporis: ut te tota virtute diligant, & quæ tibi placita ſunt, tota dileƈtione perficiant. Per.

SECRETA.

Miſerere, quæſumus Domine, famulis, & famulabus tuis, pro quibus hoc Sacrificium laudis tuæ offerimus Majeſtati: ut per hæc ſanƈta ſupernæ benediƈtionis gratiam obtineant, & æternæ beatitudinis gloriam acquirant. Per.

AD

(1) Orationes hujus Miſſæ extant in Sacramentario Gregoriano, quod editum eſt Venetiis anno 1748. a Ludovico Antonio Muratorio, & in Sacramentario Menardi, in utroque autem is titulus præfigitur: *Miſſa votiva pro Familiaribus*: qui magis, quàm ille noſtri Codicis, convenire videtur.

Digitized by Google

AD COMPLENDUM.

Divina libantes myſteria, quæſumus Domine: ut hæc ſalutaria Sacramenta illis proficiant ad proſperitatem, & pacem, pro quorum dilectione hæc tuæ obtulimus Majeſtati. Per Dominum.

ALIA AD COMPLENDUM.

Prætende, Domine, miſericordia tua famulis, & famulabus tuis dexteram cæleſtis auxilii, ut & te toto corde perquirant, & quæ digne poſtulant, aſſequantur. Per.

MISSA IN DIE DEPOSITIONIS DEFUNCTI.

ORATIO.

Deus, cui [a] *præcipuum* eſt &c.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Nemo poteſt &c. vita.

SECRETA.

Propitiare, Domine &c.

AD COMPLENDUM.

Præſta, quæſumus Domine &c.

MISSA PLURIMORUM DEFUNCTORUM.

Deus indulgentiarum &c.

MISSA PRO SACERDOTE.

Deus, qui inter &c.

MISSA PLURIMORUM DEFUNCTORUM.

Inclina, Domine &c.

MISSA PLURIMORUM DEFUNCTORUM.

Omnipotens ſempiterne Deus, cui nunquam ſine miſeri-

a proprium *in Miſſal. Rom. edit.*

Digitized by Google

ſericordia ſupplicatur, propitiare animabus famulorum, famularumque N. N., ut qui de hac vita in tui nominis confeſſione diſceſſerunt, Sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per.

MISSA PRO CONGREGATIONE.

Deus veniæ largitor &c.

MISSA PRO DEFUNCTA FOEMINA.

Quæſumus, Domine &c.

PRO COEMETERIO.

Deus, cujus miſeratione &c.

PLURIMORUM.

Fidelium Deus &c. conſequantur. Per.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Martha ad Jeſum &c. veniſti.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, & turbis Judæorum: Ego ſum panis &c. noviſſimo die.

SECUNDUM JOANNEM.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, & turbis Judæorum: ſicut enim Pater &c. in vitam.

SECRETA PRO ANNIVERSARIO.

Propitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris pro animas famulorum, famularumque tuarum, quorum *anniverſarium depoſitionis diem commemoramus, eoſque mortalitatis nexibus abſolutos inter tuos fideles habere perpetuam jubeas portionem. Per.*

SE-

Digitized by Google

SECRETA PRO SACERDOTE.

Suſcipe, quæſumus &c. & præmium. Per.

SECRETA PIURIMORUM.

Annue nobis, Domine *famulorum*, *famularumque tuarum* &c. delicta. Per.

SECRETA ALIA PLURIMORUM.

Propitiare, Domine, quæſumus, animabus famulorum, famularumque tuarum N. N., pro quibus tibi hoſtias placationis offerimus, & quia in hac luce cum fide manſerunt Catholica, in futura vita eis retributio condonetur æterna. Per.

SECRETA PRO CONGREGATIONE.

Deus, cujus miſericordiæ &c. peccatorum. Per.

SECRETA PRO FOEMINA.

His Sacrificiis &c. conſequantur. Per.

SECRETA PRO COEMETERIO.

Pro animabus famulorum &c. æternam. Per.

SECRETA PLURIMORUM DEFUNCTORUM.

Hoſtias quæſumus &c. & præmium. Per.

SECRETA GENERALIA.

Propitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris, & has oblationes, quas pro incolumitate famulorum, famularumque tuarum, omnium fidelium Catholicorum orthodoxorum, quorum nomina ante ſanctum Altare tuum ſcripta adeſſe videntur, nomini tuo conſecrandas deferimus, benignus aſſume: ut ſacrificii præſentis oblatio ad refrigerium animarum eorum, te miſerante, perveniat. Per.

Digitized by Google

SECRETA PRO DIE III. VII. ET XXX.

Adeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris, & hanc oblationem, quam tibi offerimus, ob diem depoſitionis tertia, ſeptima, vel trigeſima pro anima famuli tui N. placatus, ac benignus aſſume. Per.

AD COMPLENDUM PRO ANNIVERSARIO.

Suſcipe, Domine, preces noſtras pro animabus famulorum, famularumque tuarum N., quorum diem anniverſarium hodie celebramus: ut ſi quæ eis maculæ de terrenis contagiis adhæſerunt, remiſſionis tuæ miſericordia deleantur. Per.

AD COMPLENDUM PRO SACERDOTE.

Propitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris: ut animas famulorum tuorum Sacerdotum N. in regione vivorum æternis gaudiis jubeas ſociari. Per.

AD COMPLENDUM PRO DEFUNCTIS.

Proſit, quæſumus, Domine, animabus famulorum, famularumque tuarum Divini celebratio Sacramenti: ut ejus, in quo ſperaverunt, & crediderunt, æternitatis capiant, te miſerante, conſortium. Per.

ALIA AD COMPLENDUM PRO DEFUNCTIS.

Præſta, quæſumus, omnipotens Deus: ut animas famulorum, famularumque tuarum ab Angelis lucis ſuſceptas in præparata habitacula deduci facias beatorum. Per.

AD COMPLENDUM PRO CONGREGATIONE.

Deus vita viventium, ſalus omnium in te ſperantium præſta propitius: ut animæ noſtræ Congregationis à noſtræ mortalitatis tenebris abſolutæ, Beata Maria ſemper Virgi-

ne

Digitized by Google

ne intercedente, in perpetua cum Sanctis tuis luce lætentur. Per Dominum.

AD COMPLENDUM PRO FOEMINA.

Inveniant, quæſumus, Domine, animæ famulæ tuæ, famularumque tuarum lucis æternæ conſortium, cujus perpetuæ miſericordiæ conſecutæ ſunt ſacramentum. Per.

AD COMPLENDUM PRO COEMETERIO.

Deus fidelium lumen animarum, adeſto ſupplicationibus noſtris, & da omnibus in Chriſto, quorum corpora hìc, & ubique requieſcunt, refrigerii ſedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per.

AD COMPLENDUM PLURIMORUM.

Animabus, quæſumus &c. participes. Per.

AD COMPLENDUM GEN.

Purificent &c. peccatorum. Per.

AD COMPLENDUM PRO DIE III. VII. ET XXX.

Omnipotens ſempiterne Deus collocare dignare animam, & ſpiritum famuli tui N., cujus diem tertium, aut ſeptimum, vel trigeſimum depoſitionis celebramus, in ſinibus Abraham, Iſaac, & Jacob, ut cum dies agnitionis tuæ advenerit, inter Sanctos electos tuos eum reſuſcitari præcipias. Per.

MISSA PRO PATRE, ET MATRE.

ORATIO.

Deus, qui nos Patrem &c. videre. Per.

SECRETA.

Suſcipe ſacrificium &c. conjunge. Per.

Digitized by Google

Ad Complendum.

Cœleſtis participatio &c. æternam. Per.

MISSA PRO PECCATIS.

Oratio.

Miſereris omnium, Domine, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti, diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam; & parce illis, quia tu es Domine Deus noſter. Miſerere mei Deus, miſerere mei.

Gloria.

Oratio.

Deus miſericordiæ, Deus pietatis, Deus indulgentiæ, indulge quæſo, & miſerere famulo tuo N., ut delictorum, quæ tibi ex ore aperuit, nulla in eo macula remaneat, ſed per pœnitentiæ luctum, ad tua mereatur venire promiſſa. Per Dominum.

Lectio Epistolæ ad Galatas.

Fratres: Si ſpiritu vivimus &c. legem Chriſti.

Graduale.

Convertere, Domine, aliquantulum, & deprecare ſuper ſervos tuos: Refugium factus es nobis à generatione, & progenie.

In illo tempore: Dixit Jeſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant.

Require in Dominica XI. poſt Pentec.

Offertorium.

Miſerere mei, Domine, ſecundum magnam miſericordiam tuam, dele iniquitatem meam.

Se-

Digitized by Google

SECRETA.

Suſcipe, clementiſſime Pater, hoſtias placationis, & laudis, quas ego peccator, & indignus tuus famulus tibi offerre præſumo, ad honorem, & gloriam nominis tui, & pro incolumitate famuli tui N., ut omnium delictorum ſuorum veniam conſequi mereatur. Per.

COMMUNIO.

Dico vobis, gaudium eſt Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

AD COMPLENDUM.

Purificent nos, quæſumus Domine, Sacramenta, quæ ſumpſimus, ut famulum N. ab omni culpa liberum eſſe concede: ut qui conſcientiæ reatu conſtringitur, de cæleſtis remedii plenitudine glorietur. Per.

AD COMPLENDUM.

Pietate tua, quæſumus Domine, omnium noſtrorum ſolve vincula delictorum, & intercedente Beata, & glorioſa ſemperque Virgine Dei Genitrice, cum omnibus Sanctis, Domnum Apoſtolicum Pontificem noſtrum, & omnem Congregationem illi commiſſam: & nos famulos tuos, & omnem populum Chriſtianum, atque locum iſtum in omni ſanctitate cuſtodi, omneſque affinitate, ac conſanguinitate nobis conjunctos, & omnes Chriſtianos à vitiis purga, virtutibus illuſtra, pacem, & ſalutem nobis tribue, hoſtes viſibiles, & inviſibiles remove, carnalia deſideria repelle, aerem ſalubrem indulge, inimicis noſtris caritatem veram largire, peregrinantibus reditum, infirmantibus ſanitatem, navigantibus portum ſalutis oſtende, & omnibus fidelibus vivis,

atque

Digitized by Google

atque defunctis, vitam, & requiem æternam concede. Per Dominum.

AD COMPLENDUM.

Deus, qui ſingulari corporis tui Hoſtias mundi ſolviſti delicta, hanc oblationem placatus maculas ſcelerum noſtrorum abſterge, & omnium fidelium Chriſtianorum vivorum, atque mortuorum peccata dimitte, eiſque præmia æterna concede. Per.

ALIA AD COMPLENDUM.

Sumpta, quæſumus Domine, cæleſtia Sacramenta omnia crimina noſtra detergant, omnemque pravitatem, & infirmitatem mentis Beatæ Dei Genitricis Mariæ, & omnium Sanctorum à nobis repellant, & omnibus fidelibus vivis, & defunctis proſit ad veniam, pro quorum tibi ſunt oblata ſalute. Per.

MISSA TRINITATIS.

INTROITUS.

(1) Benedicta ſit Sancta Trinitas &c.

---

(1) Sequitur integra Miſſa de Sanctiſſima Trinitate, prout habetur in Miſſali edito inter Miſſas votivas, ideoque omittitur.

Digitized by Google

327

APPENDIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPENDIX.

Ad pag. 36. in not.

I.

CLARISSIMO AC REVERENDISSIMO

PRÆSULI

ANTONIO XAVERIO

GENTILI

PETRÆ ARCHIEPISCOPO (a).

NICOLAUS ANTONELLUS

S. P. D.

ETsi Juriſprudentia eſt Divinarum, humanarumque rerum notitia, & Juriſconſultum rerum Eccleſiaſticarum imperitum eſſe non decet, tamen ſæpenumero accidit, ut qui ſe juriſprudentiæ ſtudio dedunt, non ſolum Divinas, atque Eccleſiaſticas res magna ex parte igno-

(a) Creatus eſt Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis a San.me. Clemente XII. die 24. Septembris anno 1731., de quo ſi plura Lector ſcire deſiderat, adeat hiſtoriam Romanorum Pontificum, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium diligenter æquè ac eleganter ſcriptam a Clariſſimo Præſule Mario Guarnacci noſtræ Lateranenſis Baſilicæ Canonico.

Digitized by Google

rent; ſed etiam veræ juriſprudentiæ ignari, umbram quamdam, & falſam ejus imaginem perſequantur. Nam adeo imperitorum librorum moles excrevit, adeo quorumdam Juriſconſultorum barbare, atque inſulsè ſcribentium libido progreſſa eſt, ut magnis voluminibus evolvendis, & longis horum ſcriptis dictatiſque legendis omnis opera, ac tempus inſumatur. Quare cum ego in præſens diſputationibus fori, cauſiſque cognoſcendis ſim occupatus, ſi de Eccleſiaſtica quæſtione, de qua ſententiam me dicere voluiſti, ea dixero, quæ a te, qui rerum Eccleſiaſticarum notitiam cum juſti, atque injuſti ſcientia conjungens, veram juriſprudentiam adeptus es, probari non poterunt, veniam dabis. *Sed hæc nihil ad edictum*, ajebat Cujacius, *veniamus ad cauſam*. Species hæc eſt. Feria quarta in Capite Jejunii, quæ dies Cinerum vocatur, in Æde Vaticana Patriarcha Conſtantinopolitanus Sacra faciebat; Cum autem de more caput Summi Pontificis cinere conſpergeret, admonitus a Cœremoniarum Magiſtro reticuit notiſſimam formulam, quæ in Sacro Cinere aſpergendo adhiberi ſolet: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris*. Qua de re miratus Pontifex rogavit, cur ſolemnia illa verba omitteret? Reſpondit: hunc morem eſſe, & ritum Romanæ Eccleſiæ, ut ea, dum cinere Caput Pontificis conſpergitur, ſileantur. Verum ea res non placuit Pontifici, ideoque quæſitum eſt: quo tempore in Romanam Eccleſiam mos iſte introductus ſit, & qua ratione receptus, & ſervatus fuerit.

Sed priuſquam de quæſtione agam, non alienum exiſtimo, pauca præmittere de feria quarta in Ca-

Capite jejunii, quo nomine, ut dixi, dies Cinerum nuncupatur. Feria igitur quarta, quæ Dominicam in Quadrageſima præcedit, in capite jejunii dicta eſt; quia ab eo die Chriſtiani etiam antiquis Eccleſiæ temporibus jejunium exordiebantur, quod die Dominica ſubſequenti eſu carnium frangebatur.

Nam quadrageſimale jejunium initium propriè ſumebat a Feria ſecunda, ideoque Dominica præcedens vocabatur: *Dominica in quadrageſimæ inchoantis initium* [a]. Et quatuor illi dies Dominicam præcedentes jejunio a pluribus fidelibus tranſigebantur, ut jejunium quadraginta dierum, quot jejunaſſe in deſerto Jeſum Chriſtum Dei Filium, Evangeliſtæ tradiderunt, haberetur completum, cum verè quadrageſima, demptis Dominicis, ſolum trigintaſex feriis eſurialibus conſtet. Inſtitutionem feriæ quartæ in Capite jejunii antiquiorem eſſe S. Gregorio Magno, probat in Diſſertatione [b] manuſcripta Eminentiſſimus Cardinalis Thomaſius contra opinionem Menardi [b], qui feriam quartam inſtitutam fuiſſe poſt obitum Gregorii conjicit ex ejuſdem homil. XVI. in Evangelium, quæ nonnullis ſubtractis, additiſque refertur *Can. Quadrageſima* 16. *de Conſecrat. diſt. V.* Hæc eadem Feria Quarta, poſtea dicta eſt dies Cinerum, ſumpto nomine a cineribus, quibus a Sacerdote ſolemniter benedictis, conſpergi ſolent Capita fidelium, dicendo Sacra illa verba: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris*. Quod autem hujuſmodi ſacra verba olim dicerentur cum ſacer cinis ſuper Caput Pontificis Romani ab Epiſcopo imponebatur, ex Ordine Romano Cencii Card. [c] Camerarii ediſcimus, qui §. 8. hæc ſcri-

a *Lib. Sacram. Gelaſ. Card. Thomaſ.*

b Hanc impreſſam reperies pag. 340.

c *Menard. in not. ad Sacr. Gregor. n.* 204.

d *Ap. Mabillon. Muſ. Ital. Tom. II.*

ſcribit: *Feria quarta in capite quadrageſimæ Domnus Papa circa mediam tertiam equitat cum Epiſcopis, & Cardinalibus ad Sanctam Anaſtaſiam, & receptus in proceſſione a Clericis ipſius Eccleſiæ intrat Sacrarium, & induit ſe cum Cardinalibus, & aliis Ordinibus. Interim autem Cinis benedicitur a Juniore Presbytero Cardinali. Deinde Dom. Papa vadit cum Cardinalibus, & Schola Cantorum ad Sedem poſt Altare: & præſentato ei Cinere, Prior Epiſcoporum imponit ei Cinerem, dicens hæc verba: Memento, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Poſtmodum verò D. Papa imponit cinerem Epiſcopis Cardinalibus, & aliis Ordinibus*. Ex his perſpicuum & apertum eſt, quod tempore Cœleſtini III., cujus Cencius fuit Cardinalis Camerarius, Sacra illa verba ab Epiſcopo pronunciabantur, dum Caput Pontificis cinere ſpargebat. Quo autem tempore omitti cœperint, mihi certo non conſtat, ſed ex veriſimili conjectura fortaſſe id aſſequi licet. Etenim compertum habemus, quod, Urbano VI. Pontifice, ſacra illa formula jam ſilebatur. Quoniam in Cœremoniali Petri Amelii feria quarta poſt Dominicam Quinquageſimæ de ſacra Cineris functione hæc traduntur: *Paramentis per Cardinales receptis, & per omnes alios Prælatos, extenditur quædam tobalea linea, quam Sacriſta porrigere debet per duos Capellanos ſuper genua Papæ, flexis genibus, ipſam tenentes uno a dextris, & alio a ſiniſtris, & tertius Cappellanus, vel Prior Subdiaconorum recipiens pelvim cum cineribus de manu Sacriſtæ coram Papa, flexis genibus a parte dextra Papæ, tenet baſinum de argento prædictam cum cineribus, qui debent dari Papæ, aſſiſtentibus*

bus duobus Diaconibus more ſolito uno a dextris, & alio a ſiniſtris paratis : & depoſita Mitra Papæ per Diaconum Cardinalem a dextris ſibi aſſiſtentem, Prior Epiſcoporum Cardinalium, ſi eſt præſens, ſin autem Subprior Epiſcoporum, aut Prior Presbyterorum & ſic deſcendendo, ſtando, & nihil dicendo imponit Cineres ſuper Caput Papæ ad modum Crucis, inclinante Pontifice Caput, & ſedente. Ritum autem hunc reticendi ſacram illam formulam in imponendo Cinere ſuper Caput Pontificis, deinceps retentum, ac ſemper ſervatum ad noſtram uſque ætatem in Romana Eccleſia fuiſſe, oſtendunt, quæ de die Cinerum referuntur a Marcello Archiepiſcopo Corcyrenſi, qui lib. 2. de die Cinerum: *Prior Epiſcoporum*, inquit, *juxta antiquam conſuetudinem Pluviali indutus ſine Mitra, velut aliquando ſervatum fuit, & Bonifacius IX ſtatuit; nunc verò celebraturus Cardinalis jam in omnibus ornamentis Sacris pro Miſſa dicenda indutus, demptis tamen Chirothecis, & Anulo Pontificali, accedit ad Papam, & ſine Mitra ſolus detecto Capite, facta Papæ reverentia, ſtans coram eo ſupra ſcabellum, nihil dicens, imponit Papæ ſedenti Cineres ſupra Caput in formam Crucis*. Ita Marcellus in ſuo Cœremoniali.

Cum autem Cœleſtinus III. ann. 1191. electus Pontifex fuerit; Urbanus autem hoc nomine Sextus anno 1378. Pontificatum ſuſceperit, intra hoc temporis ſpatium, quod inter utrumque Pontificatum intercedit, neceſſe eſt, hunc Romanæ Eccleſiæ Ritum mutatum fuiſſe, & Sacræ illius formulæ omiſſionem per id temporis ſpatium initium habuiſſe. Quinimo ante ejuſdem Urbani VI. tem-

pora

pora morem illum nulla verba pronunciandi ſuper Caput Pontificis Sacro Cinere conſperſum, obtinuiſſe, ſuaderi poteſt ex Ordine Romano Jacobi Cajetani, qui anno 1343. vita exceſſit. Ibi enim, cum Ritus exponitur imponendi Cinerem ſuper Caput Papæ, non additur, verba aliqua eſſe pronuncianda; e diverſo cum agitur de conſperſione cinerum, quæ ſuper aliorum capita fit a Pontifice. Verba Ritualis talia ſunt: *Domnus Papa vadit ad dictam Eccleſiam* (nempe S. Anaſtaſiæ) *comitante eum tota Curia, & dicit ibi Sextam, quia antequam deſcendat de Palatio, debet dicere Tertiam. Poſtmodum imponitur ei Cinis benedictus a Priore Epiſcoporum, ſi præſens eſt, ſin autem a Subpriore Presbyterorum. Demum D. Papa ipſe imponit Cineres ſuper capita eorum, dicens: Memento homo &c.* Qua autem ratione majores noſtri moti fuerint, ut hunc novum Ritum, veteri immutato, introducerent, mihi incompertum eſt, cum libri cœremoniales, quos ad manus habeo, nullam exprimant.

Quare, quod reliquum eſt, ut quam ob cauſam & rationem Sacra illa verba prætermiſſa fuerint, ex conjectura inveſtigare poſſimus, neceſſarium exiſtimo, cur eadem verba pronuncientur, cum cæterorum fidelium capiti, ſive a Romano Pontifice, ſive ab alio Sacerdote cineres imponuntur, conſiderare; tum etiam inquirere, unde hæc Sacra Cinerum cœremonia originem habuerit. Profecto in antiquo Ordine Romano edito a Melchiorre Hittorpio cap. 24. in quarta feria ante Dominicam Quadrageſimæ præſcribitur forma ſuſcipiendi pœnitentes; inter alios autem ritus adhibendos habetur

tur

tur etiam ille imponendi cineres eorum capitibus, prolatis notiſſimis verbis: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris*. Et de publica pœnitentia in feria quarta in capite jejunii tractat etiam Alcuinus, ſive alius auctor ſub ejus nomine *in lib. de Divin. Offic.* Quod autem Sacer Cinis benediceretur feria quarta; eoque inſpergerentur illorum capita, qui, publica pœnitentia ſuſcepta, ad Eccleſiam accedentes peccatorum ſuorum dolore contriti ad Sacerdotum pedes ſe proſternebant, conſtat ex vetuſtis ordinibus, ſeu libris Sacramentorum editis ab Hittorpio, Pamelio, Martene, aliiſque. Ibi enim recenſetur ratio, & ordo, quo Sacra hæc cœremonia excipiendi lapſos ad publicam pœnitentiam peragebatur, atque inter alia adnotatur: Sacro Cinere eorum capita aſpergi conſuéviſſe. Quibus conſentanea ſunt, quæ præſcribuntur in Pontificali Romano Urbani VIII. auctoritate recognito in titulo: *de expulſione publice pœnitentium ab Eccleſia in feria quarta cinerum*. Quin etiam can. 64. diſtinct. 50. ex Concilio Agathenſi totius hujus Sacræ functionis ordo exhibetur. Sed Correctores Romani recte monent; licet eumdem Canonem tanquam ex Concilio Agathenſi laudent etiam Burchardus, & Ivo, & Rhebaldus Cardinalis, in uno tamen Burchardi exemplari manuſcripro citatur ex pœnitentiali Romano, cui proculdubio tribuendus videtur. Inſtitutionem verò Sacræ hujus functionis imponendi Cineres ſuper caput pœnitentium in feria quarta, cum in antiquiſſimis rerum Eccleſiaſticarum monumentis legatur, ætate Gregorii Magni ortum, atque initium habuiſſe pro-

probabiliter aſſerere poſſumus. Profecto in antiquis Sacramentariis Gregorianis extat caput, quod inſcribitur: *Orationes, & preces ſuper pœnitentem confitentem peccata ſua more ſolito*. Et ad illud Caput notat Hugo Menardus, quod illæ preces non ponuntur loco ſuo debito, qui eſt feria quarta in capite jejunii; & quidem in antiquo Codice, ut ipſe refert, titulo ſupraſcripto rectè additur: *Feria quarta in Quinquageſima*. Et Pamelius in Sacramentario a ſe evulgato ad eamdem feriam quartam admonet, aliquos Codices habere eo loco, benedictionem Cinerum, & orationes ſuper pœnitentes. Quin etiam ſi ex conjectura veriſimile aliquid aſſerere concedatur: ex eo, quod S. Gregorius feriam quartam ſacris cœremoniis benedictionis Cinerum, orationibuſque ſuper publice pœnitentes eadem die recitandis, celebriorem & ſanctiorem quodammodo fecit, natum eſſe puto errorem eorum, qui cenſuerunt feriam quartam inſtitutam fuiſſe a Magno Gregorio, ejuſque ætate haud antiquiorem eſſe, quam ſententiam, decepti etiam a Canone interpolato 16. diſt. 5. de conſecrat., qui Gregorii nomine inſcribitur, tenuerunt *Durandus lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 3., *Polidorus Virgilius de rerum invent. lib.* 6. *cap.* 3.. *Calvorius rit. Eccl. par.* 2. *cap.* 23. *aliique*. Cæterum de conſperſione cineris ſuper capira pœnitentium meminit etiam *Iſidorus de Divin. Offit. lib.* 2. *cap.* 16. *Quod autem cinere aſperguntur, vel ut ſint memores, quia cinis & pulvis ſunt, vel quia pulvis; ideſt impii facti ſunt*. Et in Codice Tiliano, ut aſſerit Menardus, hæc leguntur: *Deinde mittendus eſt cinis ſuper caput pœnitentis, dicendo: Memento homo, quia*

quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Et quidem ante Gregorii Magni tempora, priuſquam pro publica pœnitentia ſuſcipienda præſtitueretur feria IV. in capite jejunii, in uſu fuiſſe, ut Pœnitentes cilicio induti, cinere caput ſuum perfunderent, ſicut in veteri quoque teſtamento obſervatum fuiſſe legitur, aperte colligitur ex Tertulliano, aliiſque antiquis Scriptoribus. Et quidem auctor ille vetuſtiſſimus, qui ineunte ſæculo tertio adverſus Artemonis hæreſim ſcripſit, narrat [a] de Natali Confeſſore, qui ab hæreticis deceptus fuerat, ſæpius per nocturnas viſiones a Deo fruſtra admonitum, tandem per Angelos verberibus correptum primo diluculo ſacco indutum, & cinere conſperſum cum lacrymis ad pedes Zephirini Epiſcopi ſeſe abjeciſſe. Ex more igitur apud Iſraëlitas in veteri Teſtamento, & in novo apud primævos Chriſtianos uſurpato derivatus utique eſt ritus imponendi cineres capitibus pœnitentium in Feria IV. ante Dominicam Quadrageſimæ. Verum cum proceſſu temporis pœnitentia publica in deſuetudinem prorſus abiiſſet, Cinerem, quo ſolum pœnitentium capita inſpergebantur, imponi, cœptum eſt, ſuper omnium fidelium capita, cum & qui ob perpetrata ſcelera indigebant pœnitentiâ, quique nulli culpæ obnoxii erant, indiſtincti atque intermixti in Eccleſia manerent. Variatio autem hujus Sacri Ritus non ſolum ex communi Eccleſiæ more, quo nunc utimur, ſed comperitur etiam ex quibuſdam antiquis Ordinibus, in quibus, quod in aliis ſuper pœnitentes tantummodo fieri præcipitur, in his erga omnes obſervari præſcribitur, ut ſcilicet omnium capita Sacris Cineribus inſper-

a Ap. Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 5. c. 28.

Digitized by Google

gantur, ut videre licet in duobus ordinibus vulgatis ab Edmundo Martene tom. 4. de Sac. Eccl. Rit. & apud Durandum loco ſuperius laudato, ubi ait: *hac etiam die benedicitur Cinis, & in ſignum humilitatis capitibus aſpergitur ſub his verbis: Cinis es, & in cinerem reverteris*. Ex his autem, quæ hactenus dixi, ſatis manifeſtum me feciſſe exiſtimo, impoſitionem cinerum cum illa formula ad duo potiſſimum referri: Primum ad exhortationem, & initiationem quamdam publicæ, quatenus noſtrorum temporum conſuetudo patitur, pœnitentiæ noſtrorum criminum quadrageſimali tempore exercendæ: Secundò, ad revocandam in mentem naturæ noſtræ mortalitatem. Quæ cum ita ſint, ſi ex veriſimili conjectura quæſtionem propoſitam definire licet, non alia certe ex cauſa, Summus Pontifex dum Sacros Cineres ſuſcipit, non genuflectit, & Epiſcopus ad eum accedit depoſita Mitra, & Anulo, hoc eſt inſignibus Eccleſiaſticæ poteſtatis, & juriſdictionis, nec ſolitam formulam pronunciat, ſed nihil dicendo, cineres ſuper Pontificis caput aſpergit, ut inde intelligatur, Romanum Pontificem ſummum eſſe in Eccleſia Dei Sacerdotem, ac ſupra omnes Eccleſiaſticos Ordines conſtitutum, ideoque nullum eſſe quantalibet dignitate vel Archiepiſcopali, vel Patriarchali inſignitum, qui eum publicæ pœnitentiæ ſubdere poſſit, & ſuper eum juriſdictionis ſuæ poteſtatem quodammodo exercere: Suſcipere autem Romanum Pontificem Cineres, ut Chriſtianæ humilitatis exemplum præbeat, utque aliis omnibus oſtendat, etſi in ea dignitate poſitus eſt, qua cæterorum hominum conditionem longe excedit, nihilominus

minus hominem eſſe, & fragilis, atque infirmæ naturæ, mortique obnoxium; neque omni culpa expertem, ſed ut cæteros homines ad Deum pro delictis ſuis propitiandum pœnitentia opus habere. Et quidem quod ad impoſitionem publicæ pœnitentiæ attinet, cum ſpeciem quamdam publici Eccleſiaſtici Judicii præſeferat, nullatenus eam in Romanum Pontificem convenire, qui inferiorum judicio ſubjacere non debet, præclare demonſtrant, quæ ſcribit Avitus Epiſcopus in Romanam Synodum pro cauſa Simplicii Papæ, juſſu Theodorici Regis, ipſo Simplicio conſentiente, congregatam: *Intelligimus*, inquit, *S. Symmachum Papam, ſi ſæculo primum fuerat accuſatus, Conſacerdotum ſuorum ſolatium potiùs, quàm recipere debuiſſe judicium: Quia ſicut ſubditos nos eſſe terrenis poteſtatibus jubet arbiter Cæli, ſtaturos Nos ante Reges & Principes in quacumque accuſatione prædicens; ita non facile datur intelligi, qua vel ratione, vel lege ab inferioribus eminentior judicetur .... quod Synodus ipſa Ven. laudabili Conſtitutione proſpiciens cauſam, quam (quod ſalva ejus reverentia dictum ſit) pene temere ſuſceperat inquirendam, Divino potius ſervavit examini.* Quibus addi poſſunt, quæ referuntur *Can. Denique* 7. *& Can. Hunc autem* 8. *diſt. xxj.* E diverſo, quoniam, ut ait B. Hieronymus, *Vita ſapientis eſt cogitatio mortis*, hanc cogitationem omnibus convenire etiam Supremis Poteſtatibus, nulla eſt dubitatio, ita, tamen ut factis potius, ac re ipſa, quàm verbis inferiorum admoneantur; propterea Summus Pontifex, ni fallor, inſperſione S. Cineris, nullis autem verbis prolatis, mortalis ſuæ conditionis monetur. Profecto, quod ad mortalita-

tis, & humanæ fragilitatis memoriam ſpectat, quantum ex ejus recordatione in hominum vitam recte inſtituendam utilitatis, atque emolumenti derivetur, etiam Gentiles intellexerunt, & ideo ſepulchra prope vias publicas extra portas Civitatis conſtruebant, ut humanæ conditionis viatores, & ultro citroque commeantes homines adſpectu ipſo admoniti recordarentur. Varro (lib.5. de lingua latina) *Sepulchra*, inquit, *ideo ſecundum viam ſunt*, *quæ prætereuntes admoneant*, *& ſe fuiſſe*, *& illos eſſe mortales.* Huc etiam pertinent *Tituli ſepulchrorum*. *Aſpice*, *ſiſte*, *cave viator*, & alia hujuſmodi. Nec diſſimilem rationem aſſignat Theodoſius Magnus in ſua Conſtitutione, qua juſſit, ut corpora Urnis clauſa, vel ſarcofagis, extra urbem deferrentur: *Omnia*, inquit, *quæ ſupra terram urnis clauſa*, *vel ſacroſagis corpora detinentur*, *extra Vrbem delata ponantur*, *ut & humanitatis inſtar exhibeant*, *& relinquant Incolarum domicilio ſanctitatem*. *Leg.* 6. *Cod. Th. Tit. de ſep. violat.* Hæc quidem ſunt, quæ de quæſtione propoſita, antemeridiano tempore hujus diei, quoniam mihi a forenſibus ſtudiis vacabat, ut voluntì tuæ, doctiſſime Præſul, obſequerer, ſcripſi, ſi quid autem, vel inconſiderate, vel imperite a me dictum ſit, corrigas, vel deleas velim, veniamque feſtinanti præbeas. Vale.

Romæ ex ædibus in Valle Quirinali
5. *Nonas Martii* 1727.

SEN-

Digitized by Google

II.

SENTENTIA

Ven. Card. Thomaſii circa Inſtitutionem Feriæ IV. in Capite jejunii, vulgo dicta dies Cinerum.

Feriam IV. in Capite jejunii inſtitutam fuiſſe poſt S. Gregorium Magnum, pace dixerim doctiſſimi Menardi, minime verum eſſe videtur.

Primum: Quia in Codice Gelaſiano, qui talis habitus eſt etiam a Criticis præſentis ætatis, imo a Gulielmo Cave natione Anglo, & profeſſione heterodoxo in hiſtoria Scriptorum Eccleſiaſticorum *in Gelaſio*, in hoc Codice, inquam, extat Feria quarta principium jejunii, cum hoc titulo: *In je-*

II.

PARERE

Del V. Card. Tommaſi circa l'Iſtituzione della Fer. IV. Principio del digiuno *detta il* Mercoledì delle Ceneri. *Ad pag. 36. in not.*

Che l' Iſtituzione della Feria Quarta in *Capite Jejunii* ſia ſtata dopo San Gregorio Magno, con buona grazia del Dottiſſimo Menardo, non pare, che ſia vero.

I. Perche nel Codice Gelaſiano riconoſciuto per tale anche da Critici d'oggidì, anzi dal Cave Eretico Ingleſe nell'Iſtoria de' Scrittori Eccleſiaſtici in Gelaſio, in queſto Codice dico v'è la Feria Quarta Principio del Digiuno con queſto titolo: *In Jejunio prima Statio Feria IIII.*

c

Digitized by Google

Jejunio I. Statio Feria iv., S. autem Gelaſius ſæculo & amplius antiquior eſt S. Gregorio Magno.

Secundo: In Sacramentario S. Gregorii edito a Pamelio, quod omnium ſinceriſſimum, & antiquiſſimum eſt, dummodo eximantur ea, quæ his ſignis [ ] clauduntur, ibi habetur eadem Feria IV. Et quamvis hoc Sacramentarium ſit eo modo, quo in uſu erat temporibus Pipini, & Caroli Magni, & additæ eidem ſint nonnullæ Miſſæ poſt Sanctum Gregorium: Illæ tamen diſtinctæ fuerunt obelo ÷ ut monet Grimaldus Abbas, ſive Alcuinus in præfatione ſuæ additionis, quæ edita eſt ab eodem Pamelio, & in hac inter Miſſas additas expreſſe recenſentur illæ feriarum v. quadrageſimæ, non autem feriæ IV. in Capite jejunii, nec feriæ VI., quæ eam ſubſequitur.

Ter-

e S. Gelaſio fù più d'un ſecolo prima di S. Gregorio.

II. Nel Sacramentario di S Gregorio ſtampato dal Pamelio, ch'è il più ſincero, & antico, purche ſieno levate le coſe chiuſe con queſti ſegni [ ], vi è detta Feria Quarta. E ſebbene queſto Sacramentario è, ſecondo che era in uſo a tempo di Pipino, e Carlo Magno, e fuſſero aggiunte alcune poche Meſſe dopo San Gregorio: Queſte però furono contraſegnate col obelo ÷, come dice Grimaldo Abbate, o Alcuino nella Prefazione della ſua giunta ſtampata dallo ſteſſo Pamelio, e in queſta tra le aggiunte ſi nominano eſpreſſamente quelle delle Ferie v. della Quareſima, ma non già della Feria IV. *in Capite Jejunii*, nè della Feria VI. ſeguente.

III.

Tertio: In Pontificali habetur, Miſſas cum Stationibus quintarum feriarum quadrageſimæ additas fuiſſe a Gregorio II., neque de alio Pontifice ſcriptum occurrit, additam ab eo fuiſſe feriam IV., & VI. primæ hebdomadæ, licet id dignius eſſet, ut notaretur.

Quarto: Johannes Diaconus ſcribit, ſua ætate Stationes a S. Gregorio deſignatas ſervatas fuiſſe; ex his autem haud obſcure intelligitur, Sanctum Gregorium etiam pro feria IV. Stationem inſtituiſſe. Quoniam in Stationibus deſignandis videtur Sanctus iſte Pontifex ſervaſſe ordinem regionum Eccleſiaſticarum. Etenim prima Statio eſt in Eccleſia S. Sabinæ, quæ eſt in prima Regione; ſecunda Statio feriæ ſextæ eſt in Eccleſia Sanctorum Joannis & Pauli in ſecunda Regione poſita. Sabathum in antiquis Sa-

III. Nel Pontificale ſi hà, che le Meſſe con le Stazioni delle Ferie 5. della Quareſima furono aggiunte da Gregorio II., e non ſi trova d'alcun Papa, che v'aveſſe aggiunta la Feria IV., e VI. della prima ſettimana, e ciò era più notabile a ſcriverſi.

IV. Giovanni Diacono dice, che a ſuo tempo s'oſſervavano le Stazioni deſignate da S. Gregorio; ora da queſte ſi cava, che San Gregorio aveſſe iſtituita la Stazione, anche per la Feria IV., poichè pare, che abbia queſto Santo Pontefice oſſervato l'ordine delle Regioni Eccleſiaſtiche. Imperoche la I. Stazione è a S. Sabina, che è nella prima Regione; la II. Stazione della Feria VI. è a' SS. Giovanni e Paolo nella ſeconda Regione. Il Sabbato ne' Sacramentarii manoſcritti antichi non hà nè Meſſa pro-

Sacramentariis manuſcriptis, nec Miſſam propriam, neque Stationem habet. Tertia Statio jejunii Feriæ ſecundæ primæ hebdomadæ Quadrageſimæ eſt in Eccleſia S. Petri ad Vincula, quæ ad tertiam Regionem pertinet. Quamobrem evidenter apparet, Sanctum illum Pontificem in decernendis Stationibus commoditatem Urbis, ejus Regiones circumeundo, præ oculis habuiſſe; quemadmodum quadrageſimales Stationes, aliaſque de tempore in Eccleſiis Patriarchalibus, & in Titulis, qui erant publicæ Eccleſiæ Parochiales, ſolummodo inſtituit.

propria, nè Stazione. La terza Stazione del Digiuno è nella Feria ſeconda a S Pietro a Vincola, che è nella terza Regione. Sicchè appare, che quel Santo Pontefice ebbe riguardo nel ſtabilire fiſſe le Stazioni alla commodità della Città, girando per i Rioni: ſiccome egli non iſtituì le Stazioni Quareſimali, & altre *de tempore*, ſe non nelle Chieſe Patriarchali, e ne' Titoli, che erano le pubbliche Chieſe Parocchiali.

Quintò: Hoc idem demonſtratur etiam ex ordine Antiphonarum, quæ ad communionem dicuntur. Quoniam prima, quæ eſt Feriæ IV., ſumpta eſt ex Pſalmo I. Secunda Feriæ VI. ex Pſalmo

V. L'Ordine nelle Antifone *ad Communionem* dimoſtra il medeſimo. Poichè la prima della Feria IV. è preſa dal primo Salmo; la ſeconda della Feria VI. è preſa dal ſecondo Salmo; la terza

Digitized by Google

mo II. Tertia, Feriæ II. primæ hebdomadæ quadrageſimæ ex Pſalmo III. Quarta, ſubſequens ex Pſalmo IV., atque ita deinceps. Itaque neceſſe eſt dicere, aut Antiphonarium Gregorianum omnino immutatum ordine inverſo, & perturbatum fuiſſe; aut neceſſario fateri oportet, S. Gregorium Feriam IV. in Capite jejunii celebraſſe.

terza dalla Feria II. è preſa dal terzo Salmo; la quarta ſeguente dal quarto &c. Onde o biſogna dire, che tutto l'Antifonario Gregoriano ſia ſtato alterato, e roverſciato, o biſogna confeſſare, che San Gregorio aveſſe celebrata la Feria quarta &c.

Hac autem in re illud in primis mente complecti opus eſt, quadrageſimam apud veteres, quæ integris ſex hebdomadis, & trigintaſex diebus eſurialibus conſtabat, initium ſumpſiſſe a Fer. II. Ideo in Oratione ſecreta Domin. I. in quadrageſima dicitur offerri Sacrificium, *quadrageſimalis initii*: nihilominus ab antiquiſſimo tempore in Romana Eccleſia ſive lege, ſive conſuetudine jejunatum fuiſſe quatuor diebus hebdomadæ præce-

Il ſiſtema, che biſogna concepire in queſta materia è, che la Quareſima antica con numero miſtico di ſei ſettimane, e di trentaſei digiuni, cominciaſſe dalla Feria ſeconda; Onde nell'Orazione ſegreta della Domenica di Quareſima ſi dice d'offerirſi il Sacrificio, *Quadrageſimalis initii*: con tutto ciò ab antiquo nella Chieſa Romana o foſſe per legge, o per conſuetudine ſi digiunavano i quattro giorni della ſettimana prece-

Digitized by Google

cedentis, ut Sacer numerus quadraginta dierum compleretur.

At verò hæc jejunia verè ac propriè haud vocabantur jejunia Quadrageſimæ, ſicut etiam in præſenti a multis Regularibus jejunatur Feria II. & III. carnis privii, haud tamen affirmant pertinere ad ſolemnem Quadrageſimam, quam non ignorant quadraginta, non quadraginta duobus jejuniis conſtare; nec Officium celebrant Quadrageſimæ. Quamobrem hæc quatuor jejunia erant veluti quatuor tempora extra Quadrageſimam, & erant præparatoria ad eam ſuſcipiendam, & ideo in Eccleſiaſticis Officiis nulla fit mentio Quadrageſimæ, ſed ſolum jejuniorum: *Præſidia Militiæ Chriſtianæ ſanctis inchoata jejuniis*. Additur alia potiſſima ratio, ob quam hæc quatuor jejunia non comprehen-

dente per compire il Sacrato numero di quaranta giorni.

Queſti Digiuni però non ſi chiamavano rigoroſamente di Quareſima, come oggidì molti Regolari digiunano il Lunedì, e Martedì di Carnevale; e pure non dicono d'eſſer della ſolenne Quareſima, che, ſanno che coſta di quaranta digiuni, e non di quarantadue, nè fanno l'Uffizio di Quareſima. Queſti quattro digiuni dunque erano come le quattro Tempora fuori di Quareſima, & erano preparatorii per riceverla; e perciò negli Uffizj non ſi fà menzione di Quareſima, ma ſolo di digiuni: *Præſidia Militiæ Chriſtianæ ſanctis inchoare jejuniis*. S'aggiunge un' altra ragione principaliſſima, per la quale queſti quattro digiuni non ſi comprendeſſero nella Quareſima; Et è che erano

hendebantur in Quadrageſima; hæc autem eſt, quia interrumpebantur eſu carnium in Dominica, quæ vocatur prima Quadrageſimæ. Abſtinentia enim continua uſque in Sanctum Paſcha initium habebat a Feria ſecunda, quæ ſubſequitur. Mos iſte retentus eſt in Eccleſia Mediolanenſi uſque ad S. Carolum, qui illum abſtulit. Sed ut verba faciamus de Romana Eccleſia, habemus hac de re teſtimonium S. Gregorii Papæ *in Cap. Denique* 6. *diſtinct. IV.* ubi gloſſa allucinatur, putans, S. Gregorium loqui de Dominica, *carniſprivii*, cum S Gregorius verba faciat de Quadrageſima, quæ communis erat Clericis, & Laicis, qui nunquam exorſi ſunt quadrageſimam poſt Dominicam Carniſprivii, hoc eſt Quinquageſimæ. Itaque neceſſe eſt dicere, S. Grego-

no interrotti coll'uſo della Carne nella Domenica, che chiamiamo prima di Quareſima; comminciando l'aſtinenza continua infino a Paſqua dalla Feria ſeconda, che le ſegue. Il che fù oſſervato in Milano ſino al tempo di San Carlo, che levò queſt' uſo. Mà per parlare della Chieſa Romana abbiamo di ciò il teſtimonio di San Gregorio Papa *nel Cap. denique* 6. *diſt. IV.* dove la Gloſſa s'abbaglia, credendo, che San Gregorio parli della Domenica, *Carnis privii*, quando S Gregorio parla della Quareſima comune a' Chierici, & a' Laici, i quali mai han cominciato la Quareſima dopo la Domenica di Carnevale, cioè della Quinquageſima. Onde biſogna dire, che S. Gregorio parla della prima Domenica di Quareſima, in cui s'interrompeva il digiuno, ma non la Quare-

Digitized by Google

gorium loqui de Dominica prima Quadrageſimæ, in qua jejunium interrumpebatur, non autem de Quadrageſima propriè dicta, quæ initium habebat a ſequenti feria ſecunda, a qua uſque ad ſolemnitatem Paſchalem trigintaſex jejunia intercedebant, de quibus mentio fit a S. Gregorio in ſua homilia (a); unde unicum deſumitur argumentum ad ſuadendum, Gregorii ætate quatuor præcedentia jejunia in more non fuiſſe. Verum ex iis, quæ hactenus dicta ſunt, perſpicitur, quomodo Homilia Officiis S. Gregorii minime adverſetur, dummodo jejunium a Quadrageſima diſtinguatur; qua de cauſa Feria quarta cinerum in libris Sacris authenticis nunquam vocata eſt, *in capite Quadrageſimæ*, ſed *in capite jejunii*; & in Codice Gelaſiano Feria ſexta, & ſubſequens Sabba-

a *Homil. 16. in Evang.*

reſima, *propriè dicta*, che cominciava dalla Feria ſeconda ſeguente, dalla quale fino a Paſqua erano trentaſei digiuni nominati da San Gregorio nella ſua Omilia, la quale è l'unico argomento per provare, che a ſuo tempo non v'erano i quattro digiuni precedenti. Ma da quel, che fin'ora s'è accennato, ſi vede, come l'Omilia non è contraria agli Uffizj di S. Gregorio, diſtinguendo la Quareſima dal digiuno; che perciò la Feria quarta delle Ceneri mai negli autentici libri Sacri fù chiamata, *in Capite Quadrageſimæ*, mà *in Capite Jejunii*; e nel Codice Gelaſiano la Feria ſeſta, e Sabbato ſuſſeguenti ſono intitolati, *In Quinquageſima*; e la Domenica immediata, *Dominica in Quadrageſima inchoantis initium*.

ba- Si

batum inſcribuntur, *in Quinquageſima*; & Dominica, quæ ſtatim ſequitur, *Dominica in Quadrageſima inchoantis initium*.

Id autem omne, quod ſuperius dictum eſt, comprobatur auctoritate S. Maximi Epiſcopi Taurinenſis, qui expreſſis verbis docet nos morem ſuæ ætatis, nempe quod multi quadrageſimale jejunium præveniebant aliis jejuniis, quæ incipiebantur eo die, quo legebatur Evangelium: *Cum jejunatis*: quod in omnibus antiquiſſimis Codicibus aſſignatur Feriæ quartæ Quinquageſimæ. Principium autem ejus Homiliæ tale eſt: *Quia nonnullorum eſt conſuetudo advenientis quadrageſimæ dies devotiores jejunio prævenire; neceſſario præſens Evangelii decurſa eſt lectio, in qua Dominus noſter virtutum ſpiritualium retributor ſanctam nobis, per-*

Si comprova tutto il ſopradetto con l'autorità di S. Maſſimo Veſcovo di Turino, il quale eſpreſſamente c'inſegna il coſtume del ſuo tempo, cioè che molti prevenivano la Quareſima con altri Digiuni cominciati in quel giorno, in cui ſi leggeva l'Evangelio: *Cum jejunatis*: il quale in tutti i Codici antichiſſimi ſi trova aſſegnato alla Feria quarta della Quinquageſima. Ecco il principio della ſua Omilia: *Quia nonnullorum eſt conſuetudo advenientis Quadrageſimæ dies devotiores jejunio prævenire; neceſſario præſens Evangelii decurſa eſt lectio, in qua Dominus noſter virtutum ſpiritualium retributor ſanctam nobis perfe-*

Digitized by Google

perfectamque dedit regulam jejunandi, dicens: Cum jejunatis non eritis ſicuti hypocritæ triſtes.

ſectamque dedit regulam jejunandi, dicens: Cum jejunatis, non eritis ſicut hypocritæ triſtes.

Emi-

III.

Eminentiſſ. ac Reverendiſſ. Dominis *Ad Pag. 108. in not.*

SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ

CARDINALIBUS

CONGREGATIONIS

Super Correctione Librorum Eccleſiaſticorum Eccleſiæ Orientalis

CONSULTATIO

De commemoratione Romani Pontificis in publicis ſupplicationibus, & Sacroſancto Miſſæ Sacrificio apud Græcos.

IN poſtrema Congregatione, quæ habita eſt die vigeſima prima menſis Februarii exeuntis anni 1745. inter reliqua dubia, propoſitum eſt: *Num in precibus, quæ a Sacerdote & Diacono in protheſi recitantur, ponendum ſit nomen Summi Pontificis &c.* Sed quoniam Eminentiſſimis Patribus graviſſimi momenti hujuſmodi quæſtio viſa eſt, placuit ejus definitionem in aliud tempus differre; ideo reſcriptum eſt: *Dilata*, & ex-

Quæſtio propoſita in Congregat., quia gravis momenti erat, dilata eſt.

& exquirantur Decreta Congregationis Sancti Offi-cii, & Secretarius ſcribat ſuper eodem dubio, cum agetur de eadem, aliiſque commemorationibus ex Diptychis, Græcorum more, faciendis. Quamobrem cum in præſenti Congregatione de commemoratione vivorum, quæ a Græcis e Diptychis fieri ſolet, tractandum ſit, ut juſſibus Eminentiſſimorum Patrum obtemperem, rem diſceptandam aggredior. Verumenim id, ut ita dicam, Academicorum more faciam. Nam in utramque partem, quæcumque ad inveniendam veritatem, removendamque dubitationem conducunt, quoad ingenii imbecillitas ſinit, in medium ita proferam, ut meo ſuſpenſo judicio, quid ea de re, quæ in deliberatione eſt, reſpondendum definiendumque ſit, integrum Eminentiſſimis Patribus relinquam, ne videar præjudicium de quæſtione propoſita facere, eorumque ſententiam prævertere velle.

Commemorationem Rom. Pont. ab omnibus Catholicis fieri cõvenit.

2. Non dubito, fore pleroſque, qui exiſtiment, nemini in dubium venire poſſe, quin Romani Pontificis nomen tum in Liturgiis, tum in Officiis Eccleſiarum Orientalium addi debeat, ut ab omnibus Græcis Catholicis, aliiſque Orientalis Eccleſiæ Nationibus, quarum uſui Officia, aliique Libri Eccleſiaſtici typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide imprimuntur, commemoratio Romani Pontificis in ſolemnibus ſupplicationibus, ac Sancto Miſſæ Sacrificio inter alios Epiſcopos, & Eccleſiaſtici Ordinis Antiſtites fiat. Profecto cum totius Catholicæ Eccleſiæ caput ſit Romanus Pontifex, quid magis æquum aut conſentaneum eſt recto rerum ordini, quàm ut in publicis precibus, dum com-

commemoratio omnium tam vivorum, quàm mortuorum fit, & ſingillatim eorum, quorum vel dignitas, vel meritum, ut ſpecialiter pro illis a Sacerdote oretur, exigit, Sacerdos adſtans ad Altare Dei, cum Eccleſiaſticum Ordinem Deo commendaturus eſt, commemorationem faciat Romani Pontificis, qui & Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, & totius Eccleſiæ Catholicæ Principatum, ac Primatum obtinet? Cum enim Euchariſticus panis ſymbolum ſit Catholicæ unitatis, nihil certè rectius, atque aptius fieri poſſe videtur ad unitatem Catholicam ſervandam ſignificandamque, quàm in Sancto Miſſæ Sacrificio Romani Pontificis nomen commemorari. Siquidem ipſe eſt, qui in Apoſtolica Petri Cathedra ſedens Romanam regit Eccleſiam, unde in omnes vanerandæ communionis jura dimanant, & ad quam propter potiorem principalitatem neceſſe eſt, omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt eos, qui ſunt undique Fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt undique, conſervata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio. Præterea, quæ Divina beneficia, & cœleſtia dona in Sacra Liturgia depoſcuntur, quid convenientius eſt, quàm expoſcere, ea primum in caput totius Eccleſiæ diffundi, ut inde, ſicut ros a vertice Hermon, ſicut unguentum a capite in barbam Aaron, & in oram veſtimenti ejus, in totius myſtici corporis membra defluant, ac delabantur?

S. Ambroſ. Epiſt. II. ad Gratian. & Valent.

S. Irenæus lib. 2. cont. hæreſ.

3. Profecto in Canone Miſſæ, quo Romana, & Occidentalis Eccleſia utitur, expreſſis verbis, ut omnibus notum eſt, Sacrificium offertur pro Romano Pontifice in hunc modum: *Te igitur &c. una cum Famulo tuo Papa Noſtro N.* In Liturgia quoque

In Eccleſia Latina ſemper & ubique ab omnibus facta eſt.

Digitized by Google

Ambroſiana, qua Mediolanenſis Eccleſia utitur, in precibus, quæ in Miſſa fiunt diebus Dominicis, nominatim pro Romano Pontifice Deum orat Sacerdos his verbis; PRO PAPA NOSTRO N., *& omni Clero, omnibuſque Sacerdotibus, ac Miniſtris precamur Te &c* In Miſſa autem Mozarabica dicit Preſbyter: *Offerunt Deo Domino oblationes Sacerdotes noſtri*, PAPA ROMANENSIS, *& reliqui pro ſe & pro omni Clero ac Plebibus Eccleſiæ ſibimet conſignatis, vel pro univerſa fraternitate: ita offerunt univerſi Presbyteri, Diaconi, Clerici, ac Populi circumadſtantes in honorem Sanctorum pro ſe & ſuis*. Et in Miſſa Latina, quam ex antiquiſſimo Codice edidit Flaccus Illyricus Lutheranus, & de cujus antiquitate præter alios plures fusè agit Eminentiſſimus Bona in primo libro rerum Liturgicarum capite duodecimo, infra actionem ita precatur Sacerdos: *In primis una cum famulo tuo* PAPA NOSTRO N. *& pro omnibus orthodoxis, atque Apoſtolicæ Fidei cultoribus Pontificibus, & Abbatibus, Gubernatoribus, & Rectoribus Eccleſiæ Sanctæ Dei, & pro omni Populo Sancto Dei*. Extat etiam commemoratio Romani Pontificis in antiquiſſima Liturgia, quæ legitur in veteri Codice Sacramentorum Romanæ Eccleſiæ, quem in lucem emiſit cl. mem. Card. Thomaſius; Et demum ejus nomen inter Sacras Preces ad Altare recitandum præſcribunt, & habent omnia antiquiſſima monumenta, & exemplaria Sacri Canonis Miſſæ tum impreſſa, tum manuſcripta; quibus addi poſſunt vetuſtiſſimum Miſſale manuſcriptum Eccleſiæ Lateranenſis, quæ cum Eccleſiarum omnium Princeps, ac Mater ſit, ſemper fuit vete-

Cod. Gelaſ. pag. 196.

rum

Digitized by Google

rum Rituum obſervantiſſima, ut teſtatur Joannes Diaconus, & Petrus Abaëlardus in Epiſtola ad Abbatem Claræ vallenſem; tum etiam expoſitiones Miſſæ ſæculo nono ſcriptæ, & editæ in lucem ab eruditiſſimo Præſule Dominico Georgio; Et inſuper Amalarius, Florus Lugdunenſis, Honorius in Gemma animæ, aliique rerum Liturgicarum Scriptores.

Mabillon. in Comment. in Ord. Roman. pag. 129.

Tom. 3. de Liturg. Roman. Pontif. in append.

4. Siquidem commemoratio Romani Pontificis in Sacris Precibus adeò neceſſaria ſemper viſa eſt, ut ſi quis eam omitteret, jam a Catholica communione ſeparatus haberetur, qua de re nos admonens Auctor Divinorum Officiorum ſub nomine Alcuini: *Quod verò*, inquit, *poſt generalem Eccleſiæ commendationem adjungitur*: una cum famulo tuo Papa Noſtro, *ipſius Eccleſiaſtici Corporis unitas fortius commendatur, quia Religionis cultum ſic Dominus inſtituit, ut in Beatiſſimo Petro Apoſtolorum Summo principaliter collocaret, atque ab ipſo, quaſi quodam capite, dona ſua vellet in corpus omne manare. Unde conſtat ab univerſi Orbis communione ſeparatos eſſe, ſicut Beatus Pelagius docet, qui qualibet diſſenſione inter Sacra Myſteria Apoſtolici Pontificis memoriam ſecundum conſuetudinem non frequentant.* Verba autem Pelagii Papæ, quorum mentio fit ab Alcuino, affert Agobardus; ideoque non alienum erit a re propoſita hìc adſcribere: *Denique*, inquit Agobardus *Beatus Pelagius Papa cum quoſdam redargueret Epiſcopos, eo quod nomen ejus reticerent in actione Sacri Myſterii, id eſt in ſolemniis Miſſarum .... ait ad eoſdem Epiſcopos: Diviſionem veſtram a generali Eccleſia, quam tolerabiliter ferre non poſſum, vehementer ſtupeo.*

Si quis eam omiſiſſet, a Catholica cõmunione cenſebatur alienus.

Alcuin. de Div. Offic.

Agobard. in libell. de Cõparat. utr. Regim.

Pelagius I. creatus eſt Pontifex anno 555. Pelagius autem II. ann. 578.

ſtupeo. Cum enim Beatiſſimus Auguſtinus Dominicæ ſententiæ memor, quæ fundamentum Eccleſiæ in Apoſtolicis Sedibus collocavit, in ſchiſmate eſſe dicat, quicumque ſe a Præſulum earumdem Sedium auctoritate, vel communione ſuſpenderit, nec aliam manifeſtet eſſe Eccleſiam, niſi quæ in Pontificalibus Apoſtolicarum Sedium eſt ſolidata radicibus: quomodo vos ab univerſi Orbis communione ſeparatos eſſe non creditis, ſi mei inter Sacra Myſteria ſecundum conſuetudinem nominis memoriam reticetis, in quo licet indigno Apoſtolicæ Sedis per Succeſſionem Epiſcopatus præſenti tempore videtis conſiſtere firmitatem? Ita Pelagius Pontifex, cujus verbis non inopportunè hoc loco adjungam, quæ de modo ac ratione faciendi commemorationem Romani Pontificis ſcribit alter Pontifex Innocentius III. Nam quum ex eo ſciſcitatus eſſet Epiſcopus Aurienſis, quibus verbis Romanus Pontifex uteretur, dum in Sacro Canone ad eum locum perveniret, ubi legitur: *una cum Papa Noſtro*; Idibus Martii anno Chriſti 1206. ita ad illum reſcripſit: *Poſtulaſti præterea doceri, quibus verbis Pontifex Romanus utatur in eo loco Canonis Miſſæ, in quo Sacerdos inferior dicit*: UNA CUM PAPA NOSTRO, *cum idem pro ſe tunc videatur orare, ac ſupra ſe Antiſtitem non habere. Ad quod devotioni Tuæ taliter reſpondemus, quod nos ibi dicimus*: UNA MECUM INDIGNO FAMULO TUO, *ubi verbis prædictis utuntur alii Sacerdotes*. Profecto nulla diſſenſio, aut diſceptatio tanta, aut tam juſta, & tam neceſſaria, aut tam magna, & tam diuturna intervenire unquam poteſt, ut in Sacris Myſteriis nomen Romani Pontificis rectè omitti poſſit juxta illud Iſidori dictum,
quod

Digitized by Google

quod refert Hugo Flaviniacenſis in Chronico his verbis: *Noverit ſe a communione totius Orbis ſeparari quicumque nomen Apoſtolicì pro qualicumque diſſenſione in Canone non recitaverit*. Quamobrem rectè Doctiſſimus Cardinalis Joannes Bona oblationem, quam facit Sacerdos pro Eccleſia, deinde pro Papa, teſſeram unitatis, & notam unionis cum Capite vocat. Itaque id certè in cauſa fuiſſe exiſtimo, cur decretum fuerit in Concilio Vaſenſi ſecundo, quum alicubi in Gallia commemoratio Romani Pontificis inter Sacra Myſteria, vel negligentia, vel deſuetudine, vel alia ex cauſa omitteretur, ut in poſterum omnes Dei Sacerdotes Romani Pontificis nomen in Eccleſiis recitarent. Verba Canonis talia ſunt: *Et hoc Nobis juſtum viſum eſt, ut nomen Domini Papæ, quicumque Sedi Apoſtolicæ præſuerit, in noſtris Eccleſiis recitetur*. Meritò igitur Ennodius Ticinenſis in Apologia pro Synodo, ut probaret ſuaderetque: Papam Symmachum ſemper habitum fuiſſe legitimum Pontificem, non autem Laurentium, hoc argumento uſus eſt, ſcilicet in Sacris precibus, dum Miſſarum ſolemnia celebrabantur, ab ejus commemoratione nunquam ceſſatum fuiſſe. Demum, ut paucis rem totam expediam, concludam verbis Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti Papæ XIV. quæ talia ſunt, digna utique ejus ſingulari ſapientia ac doctrina: *Quod vero ad Occidentalem Eccleſiam pertinet, adeo vetus eſt orandi pro Papa in Canone conſuetudo, ut ejus origo indicari non poſſit: oſtendi vero poſſunt leges, quibus ea conſuetudo reſtituta, vel malus uſus ſublatus, repreſſaque audacia prætermittendi nomen Romani Pontificis*.

Bona rerum Liturg. lib. II. c. xj.

Conc. Vaſen. 2. ann. 529. Can. 4.

Bened. XIV. de Sacriſic. Miſſæ ſect. CCXIX.

4. Hæc

Ex iis, quæ in Eccleſia Latina ſervata ſunt, quid ab Eccleſia Græca faciendum ſit, ſtatui poteſt.

4. Hæc quidem ſunt, quæ ad Eccleſiam Occidentalem propriè ſpectant; & licèt hinc ſtatui poſſit, quid ab aliis Eccleſiis per totum Terrarum Orbem cuſtodiri debeat, cum ad ejus venerandas, omnique ex parte commendandas, imitandaſque conſuetudines ac mores cæteræ omnes ſe conformare debeant; nihilominus quia Græca Eccleſia ſuos habet ritus ac cœremonias, ſuiſque regitur moribus ac conſuetudinibus, quas non ſolum probat, ſed etiam obſervari vult, ac præcipit Romana Eccleſia, cæterarum omnium Mater ac Magiſtra, operæ pretium me facturum eſſe puto, ſi cum hactenus de Eccleſia Occidentali dixerim, modo ſpeciatim de Græca Eccleſia verba faciam, ut diligentius injuncto mihi ab Eminentiſſimis Patribus munere ac opere perfungar. Qua in re, ut ordine aliquo ac via progrediatur oratio, eam in plures partes diſpertiam; quinque enim, quæ ad propoſitam controverſiam definiendam maximè conducere videntur, mihi quærenda, & examinanda conſtituam.

Nihilominus res ſpecialius expenditur.

In plures partes dividitur.

I. Quo primum tempore in Eccleſia Græca commemoratio Romani Pontificis fieri cœpit in Sacrificio Miſſæ?

II. Quomodo, & a quibus fieri conſueverit?

III. Recitatio nominis Romani Pontificis inter Sacra, vel ejuſdem nominis omiſſio cujus rei ſignum, & argumentum ſemper habitum fuerit apud Græcos?

IV. Quid nunc ab omnibus Sacerdotibus Græcis tum Schiſmaticis, tum Catholicis hac in re ſervetur? & an Græcis Sacerdotibus etiam inferioris gradus, qui Romanæ Eccleſiæ uniti ſunt, & in com-

Digitized by Google

communione Catholica permanere volunt, præſcribendum ſit, ut commemorationem Romani Pontificis in Miſſa omnino faciant?

V. Quid in hac re & Græcis, & aliarum Orientalium Nationum Sacerdotibus in communione Catholica Romanæ Eccleſiæ vivere volentibus Sedes Apoſtolica faciendum præſcripſerit?

I. Quo primum tempore in Eccleſia Græca commemoratio Romani Pontificis fieri cœpit in Sacrificio Miſſæ?

A Prima igitur ex quæſtionibus propoſitis, quæ tempus reſpicit, quo nomen Romani Pontificis inter Sacra Myſteria recitari cœptum eſt, initium faciam. Iſaacus Habertus in obſervationibus ad Pontificale Græcorum, relatis Græcis Liturgiis nomine Beati Petri, ac Beati Marci inſcriptis, & in quibus legitur nomen Romani Pontificis, quæ cujus ſint antiquitatis, ingenuè fatetur ſe ignorare, ita deinde proſequitur: *Quo circa dicam, quod ſentio: Summum Pontificem Romanum, etſi ab ævo Chriſtiano pro univerſæ Eccleſiæ Paſtore ab omnibus Eccleſiis Orthodoxis ſemper habitum, non idcirco tamen exiſtimo in Orientalibus Eccleſiis a fidei primordio ſemper in Sacris Myſteriis nominatim pronuntiatum eſſe. Vellem factum, & laudarem, ſed factum non lego, factum quidem laudarem.* Poſt hæc affert, quæ ſcribit Alcuinus, & quæ in Canone Concilii Vaſenſis continentur, deinde talia ſubjicit: *Verùm in Eccleſiis*

Iſaaci Haberti ſententia de Commemoratione Romani Pontificis in Græca Eccleſia.

Habert. Pontif. Græc. ad Part. VIII. Obſer. XII.

cleſiis Orientalibus extra non quidem Pontificum, ſed Patriarchalem Romani Præſulis ditionem conſtitutis, nihil tale prioribus ſæculis occurrit, niſi ex quo quatuor aliorum Patriarcharum mentio fieri cœpit. Allatis ſubinde verbis Conſtantini Pogonati Imperatoris, Nicephori Gregoræ, & aliorum Græcorum inferioris ætatis, hoc modo concludit: *Cæterum antiquius rei hujuſce veſtigium eſt in quibuſdam Exemplaribus Liturgiæ Sancti Chryſoſtomi, in quibus habetur*, NICOLAI SANCTISSIMI UNIVERSALIS PAPÆ LONGA SINT TEMPORA, *quod ab aliquo additum Patriarcha, tempore Nicolai ſaltem primi, vivente anno circiter Chriſti octingenteſimo quinquageſimo octavo.* Itaque laudatus auctor commemorationem Romani Pontificis, dum ſacra a Græcis peraguntur, haud vetuſtiorem facere videtur ſæculo octavo, aut ſeptimo. De hujuſmodi autem Haberti ſententia lætus exultat Scriptor heterodoxus Chriſtianus Auguſtus Salig in Libro de Diptychis veterum; exhibitis enim ejuſdem Haberti verbis, ſubjicit: *Talem quum confeſſionem Viri cordati habeamus, nihil eminentiæ accedere faſtigio Romano poſſe, quilibet deprehendet, ſi Orientalia Diptycha Pontificum nomen prædicent.* Eminentiſſimus autem Cardinalis Bona repugnare auſus non eſt laudati Haberti opinioni ſeu conjecturæ, quam his verbis refert: *An verò primis ſæculis Græcia Orthodoxa mentionem fecerit Romani Pontificis, non liquet. Iſaacus Habertus ad part.* 8. *Pontific. Græc. obſer.* 12. *tunc putat Papam cœpiſſe in Sacris nominari, cum reliquorum Patriarcharum mentio fieri cœpit, cujus conjecturæ nihil habeo, quod opponam, niſi aliquid certius eluceſcat.*

Salig de Diptych. Vet. cap. vj. n. 5.

Card. Bona aſſentiri videtur Haberto.

Bon. Rerum Liturg. lib. II. cap. xj. num. 3.

2. Ego

Digitized by Google

2. Ego verò, ſi aliquid pro Romanæ Sedis dignitate aſſerenda, tuendaque auctoritate confidenter dicere, & experiri licet, contra ſentio, exiſtimoque primis Catholicæ Fidei temporibus Romani Pontificis nomen in Orientalis Eccleſiæ Diptycha relatum eſſe, & omnipotenti Deo commendatum. Porrò ut aliis ſuadeam, primis Eccleſiæ ſæculis in Patriarchalibus Orientis Eccleſiis, & præcipuè in Conſtantinopolitana, quæ ſupra alias honoris prærogativam, ſuffragantibus Græciæ Imperatoribus, obtinuit, moris & receptæ conſuetudinis fuiſſe, ut inter Sacra Myſteria e Sacris Diptychis Romanus Pontifex commemoraretur; non leve argumentum, imo certa & valida probatio ſuppetit ex iis, quæ a Nicephoro Callixto narrantur in Hiſtoria Eccleſiaſtica, ubi agit de excommunicationis ſententia, qua Felix Papa Acacium Patriarcham Conſtantinopolitanum a Catholicæ Eccleſiæ communione ſeparavit: *Acacius*, inquit, *uſque adeo exautborationem illam deſpexit, ut mente ſenſuque omni captus primus ipſe Papæ nomen è Sacro Albo exemerit.* Ἀκακίῳ δὲ τοσοῦτον τῆς καθαιρέσεως ἠμέλησεν, ὡς ἀναισθήτως διατεθεὶς πρῶτος, καὶ τὸ τοῦ Πάπα μνημόσυνον τῶν ἱερῶν περιεῖλε διπτύχων.

Probatur, eam in uſu fuiſſe apud Græcos primis Eccleſiæ ſæculis.

Niceph. hiſt. Eccleſ. lib. 16. cap. 17.

Ex teſtimonio veteris hiſtorici Baſilii Cilicis.

3. Non ignoro authorem iſtum levioris fidei cenſeri, potiſſimum cum ſcribit de rebus, quæ longè ante ætatem ſuam contigerunt. Verùm quia ea, quæ modo de Acacio attuli, ex teſtimonio antiquiſſimi Hiſtorici Baſilii Cilicis nobis refert, & inſuper quæ ille narrat, ex iis, quæ poſtea ſubſequuta ſunt, confirmationem accipiunt, nulla res eſt, quæ impediat, quò minus ei tuto plena fides adjungi poſſit.

Baſilius Cilix Sæculo V. vixit.

Itaque ex Nicephori auctoritate, ſeu potius Baſilii Cilicis teſtimonio certò nobis conſtat, longè ante Acacii Patriarchatum, qui Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præfectus eſt anno 471., ab ejuſdem Acacii Prædeceſſoribus Conſtantinopolitanæ Urbis Epiſcopis memoriam Romanorum Pontificum in Sacris fieri conſueviſſe, cum ipſe hoc potiſſimum nomine reprehendatur, quod primus omnium in tantum inſaniæ pervenerit, ut nomen Papæ Felicis è ſacro expunxerit Albo: quod nullus ante eum, quamvis plures, quibus Catholica communio, & ſynodicæ, ſeu pacificæ literæ ab Apoſtolica Sede negatæ fuerant, eidem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præfuiſſent, nedum aggredi, ſed ne cogitare quidem auſus eſt. Addit autem Eminentiſſimus Baronius, quod facinus in Conſtantinopolitana Eccleſia admiſit Acacius, id in Alexandrina patrare non dubitaſſe Dioſcorum: *At, cum legis*, ita ſcribit Doctiſſimus Cardinalis, *Acacium è Sacris Diptychis nomen Felicis Pontificis obliteraſſe, in memoriam revoca Dioſcorum Alexandrinum id ipſum adverſus S. Leonem Papam, in eum anathema inferendo, tentaſſe*. Cum clariſſimo Eccleſiaſticorum Annalium Auctore id ipſum alii etiam recentiores Scriptores affirmant. Verumenim ex libello Theodori Diaconi Alexandrini, qui oblatus eſt Concilio Chalcedonenſi actione tertia, id ſolum nobis compertum fit, impium Dioſcorum anathematis ſententiam in S. Leonem de ſcripto pronunciare auſum eſſe. Verba, quæ in libello leguntur, talia ſunt: *Excommunicationem faciens contra Sanctiſſimum, & Beatiſſimum Apoſtolicæ Sedis Magnæ Romæ Epiſcopum ſuaſit ſubſcribere* *eis*

Tum etiam ex facto Dioſcori contra S. Leonem juxta Card. Baronii, aliorumque ſententiam.

eis, qui cum ipſo de Ægypto exierant, Sanctiſſimis Epiſcopis plus minus numero decem . . . : aliquoties comminans, aliquoties nolentes decipiens, unde lacrymantes, atque gementes nefandæ illi chartæ ſubſcripſerunt. Et ex hac cauſa, ob excommunicationem ſcilicet in Sanctum Pontificem latam, a Chalcedonenſi Generali Synodo Dioſcorum anathemate perculſum, & Sacerdotio privatum eſſe affirmavit Anatolius Patriarcha Conſtantinopolitanus in eadem univerſali Synodo his verbis: *Propter fidem non eſt damnatus Dioſcorus, ſed quia excommunicationem fecit Domino Archiepiſcopo Leoni, & tertio vocatus eſt, & non venit, & ideo damnatus eſt.* Quod verò Dioſcorus præter anathema ſacrilego ore in S. Leonem prolatum, ejus quoque nomen è Diptychis eraſerit; id certe neceſſariò conſequens videtur, ſi admittatur, quod cenſuiſſe videntur Baronius, aliique, per id temporis Eccleſiam Alexandrinam commemorationem facere Romani Pontificis conſueviſſe. Cæterum nullus eſt ex antiquis Scriptoribus, quem ego viderim, qui id factum fuiſſe a Dioſcoro expreſſis verbis teſtetur. At verò ſi vetuſtiora, ſeu æqualia Dioſcori ætati monumenta de commemoratione Romani Pontificis in Alexandrina Eccleſia peragi ſolitâ temporis edacitate, aliiſque de cauſis periere, hæc utique non deſunt de Eccleſia Conſtantipolitana, in cujus Diptychis deletum fuiſſe ab Eutychianis nomen Magni Leonis, liquido conſtat ex literis, quas Joannes Patriarcha ad Hormiſdam Papam miſit, unde certiſſime adſtruitur, & comprobatur, quod laudatus Cardinalis Baronius, a Dioſcoro impio Eutychetis Patrono factum fuiſſe, aſ-

Conc. Chalc. act. 5.

ſeruit. Poſt Acacii autem, & Felicis Papæ tempora, hoc eſt a ſæculo quinto exeunte plura præſto ſunt, ex quibus non levi aliquo indicio, vel veriſimili conjectura, ſed apertè ac manifeſtè oſtenditur: Conſtantinopolitanos Patriarchalis Eccleſiæ Antiſtites, non modo poſterioribus ſæculis, ſed anterioribus quoque Catholicæ Fidei temporibus, quamdiu in Romanæ Eccleſiæ communione perſtiterunt, ad Sacrum Altare Romani Pontificis nomen è Diptychis recenſere in more habuiſſe. Ea autem hoc loco edere omitto, quia inferius mihi neceſſe eſt iterum in medium adducere, ne eadem importunè repetendo tædio Eminentiſſimos DD., & Conſultores afficiam. Sed ſatis ſuperque erit interim afferre, quæ hac de re pro ſua ſingulari doctrina appoſite ac ſapienter ſcribit ipſe Sanctiſſimus Dominus Noſter Benedictus XIV. in ſuo eruditiſſimo tractatu de Sacrificio Miſſæ. *Nec ſanè quiſquam jure negaverit, in Eccleſia Orientali de Summo Pontifice olim mentionem fieri conſueviſſe . . . . . Hæc autem in Eccleſia Orientali intermiſſa eſt conſuetudo propter Photii ſchiſma: nec unquam actum de concilianda utraque Eccleſia, quin Græcis nobiſcum ſemper convenerit Summi Pontificis nomen eſſe in Canone reſtituendum.*

Poſt ſæculum V. hac de re nulla eſſe poteſt dubitatio.

De Sacrifi. Miſſ. ſect. 1. §. CCXIX.

4. Verum enim jam nunc ad tempora, quæ Acacii, & Felicis ætatem præceſſerunt, revertor; & deinceps de ſubſequentibus, ac poſterioribus temporibus, loco atque ordine ſuo verba faciam. Et primum ex Baſilii Cilicis teſtimonio, ut ſuperius animadverti, non ſolum nobis conſtat, Acacio Patriarchalem thronum obtinente, in Eccleſiaſticis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ tabulis nomen Romani

Vetuſtior autem ſæcul. V. tum ex teſtimonio Baſilii Cilicis, tum ex uſu Synodicarum oſtenditur.

Digitized by Google

mani Pontificis inſcriptum fuiſſe, ſed inſuper longe ante ejuſdem Acacii ætatem hujuſmodi morem ab ejus Prædeceſſoribus ſervatum eſſe, licet a Romanis Pontificibus ſimultate aliqua, aut Græcanico tumore, vel doctrinæ pravitate diſſiderent, cum ipſe primus è ſacris diptychis audaciſſimus omnium nomen Romani Pontificis Felicis, ut fertur, ſuſtulerit. Præterea ad venerandæ hujus conſuetudinis vetuſtatem adſtruendam ante ſæculi quinti a Chriſti nativitate finem, & Acacii Patriarchæ Conſtantinopolitani ætatem, aliud præclarum argumentum deſumi poſſe mihi videtur ex antiquiſſimo more, quo Romani Pontifices ſtatim a die ſuæ aſſumptionis Synodicas Literas ad Patriarchas, alioſque primores Orientis Epiſcopos electionis ſuæ nuncias, & profeſſionis rectæ Fidei teſtes mittebant. Id enim eo conſilio factum fuiſſe, cenſeo, ut Sacerdotes Catholicæ Eccleſiæ Primates ex Pontificiis literis agnoſcerent, quam fidem eos ſequi, & amplecti oporteret, ſi cum novo Pontifice electo, & Petri ſucceſſore communicare vellent: hac autem probatâ, gratulatorias electionis literas Pontifici electo ipſi reſcribebant; ejuſque nomen in Diptycha, quantum ex certa ratione, & veriſimili conjectura affirmare licet, referebant, ut ejus commemorationem, tanquam communionis cum Capite totius Eccleſiæ Catholicæ notam, ac teſſeram inter Sacra, audiente Populo, facerent. Joannes Garnerius Societatis Jeſu vir eruditione præclarus verba faciens de Synodica, quam Romanus Pontifex noviter electus ad Patriarchas, alioſque Epiſcopos mittebat: *Synodica*, inquit, *continebat tria*, *vel*

Synodica mittebatur, ut nomen Pontificis electi in Diptychis deſcriberetur.

Garnerius diſſert. 2. ad cap. 2. lib. diurni Romani Pontificis.

vel quatuor; *nuntium de ordinatione Summi Pontificis*, *formam fidei*, *precum expoſtulationem*, *atque etiam exhortationem ad munus adimplendum*. *Id conſtat partim ex Synodica Gregorii Magni*, *partim ex Diurni formulis*. *Ex his apparet*, *quo fine mitteretur*; *nimirum ut Chriſti ovile foret unum*; *ut oves paſtoris ſui vocem audirent*, *& ſequerentur*, *ut Eccleſiæ unitas*, *cujus vinculum eſt fides*, *ac membrorum*, *capitiſque conſenſio*, *integra ſervaretur*. Sed cauſæ, ob quas hujuſmodi Synodicæ literæ mittebantur, melius etiam, quod ad ea attinet demonſtranda, quæ modo aſſerui, intelliguntur ex ipſis Synodicis, quas Gelaſius Papa ad Laurentium Lignidenſem Præſulem, & Dardaniæ Epiſcopos ſcripſit, in quarum prima: *mos eſt*, inquit, *Romanæ Eccleſiæ Sacerdoti noviter conſtituto formam fidei ſuæ ad Sanctas Eccleſias prorogare*, *hæc eadem compendioſa nimis brevitate ſtudui renovare*, *ut ſub qua fide vivendum ſit ſecundùm ſtatuta Patrum*, *in hac noſtra epiſtola per brevitatem ſine faſtidio lector agnoſcat*. In altera verò ad Epiſcopos Dardaniæ: *ubi primum*, ait Gelaſius, *reſpirare fas eſt a continuorum tempeſtate bellorum*, *quæ vel in illis Provinciis*, *vel in iſtis*, *temporum qualitas inceſſanter exercuit*, *cunctos per Dardaniam Domini Sacerdotes fraternæ ſollicitudinis charitate duximus alloquendos*; *primum quia regimen Apoſtolicæ Sedis adepti*, *ſtrepitu publico*, *ut dictum eſt*, *retardante*, *commiſſum nobis ſacræ diſpenſationis officium propriis*, *ut mos erat*, *literis nequivimus indicare*, *quo Veſtra Fraternitas* DE COMMUNIONIS DOMINI NOBISCUM MUNERE *gratuletur*; *deinde ut poſt tantas acerbitates*, *incommoditateſque mundanas*, *qualiter*

invi-

Digitized by Google

invicem valeremus, *mutuus ſermo depromeret*; *Poſtremò ſi qua de Eccleſiaſticis referenda ſunt cauſis*, *quæ propter inſidias perpetui hoſtis paſtorali ſunt jugiter circumſpicienda vigilantia*, *ſignificationibus panderemus alternis*. Verbis autem illis *de communionis Domini nobiſcum munere* gratuletur, id potiſſimum intelligi exiſtimo, communionem ſcilicet Dominici Corporis, quæ inter Patriarcham, & Romanum Pontificem, alioſque Epiſcopos maximis locorum ſpatiis disjunctos, ſed ejuſdem fidei confeſſione, & Chriſtianæ charitatis vinculo unitos in ſacra miniſterii actione fiebat recitando ex Diptychis poſt conſecrationem Dominici Corporis nomen Romani Pontificis recens electi, eumque Deo commendando, & in communionem oblati tremendi Sacrificii quodammodo adſciſcendo; & iſtas, haud dubito, preces illas fuiſſe, quas, ut advertit Garnerius, Romani Pontifices mox electi Synodicis ſuis expoſtulabant; & ſolemnem hunc ritum, ſacramque obſervantiam præclarum utique ſymbolum, firmumque argumentum fuiſſe Catholicæ communionis, & unionis membrorum cum capite, ad quam retinendam, miſſis Synodicis cum formula Catholicæ fidei, Romanæ Eccleſiæ Præſules tam ſtudioſè adlaborabant.

5. Id certè in cauſa fuit; cur Gelaſius Euphemio Patriarchæ Conſtantinopolitano, qui cum eo queſtus fuerat, electionem ejuſdem Gelaſii auditu tantùm percepiſſe, non autem ipſi fuiſſe de more Synodicis literis ſignificatam, reſpondit: fuiſſe quidem veterem regulam, morem, & conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ, ab electo Pontifice electionem ſuam

Ideo a S. Gelaſio Synodica miſſa non eſt ad Euphemium Patriarcham Conſtantinop.

ſuam Conſtantinopolitano Patriarchæ ſignificari; verùm cum Euphemius extraneam ſocietatem præferret, retinendo in Diptychis Acacii a Sede Apoſtolica damnati nomen, conſortio Apoſtolicæ Sedis gaudere non poſſe, nempe Synodicas literas accipere, & conſequenter Gelaſii Pontificis nomen in Diptychis recenſere, eumque inter Sacra nuncupando in eodem Catholicæ, & Apoſtolicæ communionis conſortio una cum ipſo Dominicæ Menſæ participem fieri. Quod ut planius intelligatur, ſcire opus eſt, quæ de eodem Euphemio memoriæ prodit Nicephorus in ſua Hiſtoria Eccleſiaſtica: quod indignatus Euphemius, Petrum Mongum auſum eſſe in ſuis literis Chalcedonenſem Synodum improbè, atque impudenter damnare, è Sacris Diptychis nomen ejus expunxit, repoſito in illis nomine Felicis Papæ, quod deleverat Acacius, literaſque ad eum Synodales miſit, ut quod maximè optabat, communionis Romanæ particeps fieret; ſed aſſequi id nequivit, quia Acacii, ejuſque ſucceſſoris Flavitæ nomen in Diptychis retinuerat. *Euphemius*, inquit Nicephorus, *ſimulatque Epiſcopatum iniit, nihil moratus ſuis ipſe manibus de ſacris tabulis Petri Mongi nomen expunxit, & Felicis appellationem repoſuit: atque in ſacro ſuggeſtu conſidens, Synodales, more recepto, epiſtolas Romam ad Felicem dedit. Porrò Papa ſcripta quidem illius recepit, & Euphemio veluti orthodoxo favit. Sed illum in Epiſcopalem communionem non admiſit, quod Acacii quoque, & Flavitæ nomen de ſacro libro non deduxiſſet.* Qua de cauſa neque a Gelaſio, qui Felici ſucceſſit, communicatorias, ſeu pacificas literas, & electionis nun-

Quia nolebat cum Acacio, aliiſque Schiſmaticis conſociari.

Ann. 489.

Niceph. lib. 16. cap. 19.

nuncias impetrare meruit. Sed jam nunc in medium afferam verba Gelaſii, quæ in epiſtola ad eumdem Patriarcham Euphemium datâ talia ſunt: *Fuit quondam Eccleſiaſtica vetus hæc regula apud Patres noſtros, quibus una Catholica, Apoſtolicaque communio ab omni prævaricatorum pollutione libera conſtabat. Nunc autem cum ſocietatem præferre malitis extraneam, quàm ad Beati Petri purum redire, illibatumque conſortium: quomodo cantabimus Canticum Domini in terra aliena? Quomodo diſpoſitionis Apoſtolicæ antiqua fœdera præbeamus hominibus communionis extraneæ? Quemadmodum vobis ordinationem renunciatura eſt, cui, veſtro etiam teſtimonio, hæreticos damnatos præponitis? . . . . Quia aliter appellamus Dominicæ menſæ participes, aliter qui in ejus nobiſcum ſocietate diſſentiunt.* Et quoniam Euphemius ſcripſerat oportere eum pro communi Eccleſiæ pace condeſcendere, inſurgit ad hujuſmodi verba Gelaſius, pauciſque proſternit fatalem hanc machinam, qua ſemper multi adeò perniciosè abuſi ſunt ad infringenda Sacrorum Canonum repagula, ad Eccleſiaſticæ diſciplinæ vigorem enervandum, ad proterendum Sacerdotalis pectoris robur, & ad dejiciendam denique Apoſtolicæ Sedis Majeſtatem, quæ in confeſſione Beati Petri vacillantes Fratres ſuos confirmantis immota, ac firma conſiſtit, non in debilitate Petri ad interrogationem, & affatum vilis ancillæ trepidantis, & Magiſtrum ſuum denegantis, inſtabilis, atque infirma reponitur. Itaque me facturum exiſtimo rem Eminentiſſimis Patribus haud prorſus ingratam, ſi Gelaſii verba hoc loco afferam, eò magis, quod & ad rem propoſitam haud pa-

Ann. 491.

Affirmat Sanctus Gelaſius nequaquam poſſe in hac re condeſcendere.

parumper pertinent. Hæc autem talia ſunt: *Sed conſequenter adnectis, condeſcendibilem me, & optima diſpoſitione revocare poſſe concordiam. Proinde, quoniam iſto verbo frequenter utimini, quid ſibi velit, explorem. Optima enim illa eſt Eccleſiæ Catholicæ, atque Apoſtolicæ diſpoſitio, ad meliora proficiendo condeſcendere, non ad inferiora deſcendendo deficere. Cum autem dicis condeſcendere nos debere vobiſcum: interim jam vos aut deſcendere, aut deſcendiſſe monſtratis. Unde, quæſo, vel quo iſta deſcenſio eſt: utique ex ſuperiori quodam loco ad inferiora quæque depoſitos, a Catholica, Apoſtolicaque communione ad hæreticam, damnatamque prolapſos vos videtis, cognoſcitis, non negatis: & non ſolùm vos in infimis jacere delectat, ſed etiam in ſuperiore manentes ſede vultis impelli. Condeſcendere nos vobiſcum invitatis ad ima de ſummis; nos conſcendere vos nobiſcum rogamus ad ſumma de imis. Nunc igitur ſub conſpectu illius excelſæ juſtitiæ judicet genus humanum, quis noſtrum debeat alteri obedire. An dicis (ut cætera nunc omittam): Deſcendit Dominus ipſe de Cælo? Deſcendit planè, ſed ut hominem ab errore liberaret, non ut ejus miſceretur errori. Nonne ipſe præmonuit, ut qui in tecto conſiſterent, non deſcenderent, nec ad ea, quæ in domo videntur eſſe tollenda? Nonne pro omnibus Apoſtolus clamat unus, qui plus omnibus laboravit, cum de cuſtodia veritatis ageretur: quibus nec ad horam ceſſimus ſubjectionis gratia, ut veritas Evangelii permaneret apud vos? Videtis cæleſtem Magiſtrum condeſcendere noxiis recuſantem? Poſtremò faciamus aliquem corruiſſe, ad quem benigniſſime ſublevandum, paululum quiſpiam velit inflecti: ergo ut erigatur jacens,*

cens, miſerantem convenit inclinari, non ut cum eodem præcipitetur in foveam. Poſt nonnulla pergit in eadem Epiſtola Gelaſius: *Quo nos vultis ultra deſcendere? quid tacetis? quid verecundamini verbis exprimere, quod corde geſtatis? Ipſa vos ſaltem verecundia (quod nonnunquam fit) debuit commonere. An forſitan ut hæreticorum, damnatorumque, & his vel eorum ſucceſſoribus communicantium nomina conſentiamus admitti? Hoc non eſt condeſcendere ad ſubveniendum, ſed evidenter in inferna demergi. Parcite quæſo & nobis, & vobis. Quod ſi curam veſtri adeo non habetis, date veniam nobis. Dolere & flere poſſumus, & debemus; in hæc abrupta deduci non poſſumus; nec debemus, qui, præſtante Deo noſtro, ſinceram, puramque paternæ traditionis fidem, communionemque retinere, & ab omnium prævaricatorum contagione diſcretam, etiam intentato periculo mortis, optamus.* Quibus verbis Beatus Pontifex Gelaſius aperte alludit ad communionem, quæ fit per commemorationem tum vivorum, tum mortuorum fidelium in Euchariſtico Sacrificio, in quo inter defunctos Acacii nomen ab Euphemio commemorabatur. Nec obſcurè innuit morem referendi in ſacra Diptycha nomen Romani Pontificis noviter electi, ſtatim ac ejus Synodica a Patriarcha Conſtantinopolitano recepta fuerat. Quod ut ſibi quiſque certius ſuadeat, opus eſt, ut animum attendat ad verba illa Gelaſii reduarguentis Euphemium, quod nomen Acacii in Diptychis retineret; nempe: *apud Patres noſtros Catholica Apoſtolicaque communio ab omni prævaricatorum pollutione libera conſtabat: ſocietatem præferre malitis extraneam, quàm ad Bea-*

Hinc competitur mos referendi in Diptycha nomen Pontificis electi.

ti Petri purum redire illibatumque conſortium : aliter appellamus Dominicæ menſæ participes, aliter qui in ejus nobiſcum ſocietate diſſentiunt : Tum etiam illa alia : *A Catholica, Apoſtolicaque communione ad hæreticam, damnatamque prolapſos vos videtis. An forſitan ut hæreticorum, damnatorumque & his, vel eorum ſucceſſoribus communicantium nomina conſentiamus admitti? Sinceram, puramque paternæ traditionis fidem communionemque retinere, & ab omnium prævaricatorum contagione diſcretam, etiam intentato periculo mortis, optamus*. Quid autem hæc verba ſibi volunt? quid innuunt? quid ſignificant? niſi communionem illam, conſortium, & ſocietatem, quæ recitatis vel vivorum, vel mortuorum nominibus in Sacro Altaris Sacrificio, ut ita dicam, conteſſeratur? Profectò in tota Epiſtola a Gelaſio Pontifice de ea ſocietate agitur, & communione, & conſortio, quod Patriarchæ Conſtantinopolirano intercedebat cum Sede Apoſtolica nomen Romani Pontificis è Sacris Diptychis recitando, cui præferre videbatur Enphemius ſocietatem, communionemque cum Acacio ipſius nomen in defunctorum Diptychis retinendo. Nam cum idem Acacius vita jampridem functus eſſet, nulla alia ſocietas, & communio cum eo eſſe poterat, quàm ea, quæ per commemorationem vivorum, & mortuorum ad Sacrum Dei Altare inter Eccleſiam militantem, ac purgantem retinetur. Quæ cum ita ſint, vel hinc manifeſtò conſtat, quàm antiqua fuerit apud Orientales Græcos commemoratio Romani Pontificis in Sacro
Anno 492. Miſſæ Sacrificio, cum de ea ita agatur Gelaſii tempore, tanquam de re jam omnibus notiſſima, & a vetu-

Digitized by Google

vetuſtiſſimo tempore recepta, & in Eccleſia Dei perpetuò obſervata, & retenta.

6. Sed quoniam Euphemius pro Acacio excuſando affirmabat, nihil eum contra fidem ſenſiſſe, proſequitur Romanus Pontifex in hunc modum: *Sed Acacius*, inquis, *nihil contra fidem, ſicut Eutyches, & ſucceſſor ejus, legitur ubicumque dixiſſe, quaſi non ſit deterius, & non ignoraſſe veritatem, & tamen communicaſſe veritatis inimicis. Si enim cum aliquis rectè ſapiens de fide Catholica communicet cum his hæreticis, inter quos Eutychetem poſuiſtis, vel ſucceſſoribus eorum, non eſt fas eos inter Catholicorum Altaria nominare; ita &c.* Et paulo poſt: *Imo & adhuc quæritis: quando fuerit damnatus Acacius? Quaſi revera, etiamſi eum nullus ante damnaſſet, non debuerit Orthodoxæ, & Apoſtolicæ communionis, cujus prævaricator extitit, & deſertor, participatione ſecludi; ſicut etiam quilibet, qui fuerit ante Catholicus, cuicumque hæreſi communicans meritò judicatur a noſtra ſocietate removendus, aut in tali ſorte defunctus, inter Catholicorum nomina nullatenus computari.* Inter nomina ſcilicet Catholicorum, quæ ex Diptychis ad Altare legebantur. Urget ulterius Gelaſius Euphemium; & aliquibus interjectis rurſus de poſtulata condeſcenſione redarguit: *Ecce ad quæ nos præcipitia condeſcendere provocatis, atque ad quæ nos vitæ æternæ pericula cupitis inclinare. Hoc deſcenſu ſalvare eſt ægrotantem, an cum languente conſumi? Hæc erit optima diſpoſitio illius, quam memoras, reparandæ concordiæ? an illa potius, ut rejectis contagiis perfidorum, integra fide, ſincera ſui communione potiatur Communio Catholica, atque Apo-*

Item ex aliis, quæ Gelaſius ſcribit contra Acacium.

Apoſtolica; ut hæreticorum tabe depulſa, intemeratam ſuæ fidei confeſſionem nitatur adſtruere, atque invicem ſibimet congruentis Orthodoxæ profeſſionis, communioniſque ſit unitas? Ubi rurſus verbis ſatis manifeſtis indicat, eam communionem ſignificare, atque innuere, quæ, ut dixi, per commemorationem nominum tam vivorum, quàm defunctorum in Euchariſtico Sacrificio contexitur, & quam ipſe confœderationem, conſortium, & pacem vocat, eamque cum Acacio ab Apoſtolica Sede damnato, quia ſe hæreticorum conſortio polluerat, & tamen ejus nomen in defunctorum Diptychis retinebatur ab Euphemio, nullatenus admittere poſſe, ſæpius in iiſdem literis profitetur; ſed eam pacem, eaſque amicitias ſibi ſequendas conſtituiſſe, quæ ſint, ut Chriſtus præcepit, ab omni perfidorum contagio ſejunctæ, ut nulla fieret hæreticorum, & Catholicorum nominum abominanda confuſio: ſicut facere volebat Euphemius retinendo in Diptychis nomen Acacii, aliorumque Schiſmaticorum, & in eadem referendo nomen Romani Pontificis Gelaſii, ejuſque Deceſſorum: *Iſtæ*, inquit, *mihi ſunt, quas dilectio tua commendat, certæ fidei perpetuæ cum eo, quicumque voluerit, in Chriſti viſceribus amicitiæ. Hic non tam optamus præponi aliis, ſicut prædicas, quàm cum fidelibus cunctis ſanctum, & Deo placitum habere conſortium. Hæc mihi, quam mandat dilectio Tua, pax ſolida, inconvulſa, & perennis: hoc unum vinculum, ſicut etiam ipſe deſideras, ſalutare, quo cuncta uniri poſſit Eccleſia. Hoc quibus eſt creditum, ſicut etiam ipſe deprecaris, protectio Divina perficiat. Hæc eſt, quæ Deus eſt, charitas, quam poſcis, de corde puro,*

Digitized by Google

puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Quomodo ergo de corde puro, ſi hæreticorum fuerit participatione polluta? Quomodo conſcientia bona, ſi malorum fuerit confuſione permixta? Quomodo fide non ficta, ſi fuerit mixta cum perfidis? Quæ ſi prudentia tua, ſicut etiam precamur, diligenter advertat, perſpicit, Apoſtolicam Sedem non vitare pacem, ſed hæreticorum, damnatorumque vitare contagia. Poſt hæc autem Orientales minati ſunt, niſi Gelaſius Acacium jam mortuum abſolveret, ſe a Sedis Apoſtolicæ communione penitus diſceſſuros. Quare in commonitorio, quod Gelaſius miſit ad Fauſtum Magiſtrum fungentem Conſtantinopoli Legationis officio: *Si autem*, inquit, *quod nunc prætendunt, a Romana Eccleſia ſe ſunt diviſuri, id jamdudum feciſſe monſtrantur*; nempe quia jam Felicis Papæ nomen ex Diptychis expunxerant, & Gelaſii, qui poſt Felicis obitum electus fuerat, non adhuc adſcripſerant, quia de more Synodicas literas ad eos mittere idem Gelaſius recuſaverat; ac proinde, neque Felicis, neque Gelaſii nominibus ad ſacrum Dei Altare de more nuncupatis, nulla jam amplius Catholicæ unitatis, & Eccleſiaſticæ communionis cum Sede Apoſtolica Symbola retinebant, atque ideo, ut ſcribit Gelaſius, jamdudum ſe a Romana Eccleſia diviſiſſe, monſtrabant.

Separationis indiciũ erat, ſi nomen Pontificis electi in Diptycha non referebatur.

7. Pro Acacii autem, aliorumque ejus factionis nominibus è ſacro Albo eliminandis Succeſſores etiam Gelaſii ſedulò inſtiterunt; ſin minus id fieret, conſtanter denegarunt, ſe ſynodicas, ſeu communicatorias literas miſſuros; ne, ſuis nominibus cum illis Schiſmaticorum inter ſolemnia Miſſarum recitatis,

Eadem confirmantur ex geſtis Hormiſdæ, aliorumque Succeſſorum Gelaſii.

tatis, Catholica, & Apoſtolica communio impiorum commercio contaminaretur. Itaque ad Anaſtaſium Auguſtum illud pro reſtauranda pace, & unione reſtituenda ſcribebat, & in primis intimabat Hormiſda: *Nunquam in ſanctarum Eccleſiarum memoria Dioſcori participis Eutychetis, Timothei, & Ann. 518. Petri parricidarum commemoratio reviviſcat*, Quamobrem cum poſtea procurante, ac ſtimulante Juſtino Imperatore, & conſentiente univerſo Populo Conſtantinopolitano, Joannes Patriarcha diſruptum pacis, atque unionis fœdus cum Sede Apoſtolica redintegrare vellet, duo ſibi potiſſimum facienda eſſe exiſtimavit, & rectæ fidei profeſſionem ad Pontificem Hormiſdam mittere, & Sancti Leonis nomen, quod Eutychiani deleverant, in ſacrum Album reſtituere. Cum autem id peregiſſet, certiorem ea de re fecit Hormiſdam, ut ejus ſynodicas ſeu communicatorias literas recipere mereretur, & renovato pacis, & unionis fœdere, Hormiſdæ Pontificis nomen in peragendo ſacri Altaris Sacrificio, quod Catholicæ unitatis Sacramentum eſt, una cum Beati Leonis nomine, ut ipſe Joannes Patriarcha ſcribit, prædicaretur: *Saluto*, inquit, *Veſtram Sanctitatem, Chariſſime in Chriſto Frater, & ſalutem prædico, quoniam recta fides ſalva eſt, & charitas fraternitatis firmata eſt. Omnem in Chriſto fraternitatem, quæ cum veſtra eſt Sanctitate, ego, & qui mecum, plurimum in Domino ſalutamus. Tantum ad ſatisfaciendum ſcripſimus, ut & venerabile nomen ſanctæ recordationis Leonis quondam Urbis Romæ Archiepiſcopi in ſacris Diptychis tempore conſecrationis propter concordiam affigeretur, & veſtrum bene-*

benedictum nomen ſimiliter in Diptychis prædicetur. Sed quoniam Joannes Leonis quidem nomen reſtituerat rectam fidem profeſſus, non autem deleverat Acacii, eique adhærentium nomina, reſcripſit Hormiſda: ſibi cum eo participationem Dominici Corporis eſſe non poſſe, nempe in Dominico Sacrificio Hormiſdæ nomen a Joanne more ſolito recitari non debere, niſi antea Acacii, aliorumque nomina in Diptychis delendo, ejus, eorumque conſortium damnaret. *Hortamur itaque, Frater*, inquit, *& mentem tuam, Dei noſtri miſericordia adjuvante, pulſamus, ut ab omni te hæreticorum contagione Acacium cum ſuis ſequacibus condemnando, disjungens una nobiſcum Dominici Corporis participatione paſcaris. Si nobiſcum univerſa prædicas, cur nobiſcum non univerſa condemnas? Tunc enim nobiſcum quæ veneraris, amplecteris; ſi nobiſcum quæ deteſtaris, horrueris. Pax integra neſcit aliquam habere diſtantiam, & unius Dei vera eſſe non poteſt, niſi in confeſſionis unitate, cultura*.

8. De Sancto Vitaliano Romano Pontifice, qui ad Petri Cathedram aſſumptus eſt anno 657. ſcribit Anaſtaſius: *Hic direxit reſponſales ſuos ſecundum conſuetudinem cum ſynodica in Regiam Urbem ad piiſſimos Principes ſignificans de ordinatione ſua, & dum ſuſcepti eſſent renovantes Eccleſiæ Privilegia, reverſi ſunt*. Affirmat igitur Anaſtaſius, Vitalianum *miſiſſe reſponſales juxta conſuetudinem cum ſynodica*. Cum itaque conſuetudo eſſet, ut reſponſales quidem cum literis ad Imperatorem, ſynodica verò præcipue ad Patriarcham Regiæ Urbis mitteretur, dubitari non poſſe videtur, quin Vitalianus ſtudio

Anno 657. S. Vitalianus aſtu Petri Patriarchæ Cōſtantinop. deceptus ſynodicam miſit, ideo ejus nomen in Diptycha relatum eſt.

Digitized by Google

redintegrandæ pacis, & hæreticæ peſtis abolendæ (etſi alii ſui Deceſſores hortatorias dumtaxat literas ſcribendas cenſuerint) ſynodicam ad Petrum Patriarcham Conſtantinop. miſerit. Callidus enim iſte veterator rectam fidem ſimulabat, maximeque ſtudebat videri Catholicus, idque ut magis aſſequeretur, & ſimplicioribus illuderet, acceptâ ſynodicâ, nomen Vitaliani in ſacra Diptycha retuliſſe, minimè dubito. Siquidem reſpondens Vitaliani literis, ut verbis utar Emi Baronii, *ſe profiteri reſcripſit, quæ docuerunt veteres Patres; eorumque teſtimonia, ſed haud fideliter, mutatis verbis adnexuit*. Præterea manifeſtius etiam id ſuaderi videtur ex eo, quia de omnibus Romanis Pontificibus, qui poſt Honorium in Pontificatu Dono præceſſerunt, unius Vitaliani nomen, eodem Dono in Apoſtolica Cathedra ſedente, legebatur in Diptychis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ: qua de re certum nobis teſtimonium perhibet epiſtola Divalis Conſtantini Imperatoris cognomento Pogonati, quam ad ipſum Donum Romanum Pontificem ſcripſit. Etenim cum piiſſimus Princeps, Imperii rebus compoſitis, ad pacem Eccleſiæ reſtituendam animum adjeciſſet, Theodorus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & Macarius Patriarcha Antiochenus peſſimi Monothelitarum Hæreſis ſigniferi, acerrimique Catholicæ Eccleſiæ, ejuſque Capitis in terris, Romani inquam Pontificis, hoſtes inſteterunt apud eum, ut nomen Vitaliani è ſacro Albo expungeretur. Qua de re Imperator certiorem fecit Romanum Pontificem Donum his verbis: *Multam nobis inſtantiam fecerunt tam hic Sanctiſſimus, & Beatiſſimus Patriarcha,*

Baron. ad ann. 655. pag. 448.

Ann. 678.

cha, quamque Macarius Sanctiſſimus Patriarcha Theopoleos, ut ejiceretur Vitalianus Beatiſſimus de Diptychis, aſſerentes Honorium memorari in Diptychis propter honorem Apoſtolicæ Sedis antiquæ noſtræ Romæ. Nam non acquieſcere, ut memorentur Patriarchæ, qui poſtmodum fuerunt in prædicta Sancta Romana Eccleſia, donec conquiſitio, & ſatisfactio proveniat verborum, de quibus contenditur inter utraſque ſedes, & ita veſtra paterna beatitudo conſequenter memoretur; ſed ad hoc nos non acquievimus, id eſt, ut ejiceretur idem Vitalianus de Diptychis; hoc quidem, utpote omnem æqualitatem ſervantes, & utroſque Orthodoxos habentes; hoc autem & propter collatam nobis charitatem ab eodem Vitaliano, dum ſupereſſet, in motione Tyrannorum noſtrorum, ſed ſic polliciti ſumus prædictis ſanctiſſimis Patriarchis, quod per omnia diriget veſtra Beatitudo homines, qui debeant conquirere cum ipſis, & tunc ſecundum quod claruerit, perfecta diſpoſitio fiet. Nam ante hoc nullo modo nos acquieſcere, ut idem Beatiſſimus Vitalianus ejiciatur. Improbi autem iſti Monothelitæ pravitatis defenſores Theodorus, & Macarius volebant Vitaliani nomen deleri, & negabant aliorum Romanorum Pontificum nomina, qui Honorio ſucceſſerant, in ſacras Tabulas referri oportere. Nam iſti omnes eorum pravos errores damnaverant, ut ex antiqua formula Profeſſionis Fidei [a], quam Romani

[a] *Profitemur etiam cuncta Decreta Pontificum Apoſtolicæ Sedis, id eſt ſanctæ recordationis Severini, Joannis, Theodori, atque Martini cuſtodire; qui &c. ap. Pag. Crit. ad Annal Baronii Tom II. ad ann. 639. num. IV.* Eugenius, qui Vitaliano in Pontificatu præceſſit, non nominatur, nam promiſit quidem

ni Pontifices ante ſextam ſynodum emittere ſolebant, manifeſtò comperitur. Contra vero retineri volebant nomen Honorii Papæ, quia ſuarum partium fuiſſe mentiebantur; quorum mendacium redarguit Joannes Papa in epiſtola ad Conſtantinum, in qua de Pyrrho Patriarcha Conſtantinopolitano ſcribit: *Nova quædam, & præter regulam fidei prædicante, & ad proprium ſenſum, quaſi ſanctæ memoriæ Honorium Papam Deceſſorem noſtrum attrahere feſtinante; quod a mente Catholici Patris erat penitus alienum*. Quare quod ad rem propoſitam maximè pertinet, ex verbis epiſtolæ Conſtantini Imperatoris conſtat, unius Vitaliani nomen omnium Romanorum Pontificum, qui poſt Honorium Papam fuerunt, in Diptychis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ adnotatum fuiſſe, non alia certè de cauſa, niſi quia Synodicam miſerat. Ac propterea verum eſt, quod ab initio poſueram, perpetuum firmumque fuiſſe, & veteri conſuetudine receptum, ut novi Pontificis electi nomen in Diptychis adnotaretur, ſtatim ac ad Patriarcham illius Synodica pervenerat; interim Pontifex noviſſimè defunctus, & jam

Baron. ad ann. 653. pag. 439. ad ann. 654. pag. 446.

dem ſynodicam Petri Conſtantinopolitani Patriarchæ Monothelitæ epiſtolam non recipere, inſtante populo, qui alioquin Miſſam in Baſilica Sanctæ Mariæ ad Præſepe celebrari prohibebat; ſed expreſſo decreto Monothelitarum hæreſim minime damnavit, [illegible] quia ab obitu Martini, quo tempore [illegible] Pontifex eſſe cœpit, in Apoſtolica Cathedra brevi tempore ſedit. Nam Beatus Martinus exul ob fidem Catholicam deceſſit in Cherſoneſo; itaque poſteaquam obitus Beati Pontificis nuncius Romam è tam remotis regionibus pervenit, paucis menſibus ſuperſtes fuiſſe Eugeni[illegible].

& jam in Diptycha relatus, perinde ac ſi viveret, in Miſſa commemorabatur.

9. Verùm enimverò hanc meam conjecturam, ſeu potius apertam certamque confirmationem de inſcriptione nominis Romani Pontificis in Sacris Diptychis ſtatim ac Patriarchæ, vel alii Orientales Epiſcopi primarum Sedium Synodicam acceperant, adeo ut & conſuetudo tranſmittendi Synodicam ad Patriarchas, & mos deſcribendi in Sacro Albo nomen Romani Pontificis, & vetuſtate originis, & uſus antiquitate æquales ſint, mirè confirmat, & extra omnem controverſiam, & dubitationem ponere videtur, quod ſcribit Joannes Diaconus in vita Sancti Gregorii Papæ. Scriptor iſte in libro quarto vitæ Sanctiſſimi Pontificis narrat, inter plurimas animi ejus dotes ac virtutes unam hanc fuiſſe, quæ veteris moris erant, ſedulò ſervare. Propterea ubi Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis electus eſt, Synodicam Patriarchalibus Sedibus miſit; diſtulit verò eam ad Cyriacum Conſtantinopolit. Patriarcham, quia non adhuc electionem ſuam Romano Pontifici nunciaverat, dirigere, *quia*, ut ipſe Gregorius in Epiſtola ſcripta ad Athanaſium Presbyterum ait, *non eſt conſuetudo, ut, priuſquam ad Nos ejus Synodica deferatur, ei ſcribere debeamus*. Ut verò Joannes Diaconus oſtendat, quàm recte, quamque jure & prudenter fecerit ſapientiſſimus Pontifex, ſubdit: hanc eſſe conſuetudinem Patriarcharum Orientalium, ut in Sacris Diptychis non adſcribant nomen electi Pontificis, perinde ac ſi creatus non eſſet, niſi poſtquam ejus Synodicam acceperunt; ſed Pontificis jam defuncti memoriam inter vivos

Morem mittendi Synodicam, & inſcribendi in Diptychis Pontificis electi nomen coævos eſſe, oſtenditur ex Vita S. Gregorii Papæ.

Joan. Diac. Vit. S. Greg. lib. iv. num. 33.

vivos agunt, non ſecus ac ſi viveret, donec Succeſſoris Synodica ad eos perveniat. Verba ejuſdem Joannis Diaconi talia ſunt: *Quam videlicet conſuetudinem, ſicut noſtri quoque, qui ante biennium ab Adriano liberaliſſimo Papa, in Sancta octava Synodo præfuere, teſtantur; ita Orientales præcipue retinent uſque hactenus Sedes, ut in ſuis Diptychis nullius Pontificis nomen adſcribant, quouſque Synodicam ipſius ſuſcipiant, & tandiu defunctum Pontificem inter viventes annumerent, quamdiu ſucceſſor illius ſuas literas ſtuduerit deſtinare.* Aperta & clara ſunt verba Joannis Diaconi, quibus ſi addantur, quæ ſuperius allata ſunt, haud pluribus mihi opus eſſe puto, ut demonſtrem planumque faciam, tranſmiſſionem Synodicæ, & adnotationem nominis Romani Pontificis in Diptychis apud Orientales & vetuſtate originis, & conſuetudinis antiquitate æquales eſſe: quare ſi prima ad Apoſtolica, ſeu antiquiora Eccleſiæ tempora pertinere cenſetur, idem quoque de altera ex correlativorum, ut ita dicam, & conjunctorum regula ſtatui debet. Profecto non aliunde exiſtimo antiquiſſimis Eccleſiæ Græcæ Scriptoribus in promptu fuiſſe deſcribere Indices Romanorum Pontificum, qui primis Eccleſiæ ſæculis Sedem Apoſtolicam tenuerunt, eorumque nomina, & ſucceſſionis ſeriem recenſere, niſi è Sacris Diptychis, ubi diligenter ordine ſuo Pontifices electi adnotabantur, ut eorum commemoratio de more, dum Sacris Antiſtes operabatur, fieret. Diptycha enim fuiſſe videntur in Eccleſia Dei, & apud Chriſtifideles idem ac Faſti, & Indices publici in Romana Republica, & apud profanos, & gentiles. Nam

Diptycha perinde erant ac Faſti Conſulares, & Indices publici.

Nam in Diptychis publica, ut ita dicam, auctoritate inſcribebantur nomina Romanorum Pontificum, qui, ſucceſſionis legitimæ ordine ſervato, eligebantur; quemadmodum in Faſtis reponebantur Conſulum nomina, & in Indice publico adnotabantur nomina Imperatorum. De primis ſcribit Cornelius Tacitus, quod *ſententiam rogatus Aurelius Cotta Conſul . . . . nomen Piſonis radendum Faſtis cenſuit . . . . ſed multa ex ea ſententia mitigata ſunt a Principe, ne nomen Piſonis Faſtis eximeretur, quando Marci Antonii, qui bellum Patriæ feciſſet, Julii Antonii, qui domum Auguſti violaſſet, manerent*. De publico autem Indice, ſeu Faſtis Imperialibus meminit Flavius Vopiſcus in vita Aureliani his verbis: *Quid*, inquit, *hoc eſſe dicam, tam paucos bonos extitiſſe Principes, cum jam tot Cæſares fuerint? Nam ab Auguſto in Diocletianum Maximianumque Principes, quæ ſeries Purpuratorum ſit, Index publicus tenet*. Itaque quantum mihi videtur, ex publicis Eccleſiæ Orientalis tabulis, ſeu Eccleſiaſticis Faſtis vetuſtiſſimi Græci Scriptores S. Irenæus, Euſebius Cæſarienſis, & S. Epiphanius Epiſcopus Cypri indiculos Romanorum Pontificum, quos in libris ſuis inſeruerunt, adornarunt. Quorum primus, licet Lugdunenſis eſſet Epiſcopus, præclarum opus ſuum adverſus hæreſes, dum adhuc inter Græcos verſabatur, ut conjicio, compoſuit, vel certè inſtituit, primòque informavit. Hi enim tres celeberrimi Auctores in enumerandis Pontificibus, qui poſt Beatum Petrum in Apoſtolica Cathedra ſederunt, inter ſe apprimè conveniunt, quibuſcum conſentiunt Nicephorus Pa-

Corn. Tacit. lib. 3 pag. 86

Flav. Vopiſc. in Aurel. int. Script. Hiſt. Aug.

Ex Diptychis ſumpti ſunt indiculi Rom. Pontificum, quos exhibent veteres Scriptores.

S. Iren. adv. Hæreſ. lib. 3. cap. 3.

Euſeb. Hiſt. Eccleſ lib. 3. cap, 2. & 3. & alibi; & in Chronico.

S. Epiphan. adv. hæreſ. xxvij. num. 6.

Patriarcha Conſtantinopolitanus in Chronographia compendiaria, & Georgius Monachus Taraſii Patriarchæ Syncellus, & alii Græci Scriptores: parum autem refert, Epiphanium, Cletum dicere, quem alii duo Anacletum nominant. Nam apud Græcos Scriptores eumdem Pontificem Cletum, ſeu Anacletum indifferenter nominatum fuiſſe comperitur ex ipſo Euſebio, qui eumdem Pontificem, quem Anacletum in Hiſtoria Eccleſiaſtica vocat, eumdem in Chronico Cletum appellat; tum etiam parvi faciendum eſt, quod nomen Evariſti in Indice Epiphanii bis repetatur, quia manifeſtum eſt, errorem eſſe Scriptoris, quod frequenter in antiquis codicibus accidit. Mira autem horum Auctorum conſenſio in Romanis Pontificibus recenſendis, eorumque ſucceſſione deſignandâ, non aliunde repetenda, neque alteri cauſæ attribuenda videtur, quàm quod ex eodem fonte, nempe ex Sacris Diptychis Eccleſiæ Orientalis, quæ ſcribunt, omnes ſumpſerunt. Diſcrepant autem a Romanis Catalogis, ſeu Scriptoribus Latinis, [a] quia eos non viderunt, neque

a Catalogi Latini duos Pontifices Cletum & Anacletum recenſent hoc ordine: *Petrum*, *Linum*, *Cletum*, *Clementem*, *Anacletum*. E diverſo Græci antiquiſſimi Auctores Irenæus, Euſebius, Epiphanius, aliique poſteriores Scriptores Orientales unum enumerant Cletum, ſeu Anacletum hoc modo: *Petrum*, *Linum*, *Cletum*, *ſeu Anacletum*, *Clementem*. Quorum auctoritate commoti plures ex Latinis & antiqui, & recentiores Cletum, ſeu Anacletum pro uno eodemque Pontifice ponunt. Ita S. Cyprianus in Epiſtola ad Pompejum, & Sanctus Proſper in Chronico, eamdemque ſententiam ſequuti videntur veteres Chronographi Victor Tunnonenſis, Idacius Epiſcopus, Marcellinus Comes; quibus addi poſſunt Sanctus Optatus in lib.

que ab illis, quæ de ſucceſſione Romanorum Pontificum literis tradiderunt, mutuati ſunt. Quare cum diverſi ſint fontes, unde hauſerunt Græci vetuſtiſſimi Scriptores, & unde derivati ſunt antiquiſſimi Romani Catalogi, ac proinde diverſa prorſus ac diſſimilis origo; inter utroſque rerum Eccleſiaſticarum Scriptores Græcos, & Latinos, nemini mirum eſſe debet, ſi aliqua differentia deprehendatur, & nomen unius Pontificis omiſſum ſit a Græcis, quod in Catalogis Latinis adnotatum occurrit. Nam fluctuante Eccleſia aſſiduis Tyrannorum perſecutionibus, & frequentibus bellorum motibus perturbato Romano Imperio, & denique temporum, rerumque conditione, quum difficilia etiam eſſent mutua literarum commercia: facile contingere potuit, ut Græci Pontificem aliquem ignoraverint, vel nomen omiſerint, vel ob incertam obſcuramque rerum notitiam, quæ in Romana Eccleſia agebantur, vel ob imperitiam linguæ Latinæ, vel alia de cauſa confuderint. Itaque, ut quod ſentio libere dicam, terunt inutiliter tempus, & fruſtra eruditorum virorum ſe torquent ingenia ad

lib. 2. contra Parmenianum, & S. Auguſtinus in Epiſtola ad Generoſum: licet in hoc ab aliis varient, & diverſi ſint, quod poſt Linum Clementem, poſt Clementem Anacletum collocent, quia fortaſſe ita per errorem habebant Diptycha Eccleſiæ Africanæ. Ex recentioribus autem unum fuiſſe Pontificem Cletum, & Anacletum, contendunt Valeſius, Bollandus, Natalis Alexander, Dupinus, Tillemontius, Pearſonius. Diverſum autem ſentiunt cum Eminentiſſimo Baronio, Platina, Panvinius, Schelſtratus, Pagius uterque, aliique, qui antiquos Romanæ Eccleſiæ Catalogos, Latina Martyrologia, Diptycha, & Calendaria, aliaque vetuſtiſſima Eccleſiæ Latinæ monumenta ſequuntur.

Digitized by Google

conciliandos Scriptores Græcos cum latinis Romanorum Pontificum Catalogis, variaſque effingunt differentiæ cauſas, & inanes diverſitatis rationes cauſaſque comminiſcuntur, cum alia utique non ſit, quàm ea, quæ paulò ante a me allata eſt.

Quod verò ad Chronologiam Romanæ Eccleſiæ diſponendam ordinandamque attinet, omni procul dubio Romanos Catalogos in ſtatuenda Romanorum Pontificum ſucceſſione æquum, & conveniens eſt præferre Scriptoribus Græcis, ut rectè prætulit, eoſque ſequutus eſt in ſuis Eccleſiaſticis Annalibus doctiſſimus Cardinalis Baronius. Neque enim Romæ facile ignorari poterant Pontifices, qui Romanam rexerunt Eccleſiam, ut alicujus eorum nomen Scriptores latere poſſet: e diverſo Orientis Eccleſias tantis locorum ſpatiis diſſitas, ac linguæ cæterarumque rerum diſſimilitudine ac diverſitate ſeparatas, ſola autem fide, & Catholica communione fraternaque charitate coadunatas, in tanta rerum perturbatione haud mirum eſt, unius vel etiam alterius Pontificis Romani nomen ignoraſſe, vel ex alia ignota nobis cauſa prætermiſiſſe.

Mos deſcribendi in Diptychis Pontificem elect. poſt acceptam Synodicam adeo uſitatus erat ſæculo V., ut ex Eccleſia Catholica ſecum Hæretici detulerint.

Cæterum mos iſte referendi in Sacra Diptycha nomen Romani Pontificis, poſtquam ad Patriarchas Synodica pervenerat, interim vero ejus deceſſoris nomen recitandi, non ſecus ac ſi vitam ageret, adeo veteri conſuetudine receptus, & longævo uſu comprobatus ſæculo quinto erat, ut, cum ab Eccleſia Catholica Eutychiani receſſiſſent, & ex ejus ſinu ejecti, & communionis conſortio penitus ſeparati, ad ſatanica ſua conventicula pòſt Chalcedonenſe Concilium divertiſſent, ſecum morem iſtum

iſtum cum pluribus aliis ad ſua hæretica ſodalitia, & ſchiſmaticos cœtus detulerint. Itaque eruditiſſimus vir Euſebius Renaudotius agens de Diptychis Alexandrinis in commentariis ad Liturgiam Copticam S. Baſilii, hæc tradit: *Ac de vivis quidem poſt nomen Patriarchæ Alexandrini, qui vivebat tunc temporis, nominabatur quoque Patriarcha Antiochenus Jacobitarum, idque ex antiqua conſuetudine, ex quo Severus Jacobitarum ſpes altera, qui Antiochenam Sedem occupaverat, arctiſſimam cum Dioſcori ſucceſſoribus ſocietatem, & communionem habuit. Interrupta poſtmodum aliquandiù commemoratio Antiochenorum in Diptychis fuit, quia inter turbas bellorum, quibus Oriens ardebat, deſiit utriuſque Eccleſiæ per literas commercium: ſed illud renovatum eſt, atque poſtmodum conſuetudo fuit, ut illorum in Diptychis nomina recitarentur, inter vivos, ejus, qui tunc Cathedram obtinebat; & inter mortuos, deceſſoris ejus. Verùm tunc incipiebat memoria viventis fieri, quando Alexandriam pervenerant literæ, quas ſtatim ab ordinatione ſua ſcribere ſolebat cum confeſſione fidei, quæ, quia ex Synodo mittebantur, Synodicæ appellabantur. Nam donec tales literæ receptæ fuiſſent, deceſſoris nomen, quaſi viventis recitabatur, etſi de ejus obitu conſtaret, ut in Alexandrina hiſtoria non ſemel factum obſervavimus. Poſtea nomen proximè defuncti Patriarchæ Diptychis inſerebatur. Nullius ex aliis Patriarchis memoria fiebat, non Conſtantinopolitani, non Romani, quamvis de dignitate ejus inter omnes conſtaret, ut teſtantur Canonum Collectores, qui primum illi locum attribuunt, ob Sedem Petri Principis Apoſtolorum. Sed propter defenſionem Concilii Chalcedo-*

Digitized by Google

cedonenſis hæretici habebantur Romanus, & Conſtantinopolitanus, atque idcirco nulla eorum memoria fiebat. Antiochiæ quoque inter Jacobitas pari modo referebatur in Diptycha nomen Alexandrini Patriarchæ viventis, & ejus deceſſoris, ſtatim atque literæ Synodicæ ejus receptæ fuerant. In mortuorum commemoratione recenſebatur quoque nomen Patriarchæ Alexandrini nuper defuncti, ut multis hiſtoriæ exemplis manifeſtum eſt, acque tabulis eximebatur poſt Succeſſoris obitum. Ita quoque obſervabatur in Eccleſia Æthyopica, quæ Alexandrinæ in omnibus ſubjecta erat.

Cur fuſius de tranſmiſſione Synodicæ, & commemoratione Roman. Pontif. actum eſt.

10. Longius fortaſſe, quàm oportebat, cuiquam videri poterit, oſtendere conatum eſſe, a Romanis Pontificibus Synodicas literas electionis ſuæ nuncias cum profeſſione Fidei tranſmiſſas fuiſſe ad Patriarchas, alioſque Orientis Epiſcopos majorum Eccleſiarum, ut novi Pontificis agnita aſſumptione, ejuſque Catholicæ Fidei, quam ſequi deberent, profeſſione intellecta, ejus nomen in Eccleſiaſticis Diptychis adnotarent, eoque inter Sacrorum ſolemnia clara voce per Diaconum nuncupato, pax, & unio cum Catholicæ Eccleſiæ capite ad Altare Dei, audiente & conſentiente Populo, Euchariſtico Sacrificio, Fidei & unitatis Sacramento, firmaretur. Sed Eminentiſſimi Patres pro eorum ſingulari erga me benignitate, & pro eorum ſtudio atque amore erga Sacras res & Eccleſiaſticos ritus facile veniam dabunt; non enim ignorant, quanti momenti hujus ritus antiquitas ſit, tum ad quæſtionem propoſitam definiendam, tum etiam ad aſſerendam dignitatem ac primatum Romani Pontificis ſuper omnes

Digitized by Google

omnes alias Eccleſias. Quare eo magis mihi neceſſarium viſum eſt, & non prorſus inutile opus, antiquitatem ſacræ hujus cœremoniæ & vetuſtiſſimi ritus diligentèr expendere, maximè quia inter Latinos non deſunt nonnulli decepti aliqua particularis Eccleſiæ Liturgia, ubi nomen Romani Pontificis, vel oſcitantia Scriptoris, vel alia de cauſa omiſſum eſt, qui affirmare audent, non modo in Eccleſia Orientali, ſed etiam in Occidentali, in locis præſertim extra Italiam poſitis, longè poſt reſtitutam Chriſtiano nomini pacem ab Imperatore Conſtantino, commemorationem Romani Pontificis poſterioribus etiam ſæculis in Miſſa prætermitti conſueviſſe. Sed redeo ad Orientalem Eccleſiam. Hinc autem, ex more ſcilicet tranſmittendi Synodicam, repetendam eſſe exiſtimo cauſam, & rationem, cur in Oriente juxta veterem conſuetudinem, de qua Arcudius, aliique teſtantur, a ſolis Patriarchis, aliiſque majoribus Epiſcopis commemoratio Romani Pontificis inter Sacrorum ſolemnia fieret, non autem a Presbyteris, vel Epiſcopis, vel Archiepiſcopis Patriarchæ ſubjectis; ad illos enim, non autem ad iſtos Synodica ab electo Romanæ Eccleſiæ Pontifice mittebatur. Quamobrem ex hujuſmodi ritu, id magis magiſque adſtruitur, quod ab initio mihi demonſtrandum conſtitueram, inſcriptionem nominis Romani Pontificis recens electi in Eccleſiaſticis Diptychis conſectariam fuiſſe tranſmiſſionis Synodicæ, utramque & inſtitutionis tempore, & conſuetudinis vetuſtate conjunctam fuiſſe. Quæ cum ita ſint & Joannes Garnerius conſuetudinem Synodicæ, quæ electionis nuncia eſſet, tranſmittendæ

Digitized by Google

Utramque initium habuiſſe a primordiis Eccleſiæ, aſſeritur.

tendæ ab ipſis [a] Eccleſiæ primordiis obtinuiſſe cenſeat; & Bernardinus [b] Ferrarius in eadem ſententia non modo cum eo conſentiat, ſed ei præiverit, neceſſariò conſequitur, morem commemorandi Romani Pontificis è Sacris Diptychis, dum Sacra a Patriarchis, aliiſque majoribus Epiſcopis in Oriente celebrabantur, cum ipſa Catholica Eccleſia ortum habuiſſe, ut Græca Eccleſia per principaliora ejus membra capiti in Euchariſtico Catholicæ unitatis Sacramento conjuncta, totius myſtici Corporis utriuſque Eccleſiæ Orientalis, atque Occidentalis compago pulcherrima, & numeris omnibus abſoluta conſurgeret. Præterea quum univerſa Catholica Eccleſia toto Orbe diffuſa in hujuſmodi Ritu, & conſuetudine ſervanda, retinendaque ipſis naſcentis Chriſtianæ Religionis primordiis ſemper, & ubique conſenſerit, neque ullum

Commemoratio Romani Pont. ex traditione Apoſtolica derivata eſſe probabile eſt.

a Sed quando Eccleſiaſtica hæc, quæ fuit apud Patres, vetus regula initium acceperit, obſcurum eſt: licet tamen veritatis aliquid videre, ſi modo diſtinguantur duo in ejuſmodi literis; alterum, quod renuntiarent de ordinatione, alterum, quod fidei expoſitionem continerent; opinari ſiquidem non improbabiliter quiſpiam poſſit, primum fuiſſe ſemper, in eamque rem utiliter proferri teſtimonium Cypriani ad Cornelium recens ordinatum reſcribentis: ſecundum, licet hujus mentio non reperiatur ante Gelaſii tempora, extitiſſe tamen longè antea, ortumque duxiſſe jam inde a temporibus Aureliani Imperatoris, id eſt circa annum Chriſti 270: *ita Garner. in Diurn. Rom. Pont. in App. ad Not. cap. 2. num. 21.*

b Erat illa quoque ab Apoſtolica traditione profecta conſuetudo, ut Pontifex Romanus ad Pontificatus faſtigium primo evectus rectæ fidei formulam per Synodicas literas Epiſcopis omnibus, & maximè Patriarchis, ac Metropolitanis mitteret: *hæc Ferrarius de Antiq. Eccl. epiſt. gener. lib. 2. pag. 123.*

Digitized by Google

lum tempus, etiamſi primæ Catholicæ Fidei ſæcula repetamus, indicari poſſit, quo mos commemorandi Romani Pontificis in ſacrorum ſollemniis initium habuerit, locum habere quodammodo videtur celebre illud Magni Auguſtini effatum: *Quod univerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi Auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſimè creditur.*

S. Aug. de baptiſ. contra Donat. lib. vj. cap. 24. num. 31.

II. Quomodo, & a quibus commemoratio Romani Pontificis fieri conſueverit?

HActenus de tempore, quo in Eccleſia Orientali cœpit commemoratio Romani Pontificis in venerando Altaris Sacrificio fieri, nunc de modo ac ratione, qua eadem peragi conſuevit, videamus. Hæc autem quæſtio brevior, atque expeditior eſt, ſic enim eam nobis paucis explicat Arcudius: *In Sacrificio Miſſæ fit mentio Antiſtitum hoc ordine: Presbyter ſupplicat pro ſuo Epiſcopo, Epiſcopus pro Archiepiſcopo, & Metropolita, is verò pro Patriarcha; qui olim item pro Summo Pontifice numen Divinum exorare ſolebat.* Ex hiſtoria autem Georgii Pachymeris colligi videtur, mentionem Romani Pontificis in Miſſa fieri non conſueviſſe, niſi quando in magna Patriarchatus Conſtantinop. Eccleſia, vel in altera magni Palatii Imperatoris celebrabatur. Siquidem in ipſa Pachymeris hiſtoria inducitur Imperator ita alloquens Clericos Conſtantinopolitanos de commemoratione Romani Pontificis:

Commemoratio Romani Pontificis fiebat apud Græcos ſolùm a Patriarcha Conſtantinopolitano.

Arcud. de Concord. Eccleſ. Occid. & Oriental. lib. III. cap. 39. de Euchar.

ficis: Τὸ δ' ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ καὶ μόνῃ Ἐκκλησίᾳ, καὶ δευτέρᾳ τῇ καθ' ὑμᾶς, καὶ μεγάλῃ τὸν Πάπαν μνημονεύεσθαι, Πατριάρχου λειτουργοῦντος, τί ἂν τῶν ὀρθῶν παρεξίῃ: *Memorari autem Papam in noſtra & primaria Eccleſia, & in altera veſtra & magna, Sacris operante Patriarcha, quidnam a recto exorbitans habet?* Et paulo poſt ſcribens, Legatos ab Imperatore miſſos unà cum Legatis Apoſtolicæ Sedis Conſtantinopolim adveniſſe, cumque retuliſſent, pacem ac Catholicæ Communionis fœdus cum Romana Eccleſia renovatum fuiſſe, duo conſecuta eſſe refert vi pactorum antea conventorum, *exauctorationem Patriarchæ, & Papæ in ſacro commemorationem publicam*; adjungit deinde in Palatii ſacra æde Patriarcham ſacra feciſſe, & inter ſacra Summum Pontificem Gregorium a Diacono de more nominatum eſſe.

Pachym. lib. v. cap. 18.

Τοῦ δ' αὐτοῦ μηνὸς ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ, τοῦ Χαλκηδόνος Νικολάου Ἱερουργοῦντος κατὰ τὰ Ἀνάκτορα, ἀναγινώσκεται μὲν διπλῶς, τῶν Πρέσβεων συνάμα τῷ βασιλεῖ ἐκεῖσε παρόντων, ὁ Ἀπόστολος, ἣν οὖν ἡ περικοπὴ τῆς τῶν πράξεων βίβλου. Πέτρου γὰρ τοῦ Κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων ἤγετο ἑορτὴ, ἣν ἑορτάζει ἡ Ἐκκλησία ἐπὶ τῇ καταθέσει τῶν θείων ἁλύσεων. Ἀναγινώσκεται δὲ ὡσαύτως, καὶ τὸ θεῖον Εὐαγγέλιον Γραικικῶς τε ὁμοῦ καὶ Ῥωμαϊκῶς, καὶ οὕτω κατὰ τόπον οἰκεῖον, καὶ ὁ Πάπας παρὰ τοῦ Διακόνου ἐμνημονεύετο, ὃ δ' ἦν Γρηγόριος ἄκρος Ἀρχιερεὺς τῆς Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ Οἰκουμενικὸς Πάπας μνημονευόμενος. *Ejuſdem porro menſis* (hoc eſt Januarii) *die ſextadecima Nicolao Chalcedonenſi ſacris operante in Palatii ſacra Æde duplici lingua pronunciata eſt, præſentibus illic Legatis unà cum Imperatore, quam vocant, Epiſtola; fuit ea lectio ex libro Actorum: Petri enim Principis Apo-*

Digitized by Google

Apoſtolorum feſtum eo die agebatur illud, quod conſue-vit Eccleſia celebrare titulo depoſitionis ſacrorum vin-culorum; ſacrum quoque Evangelium ſimili linguarum differentia Græcè pariter, ac Latinè recitatum eſt. Et ſic loco proprio Papæ etiam per Diaconum ſolemnis mentio eſt facta, & Gregorius Summus Pontifex Apo-ſtolicæ Eccleſiæ, ac Oecumenicus Papa fuit proclama-tus. Verum quidquid ſit de hujuſmodi more, ac ritu, qui non ubique tamen receptus, & omni tempore ſervatus eſſe videtur, licet de eo teſtetur Arcudius, & ex teſtimonio Arcudii illum referant Card. Bona, aliique, qui res Liturgicas tractarunt, ipſum quidem, quod ad Eccleſiam Conſtantinopolitanam attinet, innuere videntur, quæ narrat Pachymeres, ex cujus præterea verbis hoc aliud indicari videtur, in duabus dumtaxat Eccleſiis Patriarchali, & Imperiali, ſeu Palatina commemorationem Romani Pontificis fieri conſueviſſe. Certum inſuper ac indubitatum eſt, ex iis, quæ paulo ſuperius retuli, præter Patriarchas Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, Hieroſolymitanum, alios quoque primores Orientis Epiſcopos, quia Patriarchis minime ſubjecti, ſed ἀυτοκέφαλοι erant, vel alia de cauſa commemorationem Romani Pontificis in Miſſa feciſſe, cum Romanus Pontifex ad eos quoque Synodicam electionis ſuæ nunciam mitteret. Præterea Nicolaus V. in literis, quas Conſtantino Palæologo reſcripſit, præcepit, ut nomen Romani Pontificis legeretur ex Diptychis, & ipſe nominatim, & expreſsè ab univerſa Græcorum Eccleſia in ſacris precibus Deo commendaretur, quemadmodum hactenus Patriarchæ Coſtantinopolitani, &

Pachym. Hiſtor. lib. v. cap. 22.

Et in Eccleſia Patriarchali, & Palatina.

Item a cæteris Patriarchis, & aliis Orientis Epiſcopis.

Poſtea ab univerſa Græcorum Eccleſia.

Imperatores Orientis Catholici ſervaverant. Et ad Nicolai Prædeceſſorem Eugenium IV. Philotheus Patriarcha Alexandrinus ſcripſit: conſtituiſſe cum aliis Epiſcopis Ægypti, & cæteris Clericis, ut ubique in omnibus Eccleſiis præ cæteris Patriarchis commemoratio Romani Pontificis fieret; quibus addi poſſunt, quæ leguntur in Meditato Balſamonis de Patriarcharum Privilegiis. Literarum utriuſque verba, Nicolai ſcilicet & Philothei, tum etiam Balſamonis inferius ſuo loco afferam.

III. Recitatio nominis Romani Pontificis inter ſacra, vel ejuſdem nominis omiſſio, cujus rei ſignum, & argumentum ſemper habitum fuerit apud Græcos?

Commemoratio Romani Pontificis ſignum fuit unionis, contra ejus omiſſio, ſignum ſeparationis.

CUjuſnam rei ſignum, & argumentum fuerit apud Græcos recitatio nominis Romani Pontificis ad Sacrum Altare; quid verò è diverſo, ſi ejuſdem Pontificis nomen omitteretur, ſignificari voluerit, expendemus: quod erat tertium ex iis, quæ mihi diſceptanda propoſueram. Profecto neminem eſſe puto, qui ignoret, apertiſſimum inde fuiſſe argumentum, ac potiſſimam notam, & indicium, quo ſemper Græci vel ſe cum Romana, & Catholica Eccleſia unitos, vel ſchiſmate ab eadem ſeparatos, ac divulſos declararunt. Propterea rectè in hanc rem ſcribit Eminentiſſimus Bona: *Quoties actum eſt de unione utriuſque Eccleſiæ*, (hoc eſt Orientalis, & Occidentalis) *id ſemper inter cætera ſtabili-*

Bona rerum Litur. lib. 2. cap. xj. n. 3.

Digitized by Google

bilitum fuit, ut nomen Papæ in Sacrificio recitaretur. Profectò anathemate perculſus a Felice III. Pontifice Acacius, cum id ægerrimè tuliſſet, adeo indignatus eſt, tantoque furore exarſit, ut quod antea nemo ex Catholicis ejus Deceſſoribus auſus fuerat, ipſe iræ atque indignationis ſtimulis actus, nomen Romani Pontificis in Diptychis deleverit; atque audax id facinus, veluti ſignum indicti belli in Romanam Eccleſiam extulerit. Ex eo tempore Conſtantinopolitana Eccleſia ab Apoſtolicæ Sedis communione disjuncta eſt, duravitque ſchiſma illud annis fermè trigintaquinque, nempè ab anno 484. quo damnatus eſt Acacius, ad annum 519., quo Acacii nomen è Sacris Tabulis expunctum eſt, & Romani Pontificis in eas reſtitutum. Hæc enim fuit reconciliationis teſſera & conditio, hæc ratio & modus, & hoc præcipuum redintegrati fœderis pactum, quo reſtituta eſt unio, & concordia inter utramque Eccleſiam, Hormiſdæ Pontificis operâ, & Joannis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopi. Poſt Flavitam Acacio in Sede Conſtantinopolitana ſucceſſerat Euphemius anno 489.: Is offenſus literis Petri Moggi Patriarchæ Alexandrini, quibus Chalcedonenſem Synodum apertè damnabat, ab ejus communione ſeceſſit, ſuiſque ipſe manibus nomen Petri in Diptychis delevit; contra verò, quia vehementer deſiderabat in communionem Romanæ Eccleſiæ, a qua Eccleſia Conſtantinopolitana ſeparata fuerat, reſtitui, ſtatim in iiſdem Diptychis nomen Felicis III. ab Acacio deletum repoſuit, & Synodicas literas ad Romanum Pontificem aſſumptionis ſuæ nuncias miſit, ut viciſſim

Itaque conditio componendæ pacis ſemper fuit reſtitutio nominis Romani Pontificis in Diptychis. *Evagr. lib.* 3. *cap.* 23.

Digitized by Google

ab eo mutua communionis ſcripta recipere mereretur; ſed quia Acacii nomen è Sacris Tabulis non expunxerat, voti compos fieri nequivit. Qua de re teſtimonium nobis perhibet Nicephorus in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica, cujus verba paulo ſuperius a me allata ſunt. Mortuo Euphemio, in ejus locum ſuffectus eſt Macedonius, qui ſucceſſorem habuit in Epiſcopatu Conſtantinopolitano Joannem. Nam Timotheum inter legitimos Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopos plurimi haud recenſent, quia vivo adhuc Macedonio, Epiſcopatum invaſit. Cum autem per eadem tempora poſt obitum Anaſtaſii Romanum Imperium ſuſcepiſſet Juſtinus Senior religioſiſſimus Princeps, de pace ſincerius agi, ut ſcribit Eminentiſſimus Baronius, ab Orientalibus cœptum eſt. Itaque anno Domini 519., ut pii Imperatoris voluntati, & votis totius Populi obſequeretur, Joannes Patriarcha Conſtantinopolitanus ſcripſit ad Hormiſdam Pontificem Romanum, ut in ejus, totiuſque Occidentalis Eccleſiæ conſortium, ac communionem reſtitueretur. In literis autem, quas ad Hormiſdam Joannes miſit, veluti potiſſimam redintegrandæ pacis conditionem, & Catholicæ unionis fundamentum ſignificavit Romano Pontifici, non ſolùm nomen Beati Leonis in Diptychis a ſe repoſitum fuiſſe, ſed etiam concordiæ, ac pacis renovandæ ſtudio curaviſſe, ut nomen ipſius Hormiſdæ inter Sacra recitaretur. Quod ex verbis ejuſdem epiſtolæ a me paulo ſupra relatis compertum fit, quæ talia ſunt: *Tantum ad ſatisfaciendum ſcripſimus, ut & Venerabile nomen ſan. recor. Leonis quondam Urbis Romæ Archiepiſcopi in*

Niceph. lib. 16. cap. 19.

in Sacris Diptychis tempore conſecrationis propter concordiam affigeretur, & veſtrum benedictum nomen ſimiliter in Diptychis prædicetur. Quin etiam non ſolum a Conſtantinopolitanis, aliiſque Orientalis Eccleſiæ Patriarchis, ſed ab inferioribus quoque Græciæ Epiſcopis, ſi quando a Catholicæ Eccleſiæ ſinu avulſi, poſtea in ſe reverſi, ad ejus unitatem redibant, cum primum redintegrato unionis fœdere, pro eo firmando, ac ſtabiliendo Euchariſticum Sacrificium Catholicæ unitatis Symbolum coram Miſſis, ſeu Legatis Pontificiis offerebatur, commemoratio inter Sacra fiebat clara voce de Romano Pontifice, & hæc quidem eo modo ac ritu, ut aliorum nominibus omiſſis, unius Romani Pontificis nomen recitaretur; quod haud obſcure colligitur ex ſecunda ſuggeſtione Legatorum Apoſtolicorum ad eumdem Hormiſdam Pontificem, quem certiorem faciunt de reconciliatione Troji Epiſcopi Scampinæ Civitatis cum Romana Eccleſia: *Confitemur*, inquiunt, *Beatitudini Veſtræ, tantam devotionem, tantas Deo laudes, tantas lacrymas, tanta gaudia difficile in alio Populo vidimus. Prope omnes cum Cereis, viri cum mulieribus, milites cum Crucibus in Civitate nos ſuſceperunt; Celebratæ ſunt Miſſæ; Nullius nomen obnoxium religioni eſt recitatum: niſi tantum Beatitudinis Veſtræ.*

Imo cum fœdus unionis renovabatur, tum ſolus Romanus Pontifex in Miſſa commemorabatur.

Ann. 519.

Ap. Baron. in annal. ad d. ann.

2. Michaël Cerularius infenſiſſimus Romanæ Eccleſiæ & Catholicæ unitatis hoſtis in epiſtola, quam ad Petrum Antiochenum ſcripſit, de Vigilii Pontificis nomine in Eccleſiaſticis Diptychis deleto hæc habet: *Noſti enim a ſancta & Oecumenica ſexta Synodo, & infra, commemorationem in ſacris Di-*

Vigilius electus eſt Pontifex anno 540.

Cerularius auctor Græci

ſchiſmatis fallaciter ſcribit, nomen Vigilii expunctum eſſe a ſexta Synodo.

Diptychis Papæ, quæ in noſtris ſanctis Eccleſiis fiebat, abſciſſam eſſe; quod, qui tum Romæ præerat, Vigilius in ſextam Synodum non venerit, neque anathematizaverit, quæ Theodoretus adverſus rectam fidem, & duodecim capita Sancti Cyrilli ſcripſerat, nec non Ibæ epiſtolam; & ab eo tempore uſque dum, in noſtra ſancta Eccleſia, Papæ nomen expunctum eſſe.

Refellitur a Petro Patriarcha Antiocheno

Apud Leon. Allat. conſenſ. Eccleſ. Oriental. & Occid. lib. 2. cap. 2. pag. 479. & 483.

Hujuſmodi audax factum haud negat Petrus Antiochenus Patriarcha in epiſtola, quam ad eum reſcripſit; ſed quia Michaël affirmaverat, id contigiſſe decreto ſextæ Synodi univerſalis, ejus putidum mendacium, & anachroniſmum refellit his verbis: *Quod verò de Vigilio Papa perperam dicitur, cum res non ita ſe habeat, id quantum ignaviæ tribuat venerabiliſſimo chartophilaci tuo, tute ipſe videris. Etſi enim doctus eſt ille Vir, circa Rhetoricam facultatem, ut accepimus, nondum tamen eam, ut par eſt, cum juvenis ſit, Eccleſiaſticarum rerum notitiam adeptus eſt. Fidem enim non habet, ut inquit Joannes ille Climachus, vinum, quod recens è torculari expreſſum eſt. Et hac de cauſa oportet eum, cum ad tantum gradum evectus fuerit, diligenter, & exactè, & non per tranſennam ſcripturas percurrere. Subſtantia enim noſtri Sacerdotii, ſunt eloquia a Deo tradita: videlicet ſacrarum ſcripturarum vera ſcientia, quemadmodum Magnus nos docuit Dionyſius. Vigilius enim quintæ ſynodi temporibus fuit, in qua de Origene, Evagrio, & Didymo, & aliis, Petro, & Severo, & Zoara, & de operibus Theodoreti actum eſt, non in ſexta ſynodo; cum inter utramque ſynodum centum ſexagintanovem interceſſerint anni. Illum verò contigit paulo ante è Diptychis amoveri, quoniam ipſum*

Digitized by Google

ipſum cum ſanctiſſimo Patriarcha Menna altercari accidit, & eum depoſitionis ſubjicere vinculo, quouſque iterum Pontifices illi invicem conciliati inter ſe convenerunt. Quo autem tempore hujuſmodi diſſidium inter Mennam Patriarcham Conſtantinopolitanum, & Vigilium Pontificem Romanum contigerit, quod in cauſa fuit, cur Vigilii nomen a Menna Patriarcha more eorum, qui ab Eccleſiæ Romanæ unione ſe alienabant, in Diptychis deleretur, conjici poteſt ex literis ejuſdem Vigilii, quas Facundus in libro contra Mocianum laudat, quibus Mennam dumtaxat increpuit, quod ſubſcripſerit ſententiæ a Juſtiniano Imperatore latæ contra tria Capitula, qua de cauſa multi ab ejus communione jam ſe ſubduxerant: *In Sicilienſi Inſula*, inquit, *conſtituti, Fratre, & Coëpiſcopo noſtro Datio referente, didicimus, quod ipſe, & alii Conſacerdotes noſtri, & multi filii Eccleſiæ Chriſtianæ a tua ſe nihilominus communione ſubtraxerint*. Verum poſtea cum idem Vigilius Conſtantinopolim perveniſſet, adeo perhumaniter a Juſtiniano Imperatore exceptus eſt, ſummiſque honoribus pro ejus dignitate cultus, ut omni metu poſito animos ſumpſerit, &, teſte Theophane in ſua Chronographia, a communione ſua repulerit Mennam Patriarcham, qui ira percitus parem in ipſum Pontificem ſententiam dicere auſus eſt. Id autem referunt Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Scriptores ad annum Chriſti 547., quo anno laudatus Theophanes hæc adnotat loquens de Vigilio Papa: *Tantis honorum, & cultus indiciis ab Imperatore decoratus adeo animatus eſt, ut a communione excluſionem menſes quatuor ſuſtinendam Mennæ Conſtan-*

De diſſidio, cujus causa, fertur, a Menna Vigilii nomen è Diptychis eraſum eſſe.

Pagi critic. Bar. ad an. 547. n. 5.

ſtantinopolitano Epiſcopo in pœnam imponeret, & ex adverſo Mennas parem animadverſionem in eum conſtitueret. Sed deinde Theodora Juſtiniani uxore rogante, Vigilius pacem Mennæ conceſſit, & in ſuam communionem redintegravit, ut idem Theophanes teſtatur his verbis: *Vigilius pariter a Theodora Auguſta rogatus Junii die 29., qui Sanctis Apoſtolis ſacer, Patriarchæ Conſtantinopolitano Mennæ pacem reſtituit*. Nempe, ut veriſimile eſt, ſolemni Apoſtolorum die, dum ſacra faceret, Mennam in commemoratione Vivorum inter alios enunciavit.

Mennas non auſus eſt delere Nomen Vigilii, ſed ſuum in Diptychis præpoſuit.

Verum enim hujuſmodi diſſidii occaſione Vigilii nomen è ſacris Tabulis abraſum fuiſſe, haud exiſtimo, a Menna, ut ſcribunt Michaël Cerularius, Petrus Antiochenus, aliique Græci ſchiſmatici, qui longè poſt vixerunt; ſed Mennam Patriarcham, ut de ſententia contra ſe lata vindictam ſumeret, moleſtiamque faceret Romano Pontifici, nihil aliud auſum fuiſſe puto, quàm nomen ſuum Vigilii nomini in ſacris Diptychis præponere, quod ſuadere mihi apertè videntur, quæ laudatus Theophanes ſcribit in eadem Chronographia ad hunc modum: *Menſe Januario Patriarchæ Conſtantinopolitani nomen primo gradu motum eſt, Vigilio ei præpoſito; nomen enim ejus in Eccleſiaſticis tabulis ad primum gradum promotum fuit*. Quod Cardinalis Noriſius hoc anno factum fuiſſe exiſtimat, nempe cum, redintegrata pace, & Vigilius in ſuam communionem Mennam recepit, & Mennas, quod in ſacris Diptychis ira abreptus immutaverat, ordine nempe nominandorum inverſo, reſtituto in primum locum, ut par erat, Romani Pontificis nomine, quod

quod pravè fecerat, correxit. Sed quomodocumque hæc res ſe habuerit, illud ſemper firmum remanet, nuncupationem Romani Pontificis inter ſacra Myſteria Catholicæ unionis ſignum, atque indicium, è diverſo nominis ejus expunctionem aut prætermiſſionem, vel ordinis illud recitandi immutationem, ſchiſmatis ac diſſenſionis notam fuiſſe.

3. Profecto poſt Vigilium uſque ad Severini tempora, qui anno 640. Honorio in Pontificatu ſucceſſit, nomen Romanorum Pontificum in Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diptychis retentum eſt. Severini nomen primò è ſacris tabulis expunctum eſt a Patriarchis Conſtantinopolitanis, Monothelitarum erroribus, hæreticaque pravitate infectis, a quibus etiam omiſſa ſunt nomina aliorum Pontificum, qui poſt Severinum in Apoſtolica Cathedra ſederunt, uſque ad Vitalianum, cujus nomen cum in Diptycha relatum fuiſſet, ex illis eradi enixè poſtularunt Theodorus & Macarius nefariæ Monothelitarum peſtis anteſignani, de quibus ſcribit Conſtantinus Pogonatus in epiſtola ad Donum Pontificem: *Multam nobis inſtantiam fecerunt .... ut ejiceretur Vitalianus Beatiſſimus de Diptychis.* Ex Conſtantini Imperatoris verbis comperitur, quanto ſtudio, quantoque conatu peſſimi iſti hæretici,& Catholicæ pacis ac unitatis inimici apud piiſſimum Imperatorem egerint, ut nomen Romani Pontificis, qui caput eſt Eccleſiæ Catholicæ, & totius unitatis centrum, deleretur, ac proinde deteſtandus hæreticæ factionis hominum mos ac conſuetudo in lacerenda inconſutili Chriſti tunica ab ipſis ſervaretur. Reſtitit primo quidem eorum im-

Severini Pontificis, ejuſque Succeſſorum nomina uſque ad Vitalianum è Diptychis ejiciuntur a Monothelitis.

Quanto ſtudio egerint, ut Vitaliani etiam nomen deleretur.

piis conatibus Imperator, ut ipſe teſtatur; ſed poſtea callidorum hominum dolis ac fraudibus ceſſiſſe videtur. Nam in actione octava ſextæ ſynodi, in qua, damnatis Monothelitarum blaſphemiis, omnique diſſidio ſublato, & diſſenſione amota, redintegratum eſt pacis fœdus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ cum Romana, Georgius Patriarcha Conſtantinopolitanus, aliique Epiſcopi teſtati ſunt, recognita a ſe fuiſſe loca ſingula Patrum, quæ ex codice a Legatis Apoſtolicæ Sedis allato atque exhibito recitata fuerant, eaque in omnibus conſentire, inventa eſſe; profeſſi inſuper ſunt, ſe duas in Chriſto voluntates,& operationes credere,& literas Agathonis Papæ ſuſcipere, cujus nomen maximis laudibus, & præconiis extulerunt: poſtea idem Georgius Patriarcha accedens ad Imperatoris Thronum ſupplex eum rogavit, ut in Diptycha reſtitui juberet nomen Vitaliani Papæ, quia hac ratione ſtatim intelligeret, qui cum Eccleſia Catholica communicarent; qui e diverſo ab ea ſeparati, & alieni eſſent. Ita Georgius Patriarcha Imperatorem precatus eſt, quod ſane, ut diligenter animadvertatur, plurimi ad rem propoſitam intereſt. Hinc enim manifeſtum compertumque fit, recitationem nominis Romani Pontificis inter ſacrorum ſolemnia certum indicium indubiumque ſignum ſemper habitum eſſe, quo Catholici a ſchiſmaticis diſcernerentur. Sed referamus Georgii Patriarchæ verba, ut in actis ejuſdem Synodi relata leguntur, quæ ita ſe habent: *A Deo coronate Domine, jubeto, mitti in Diptychis ſanctarum Eccleſiarum nomen ſanctæ memoriæ Vitaliani Papæ Romæ,*

Commemoratio Rom. Pontificis certum indicium ad diſcernendos Catholicos a ſchiſmaticis.

eo

eo quod propter tarditatem miſſorum apocriſariorum a Sanctiſſimo Papa ejuſdem antiquæ Romæ, petitionem tunc dediſſe conſtet ad manſuetiſſimam veſtram fortitudinem, tam partem ſanctæ meæ Eccleſiæ, quàm & Macarium Venerabilem Archiepiſcopum Antiochiæ, eoſque, qui illo tempore advenerant in hanc a Deo ſervatam veſtram Civitatem, Deo amabiles Epiſcopos, ut prædictus ſanctæ memoriæ Vitalianus ejiceretur de ſanctis Diptychis; & reſtitui nobis hujuſmodi petitionem: ſtatim enim inveniet a Deo inſtructa veſtra tranquillitas communicantes Eccleſiæ Catholicæ, ſive qui ſeipſos ſeparant ab ea propter Perſonam. Annuit precibus Patriarchæ Imperator, & illico Epiſcopi in ſacra Synodo congregati ſummo gaudio perfuſi ob reſtitutum in ſacras tabulas Vitaliani Pontificis nomen, redditumque ſimul Eccleſiaſticæ pacis & unitatis Catholicæ Symbolum, perhonorificas acclamationes dixerunt tum piiſſimo Imperatori, tum ipſi Georgio, nuncupantes Conſtantinum Imperatorem, *conſervatorem Fidei Orthodoxæ, Imperatorem Pacificum, Novum Magnum Conſtantinum, Novum Theodoſium, Novum Marcianum*, & alia id genus. Quod ſi commemoratio Romani Pontificis res ἀδιάφορα indifferens, & parvi momenti fuiſſet, haud certe ſacra univerſalis Synodus Imperatori eam reſtituenti tam fauſtis, & honorificis vocibus acclamaſſet.

4. Inſequentibus poſtea temporibus poſt ſextam Synodum uſque ad Iconoclaſtarum hæreſim ſervatum fuiſſe in Sacro Albo nomen Romanorum Pontificum, nulla eſſe poteſt dubitatio. Furente autem teterrima illa peſte Sacris Imaginibus inimi-

Poſt Monothelitas Iconoclaſtæ expunxerunt nomen Rom. Pontif.

ca ſub Imperatoribus Leone Iſaurico, & Conſtantino Copronymo, an commemoratio Romanæ Eccleſiæ Præſulum in Conſtantinopolitana Eccleſia facta fuerit, mihi incompertum eſt, ſed certe veriſimile minime videtur. Anaſtaſium Syncellum, qui ab impio Imperatore Leone, expulſo Sancto Germano, Sedem Conſtantinopolitanam invaſit, cum ſuis libellis, nempe cum epiſtola Synodica, & profeſſione Fidei rejecit, & excommunicavit Grego-
Ann. 730. rius II., ut tradunt Theophanes, & Anaſtaſius Bibliothecarius; neque Patriarchas, qui poſt Anaſtaſium Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ uſque ad Taraſium præfuerunt, ex veteribus Eccleſiaſticis monumentis nobis conſtat, communionem cum Romana Eccleſia habuiſſe. Taraſius pro ſua pietate ac religione & Catholicæ Fidei amore, & ſtudio ſtatim a ſua electione Synodicam cum profeſſione Fidei ad Hadrianum Pontificem miſit, ac deinde cum Legatis Sedis Apoſtolicæ, qui nomine ejuſdem Papæ Hadriani Synodo Generali ſeptimæ, opera & cura potiſſimum ejuſdem Taraſii anno 787. congregatæ præfuerunt, primas partes egit pro abolenda nefaria Iconoclaſtarum hæreſi, & pace ac tranquillitate Catholicæ Eccleſiæ reſtituenda. Ac proinde dubitari nequit, ſi ejus Prædeceſſores ſub Leone Iſaurico, & Conſtantino Copronymo è ſacris Tabulis nomen Romanorum Pontificum, ut veriſimili conjectura credi poteſt, deleverunt, omnium primum, redintegrata cum Romana Eccleſia pace ac communione, repoſuiſſe. Sanè quod ad tempus attinet, quod Leonis Imperio præceſſit, commemorationem Romani Pontificis in Eccleſiaſticis Conſtantinopolitanæ

litanæ Eccleſiæ Tabulis retentam fuiſſe uſque ad tempora Synodi Quini-ſextæ ſeu Trullanæ, quæ habita eſt anno 692., & quam cum ſexta Synodo Generali perperam aliqui confundunt, ipſi Schiſmatici Scriptores inficiari non audent. Auctor de hæreſibus Latinorum: *ſciendum eſt*, inquit, perperam tribuens ſextæ Synodo, quæ in Trullana, ſeu Quini-ſexta acta fuerant, *in ſexta Synodo ſub Conſtantino Pogonato anno ſexies milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quarto primum locum obtinuiſſe Agathonem Romanum &c. In hac Sancta Synodo de nonnullis Latinorum hæreſibus ſermo habitus eſt: nempe de jejunio Sabbati, de rerum execrandarum & ſuffocatorum eſu, & aliis; pro quibus & Canones ſanciti ſunt, & excommunicatio contra eos lata. Verumtamen nomen Papæ e Diptychis ad ea tempora abolitum non fuerat, quod nondum de Azymis, neque de Spiritu Sancto innovationis verba habita ſint.*

Ap. Allat. de Eccl. Occid. & Oriental. perpet. conſ. lib. 11. cap. 1. pag. 47.

5. Quinimo, quod mirum eſt, ex iiſdem Græcis Scriptoribus oſtenditur, qui fide & animo alieni a Romana, & Catholica Eccleſia vixerunt, atque in eam mendaciis, & maledictis invecti ſunt, tum etiam ex aliis Eccleſiaſticis monumentis, atque auctoribus Catholicis innoteſcit, antiquum æque ac venerabilem morem commemorandi inter Sacra Romanum Pontificem in Græca Eccleſia poſt Patriarcham Taraſium ſubſequentibus etiam temporibus ſub Photio, & pluribus ejus Succeſſoribus, maximo licet odio, ira, ac ſimultate ab Apoſtolica Sede disjunctis, inviolabilem cuſtoditum fuiſſe. Et quidem in nonnullis Græcarum Liturgiarum exemplaribus, quæ ad noſtram ætatem in Bibliothecis

Nomen Romani Pontificis retentum eſt in Diptychis non ſolum poſt ſextam Synodum uſque ad Iconoclaſtas, ſed etiam ſub Photio, ejuſque Succeſſoribus.

Photius Sedem Conſtantinopolitanā occupavit anno 858.

thecis ſervata pervenerunt, etiamnum legi nomen Nicolai Pontificis, teſtatur, ut ſuperius dixi, Habertus in obſervationibus ad Pontificale Græcorum, ubi verba faciens de commemoratione Romani Pontificis in Miſſa apud Græcos: *Cæterum*, ait, *antiquius rei hujuſce veſtigium eſt in quibuſdam exemplaribus Liturgiæ Sancti Chryſoſtomi, in quibus habetur*: NICOLAI SANCTISSIMI UNIVERSALIS PAPÆ LONGA SINT TEMPORA, *quod ab aliquo additum Patriarcha, tempore Nicolai ſaltem primi, volvente anno circiter Chriſti octingenteſimo quinquageſimo octavo*. Sed melius ex iis, quæ deinceps allaturus ſum, conſtabit, Conſtantinopolitani Patriarchæ, ſi minus Photius, certe ejus ſucceſſores, etiamſi eorum nonnulli eſſent in Romanam Eccleſiam animo infenſo & inimico, quam religioſi & conſtantes fuerint in retinendo Summi Pontificis nomine in Eccleſiaſticis Diptychis, cum non ignorarent, extremum id eſſe ſchiſmaticæ audaciæ facinus, & quaſi ultimum indicti Romanæ Eccleſiæ belli, & deteſtabile ab Eccleſia Catholica abalienationis ſignum. Inde vero etiam aliud manifeſtò comperietur, quantas mendaciorum ac fabularum tenebras rerum geſtarum veritati offundere curarunt ſchiſmatici, ut ſeparationis ſuæ facinus, & diſciſſæ Catholicæ unitatis crimen, ſi qua poſſent, omnium oculis obtegerent. Ex horum numero mendaciſſimus Græcus quidam Auctor, Photio Patriarchæ ætate longe poſterior literis mandavit: Photium Romam profectum fuiſſe, ibique didiciſſe, quæ illic agebantur, a Catholicæ Eccleſiæ moribus omnino diſſentanea eſſe; & inde cum ſe Conſtantinopolim retuliſſet,

S. Nicolaus I. electus eſt Pontifex anno 858.

eaque

Digitized by Google

eaque cum aliis Epiſcopis communicaſſet; eos reſpondiſſe, niſi emendarentur, commemorationem Papæ eſſe abolendam. Etenim neque Photius Romam unquam profectus eſt, neque alii Epiſcopi ei conſilium præbuerunt de abradendo in Diptychis nomine Pontificis, quia Romæ Sacra in Azymis faceret, vel alia ritu Latino obſervaret. Verba autem hujus Scriptoris, qualiſcumque eorum veritas ſit, talia ſunt, ex quibus illud perpetuò innoteſcit, ſolos Schiſmaticos de abolendo in Diptychis Pontificis Romani nomine cogitaſſe, & ut perpetrato facinori auctoritatis umbram aliquam conciliarent, comminiſci ſolitos fuiſſe, id jam ante a ſuis anteſignanis, & ſchiſmatis errorumque auctoribus maximis ex cauſis peractum eſſe: *Sub Imperio verò*, ait citatus impudentiſſimus Scriptor, *Leonis ſapientis, a Solio Patriarchali Conſtantinopolitano motus eſt D. Photius Patriarcha, & Romam advolans, cum ad illa uſque tempora appellatio ad Papam ſpectaret, poſtulabat, ut ope illius in Sedem reſtitueretur. Diu itaque Romæ moratus, & quidquid illi agebant, edoctus, ſacrificium nempè in azymo, & alia quædam omninò a Catholica Eccleſia aliena; tum demum Conſtantinopolim reverſus, & celebrata Synodo, omnibus ea manifeſtavit. Una ſimul univerſi Præſules reſponderunt, omnia iſta Gentilium eſſe, & extra Catholicam Fidem, & niſi corrigantur, commemorationem Papæ è Diptychis eſſe delendam.*

Schiſmatici ad conciliandam ſuæ ſeparationis auctoritatem comminiſci ſoliti, nomen Rom. Pontif. a ſuis Majoribus deletum fuiſſe.

Ap Allat. de perpet. conſen. Eccl. Oriental. & Occid. lib. 2. cap. 5.

6. Poſt Photium autem a Siſinio Patriarcha, ut obſervat Allatius, perturbata eſt aliquantum pax, & concordia utriuſque Eccleſiæ Romanæ, & Conſtantinopolitanæ. Hunc autem ſubſecutus eſt in

Succeſſores Photii cient turbas, ſed non audent expungere nomen Rom. Pontificis.

Digitized by Google

in Patriarchatu Conſtantinopolitano Sergius, qui ut Photium, cujus factionis erat, tueretur, congregata Bizantii Synodo, regnantibus Baſilio, & Conſtantino Imperatoribus, Photianas calumnias in Romanam Eccleſiam renovavit. Hinc autem factum eſt, ut plerique è Græcis Schiſmaticis tradiderint, aliiſque venditare voluerint, eum omnium primum è Diptychis deleviſſe nomen Romani Pontificis Chriſtophori, eo quod de Spiritus Sancti proceſſione non benè, ac rectè ſentiret; ita ſcribit Anonymus apud Allatium: *Chriſtophorus porrò factus Papa Romanus cum ab eo Sergius Patriarcha Conſtantinopolitanus Sacri Symboli profeſſionem exigeret, primus omnium in ſua confeſſione, ex Patre, & Filio Sanctiſſimum Spiritum procedere dixiſſe inventus eſt. Propterea a Sergio Patriarcha, & aliis a Sacris Diptychis ejectus eſt.* Et nonnullis interjectis, ita fabulam proſequitur: *Poſt Sergium jam prædictum Patriarcham Conſtantinopolitanum, qui a Diptychis Chriſtophorum ejecit, factus eſt Patriarcha Cerularius ſub Imperio Pii Conſtantini Monomachi, & ex eo tempore ad hanc ætatem Patriarchæ Conſtantinopolitani amplexati ſunt, & confirmarunt Romani Pontificis eraſionem a Diptychis.* Pluribus autem coacervatis mendaciis, & calumniis in Chriſtophorum, Sergium, alioſque Pontifices Romanos, tanquam ſi ipſi orthodoxarum traditionum prævaricatores pietatem ac fidem ſubvertiſſent, hæretica dogmata in Eccleſiam Dei inferentes, impudentiſſimè æque ac mendaciſſimè ſubdit: *Tum de his Sanctiſſimus Patriarcha Conſtantinopolitanus Sergius certior factus, literas, & legatos mittit ad priſtinam*

Allat. lib. 2. c. 6. de Conſenſ.

Digitized by Google

ſtinam pietatem revocans: Illi renuere, averti, irridere, legatos nihilo meliores facti remittere. Ubi hæc audit Patriarcha, è Satrorum Diptychorum Albo ejecit, quod apertè jam hæreſim profiterentur, & vocati ad Synodum non convenirent. Non diſſimilia ſunt, quæ Joſephus Briennius in oratione de Trinitate, & Auctor de diſſidio Græcorum, & Latinorum narrant: hujus autem ultimi verba, haud inutile, & inane erit, hoc loco adſcribere: *Si cum veritate*, inquit, *res perpendas, ex quo Patriarcha Sergius Chriſtophorum Papam è Diptychis delevit propter hanc hæreſim noviter inductam, nunquam Imperium Conſtantinopolitanum in expeditionibus proſperè egiſſe comperies.* His igitur verbis Græcus iſte Scriptor Schiſmaticus ingenuè ac veriſſimè fatetur, perniciem atque improſperitatem Græci Imperii ex auſu illo ſacrilego Græcorum Patriarcharum, qui nomen Romani Pontificis ex Sacro Albo impie eliminarunt, proveniſſe. Tanti intereſt, nomen ſucceſſoris Petri in Euchariſtico Sacrificio, quod Catholicæ conjunctionis, & unitatis Sacramentum eſt, retinere; & communionem cum Romana Eccleſia, quæ cæterarum omnium Mater eſt ac Magiſtra, cuſtodire. Cæterum Leo Allatius merito irridet ſtolidiſſimam iſtorum Scriptorum mentiendi impudentiam, cum Chriſtophorus Pontifex mortem obiverit annis prope octogintaſex, ante quam Sergius Patriarchatum iniiſſet. Et quidem, quod ad eraſionem nominis Romani Pontificis, quicumque fuerit tempore Sergii Patriarchæ, è Diptychis attinet, erroris etiam convincuntur ex aliis Græcis Scriptoribus, qui id minime factum fuiſſe affirmant; ſed po-

Ex delectione nominis Rom. Pontificis infortunia Græci Imperii proveniſſe agnoſcût Schiſmatici.

Lib. 2. cap. 8. & cap. 16. num. 1. de Conſenſ. pag. 786.

ſito etiam, quod Sergius nomen Romani Pontificis non Chriſtophori, ſed illius, qui tum Sedem Apoſtolicam tenebat, è Sacro Albo expunxerit, certum eſt, ejus turbas, conatuſque cum eo extinctos fuiſſe. Nam Euſthatius, qui in Patriarchatu ſucceſſit, communionem, & amicitiam cum Romana Eccleſia coluit. Itaque Emmanuel Calecas affirmat, unionem cum Romana Eccleſia poſt Photium duraſſe per decem & ſeptem Patriarchas uſque ad Cerularium. Hoc idem confirmat auctor de tranſlationibus Epiſcoporum: is enim omnibus Patriarchis, qui poſt Photium electi ſunt uſque ad Michaëlem Cerularium, enumeratis in hunc modum: *Poſt Photium Antonius, ut diximus, poſtmodum Stephanus, Nicolaus Myſticus, Euthymius, rurſus idem Nicolaus, poſtea Stephanus, Trypho, Theophylactus, Polyeuctus, Baſilius, Antonius, Nicolaus Chryſolerges, Siſinnius Ex-Præfecto, Sergius, Euſtathius, Alexius, & Michaël Cerularius: Animadvertas*, ait, *hos omnes præter unum Cerularium cum Italis communicaſſe*. Et Auctor de ſeparatione veteris Romæ ab Eccleſia Græca, idem facinus perpetraſſe Sergium, ac Michaëlem Cerularium, affirmat ita ſcribens: *Poſt Patriarcham Sergium, qui prius Chriſtophorum Papam è Diptychis ejecerat, quod diceret ex Filio Spiritum Sanctum procedere*, (quod falſum eſſe & fieri non potuiſſe, paulò ante admonui,) *rurſus Cerularius, qui ſub Conſtantino Monomacho erat Patriarcha, palam anathemate ferit Papam*. Sed quod de anathemate a Cerulario in Romanum Pontificem dicto auctor iſte ſcribit, negare videtur Scriptor Anonymus allegatus a Leone Alla-

Ap. Allat. cit. lib. de Conſenſ.

Digitized by Google

Allatio, his verbis: *Imperante verò Conſtantino Monomacho patuit eos, hoc eſt Latinos, in Spiritum Sanctum blaſphemare. Hæc cum audiſſent quatuor Patriarchæ, Michaële tum Patriarchatum Conſtantinopolitanum obtinente, penitus commemorationem Papæ è Diptychis exciderunt, non tamen penitus eos anathemate percuſſerunt, id impediente Imperatore.* Sed hujus Auctoris verba ita accipi poſſunt, ut intelligatur, Imperatorem non permiſiſſe, ut Orientales Patriarchæ in ſuis ſinguli Eccleſiis, audiente Dei populo, anathema in Romanum Pontificem, alioſque Latinos Epiſcopos impiè pronunciarent, non autem, ne è Diptychis nomen Papæ eximerent.

6. Sed ut certius liquidiuſque conſtet, nomen Romani Pontificis ad Cerularii uſque Patriarchæ ætatem in Sacris Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diptychis retentum fuiſſe, Photii, ejuſque ſucceſſorum tempora pauliſper ex ordine memoria repetamus. Photio in Monaſterium Armeniacorum, quod Bordi dicebatur, relegato, in Conſtantinopolitanum Thronum ſuffectus eſt Stephanus Leonis Imperatoris Frater; Stephano autem defuncto, Patriarchatum Conſtantinopolitanum ſuſcepit Antonius Cauleus. Hi autem duo celebres fuerunt morum, vitæque integritate, imo eorum nomina in Græcæ Eccleſiæ Faſtis recenſita ſunt. Quare vel hinc argui poteſt, eos cum Romana Eccleſia pacem coluiſſe; nam extra navem Petri nulla eſt ſalus: & qui cum Sede Petri non communicat, ſchiſmaticus eſt, hæreticus eſt, & partem cum Domino habere nequit. Profecto Leo Allatius Græcarum rerum, atque Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, ſi quis alius peritiſ-

De Stephan. act. SS. tom. 4. ad 17. Maji p. 36. Ant. Caul. ob. ann. 895. ejus vita ſcripta eſt a Niceph. Philoſop. extat apud Bollãd. pag. 220. Allatius de conſ. p. 614.

ritiſſimus de utroque Patriarcha Stephano & Antonio talia teſtatur: *Stephanus poſt Photium, pacatiſſimo vir ingenio ſuam a Pontifice Romano dignitatem agnovit, & ſanctitate venerabilis habitus eſt; quemadmodum & qui ei ſucceſſit, Antonius Cauleus.* Itaque de his haud plura; ſed ad ulteriora tempora progrediamur, nempe Nicolai cognomento Myſtici, ſive Senatoris ſecretioris Conſilii, qui poſt Antonii obitum in Patriarchatu Conſtantinopolitano ſucceſſit. Baſilius Macedo Leonis cognominati ſapientis pater legem tulit, qua declaravit tertias nuptias Canonicis pœnis obnoxias eſſe, quartas autem nullas ac irritas, nec liberos ex illis procreatos legitimos, contrahenteſque ſcortatorum pœnis puniendos eſſe. Contigit, ut Filius, qui Patris Conſtitutionem confirmaverat, primus legem tranſgrederetur. Nam ex tertia uxore nulla prole ſuſcepta, cum filium, quem ex Zoe pellice habuerat, ſucceſſorem Imperii relinquere vehementer cuperet, ejus Matrem quartis ſibi nuptiis conjunxit. Qua ex re maximæ turbæ Conſtantinopoli exortæ ſunt, graveque diſſidium inter Græcos Antiſtites exarſit. Nam Nicolaus Patriarcha & Imperatorem, ejuſque nuptias damnavit; Patriarchæ autem ſententiæ Epiſcopi plures adhærebant, alii autem Metropolitæ, & Epiſcopi ab Imperatore ſtabant. Leo autem, Legatione miſſa ad Romanum Pontificem, qui tum Sergius III. erat, rogavit, ut ſe lege ſolveret, rataſque haberet quartas, quas iniverat, nuptias Annuit Imperialibus precibus Romanus Pontifex, ejuſque Legati Conſtantinopolim profecti Imperatoris conjugium confirmarunt; ejectoque a Græ-

De Nicol. myſt. acta SS. ad 15. Maji Tom. 3. p. 509. Cōtin. Theoph. pag. 224. 228. 229. Allat. de conſ. p. 604. Allatius de conſ. Eccleſ. Oriental. & Occiden. lib. 11. cap. 7. p. 604.

Anno 906.

Digitized by Google

a Græcis è Sede Conſtantinopolitana Nicolao, qui obfirmato animo quartas nuptias, tanquam jure Divino vetitas, contra Apoſtolicæ Sedis reſponſum reprobabat, in ejus locum Euthymius vir probus, ac Sanctus electus eſt. Sed quinquennio poſt, Leone defuncto, Alexander Leonis Frater, dejecto è Sede Conſtantinopolitana Euthymio, in eam Nicolaum reſtituit. Decedente autem ex hac mortali vita Alexandro, relictus eſt ab eo tutor Conſtantini Fratris Filii Patriarcha Nicolaus, qui literas querelarum plenas ad Romanum Pontificem miſit; auſuſque eſt in eis aſſerere, quartas nuptias jure Divino vetitas eſſe. Quid ad illas reſponderit Romanus Pontifex Anaſtaſius, qui Romanam Eccleſiam gubernabat, mihi incompertum eſt. Sed ad rem propoſitam haud parum refert, ſi animadvertantur verba illa Nicolai Patriarchæ, quibus de Legatis conqueritur in hunc modum: *Et quidem decebat, Primatum Eccleſiaſticum ſibi vindicantes rem totam ſeriò inquirere, atque ad Summum Pontificem referre, non autem per ſummam injuriam, atque ludibrium eorum damnationi aſſentiri &c.* tum etiam illa alia: *neque verò a me in eum ſenſum hæc dicuntur, ut velim diris a vobis impeti Imperatorem tale nefas auſum, ipſumque Sergium Pontificem Prædeceſſorem veſtrum.* Demum attendantur ea, quibus in fine epiſtolæ auctoritatem Romani Pontificis implorat: *In eos animadvertendum, Beatiſſime Pater, qui ſuperſunt, qui tot in me, tantaſque turbas criminationibus falſis excitarunt, hæ tuæ erunt partes, ita te dignitas primùm tua, Romanæque Sedis decus exigit, id, qui nunc rerum potitur Imperator, miſſo ad Te*

Apud Baron. Annal. Eccl. in Append. tom. xj.

Te Palatii Magiſtro, noſque omnes obnixe petimus, atque obſecramus. Ex his autem manifeſta ſuppetunt indicia, & argumenta unionis ſervatæ a Patriarcha Conſtantinopolitano Nicolao cum Apoſtolica Sede, etiam poſtquam fuerat è throno ejectus, & in eum non multo poſt reſtitutus. Verum enim Nicolai literis veriſimile eſt,offenſum fuiſſe Romanum Pontificem, Romanamque Eccleſiam, cum falsò, & procaciter redargueretur, quod fornicationem in Sacris Scripturis vetitam tanquam legitimum matrimonium approbaverit: inde autem Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Orientalium Epiſcoporum culpa auctas fuiſſe inter utramque Eccleſiam diſſenſiones, graviuſque exarſiſſe diſſidium, adeo ut velut indicti nefarii belli ſignum, nomen Romani Pontificis è Sacris Diptychis temerario auſu a Nicolao Patriarcha ſublatum fuerit. Sed ſaniori poſtea capto conſilio, & qui in errorem prolapſi fuerant, ad meliorem mentem redactis, procurante Conſtantino Porphyrogeneta, pax & unio inter Orientales Epiſcopos, quorum alii pro quartis nuptiis, alii contra ſtabant, inita eſt. Nam coactis in unum Patriarcha, & reliquis Metropolitis, quorum alii Romani Pontificis partes tutabantur, alii verò Nicolai Patriarchæ opinionem ſequuti, ſententiæ a Pontifice latæ de quartis nuptiis Leonis adverſabantur, in eo convenerunt, ut abrogarentur in poſterum quartæ nuptiæ, non quod per ſe, vel Divino jure vetitæ fuiſſent, ſed quia conſentaneum videbatur Græcorum Patrum monitis, repagulum aliquod effræni hominum concupiſcentiæ præfigere, ac proinde rectè Romanum Pon-

Digitized by Google

Pontificem quartas Leonis nuptias ex indulgentia approbare potuiſſe; ſed in poſterum eas nemini celebrare licere. In hanc autem ſententiam ab ipſa Epiſcoporum Orientalium Synodo, quæ habita eſt anno ſex milleſimo quadringenteſimo vigeſimo octavo ab Orbe condito, Chriſti 920. editus eſt tomus, quem ipſi vocaverunt, unionis. Re autem confecta, ſtatim ab Imperatore Orator miſſus eſt ad Joannem X., qui tum Romanæ Eccleſiæ præſidebat, ad quem Nicolaus quoque Patriarcha Literas dedit, in quibus, retractata ſententia, quam imprudens ſequutus fuerat, honorificis verbis Romanum Pontificem alloquitur, eumque deprecatur pro reſtituenda pace, redintegrandaque unione cum Sede Conſtantinopolitana, & id unum poſtulat, judicare velle quartum matrimonium in Orientali Eccleſia non rei ipſius, ſed perſonæ cauſa permiſſum eſſe, nempe non illicitum, & criminoſum, proinde quaſi Divina lege vetitum, ſed ſolùm ob Eccleſiaſticas leges, quibus, perſonarum habita ratione, contrahentes ſolvi poſſe, ut Romanus Pontifex in nuptiis Leonis fecerat. Hunc eſſe ſenſum totius Orientalis Eccleſiæ, hinc ortam pacem, & poſt diuturnam tempeſtatem, tranquillitatem ex inſperato redditam eſſe: *Quot quantiſque*, inquit, *ærumnarum fluctibus per quindecim annos jactati ſimus (tot enim plus minus effluxere, ex quo primum ſcandala Eccleſiam Conſtantinopolitanam pervagata omnia turbarunt) & meminiſſe mihi permoleſtum eſt, Beatiſſime Pater, & memorare ſcienti tibi ſupervacuum. Læta potius amicis, & coexcubitoribus impertiri juvat, Eccleſiæ nempe pacem ſubſequutam, conſpi-*

ſpirantemque omnium ordinum in his, quæ ſunt fidei, conſenſum. Progreditur deinde, & poſt nonnulla expoſtulat redintegrationem pacis, & unionis cum Rom. Eccl., ejuſque conditiones proponit, ac deinde concludit, quod nomen Rom. Pont. una cum ſuo inter Sacrorum ſolemnia recitabitur, quod ut pluries dixi, erat manifeſtum redintegratæ pacis argumentum, & reſtauratæ unionis indicium. Verba autem epiſtolæ talia ſunt: *Verùm quia, & veſtram fraternam dilectionem, cujus erga nos officia temporum difficultatibus intermiſſa ſunt, expetimus, & conſuetam Eccleſiis unionem exoptamus; ideo has ad vos dare literas decrevimus, ut omnis offenſionis memoria depoſita, S. V. ad ſinceram amicitiam, atque conjunctionem animorum paſtoribus populorum debitam provocaremus; quæ tum demum miſſis hinc inde Legatis coaleſcet, cum judicatum fuerit concorditer, quartum connubium, quod diſſenſiones, & ſcandala in Eccleſiam invexit, non rei ipſius, ſed perſonæ cauſa permiſſum eſſe, ſuadente tunc occaſione lenitatem, atque affectum erga Principem indulgentiorem, ne repulſa ipſius animus offenſus deteriora moliretur: ſic enim,* ET SANCTITATIS TUÆ NOMEN EX SACRO ECCLESIÆ CONSTANTINOPOLITANÆ ALBO, UT MOS OLIM ERAT, UNA CUM NOSTRO RURSUS CELEBRABITUR, *& nos omni ex parte gaudio repleti jucunditate pacis perfruemur*. Quid poſtea ſubſequutum ſit, ex ejuſdem Nicolai teſtimonio nobis conſtat; nam ſequenti anno, cum idem Joannes Pontifex Legatos miſiſſet ad conciliandam pacem inter Græcorum Imperatorem, & Simeonem Bulgarorum Principem, Nicolaus Patriarcha ad eumdem Principem Simeonem

nem Literas miſit, ex quibus manifeſtum eſt, fœdus pacis, & Catholicæ unionis inter Conſtantinopolitanam Eccleſiam, & Sedem Apoſtolicam renovatum fuiſſe. Siquidem initio ipſarum Literarum ita Bulgarorum Principem affatur: *Eſto mihi quidem filii adhuc loco, dilectiſſime Princeps, licet omnem jampridem obedientiam Patri a filio debitam exueris. Hinc fit, ut cum priſcus ille, quo Te ſum proſequutus, amor, tum etiam Sanctiſſimi Romani Pontificis, cui minimè parere nefas, gravis apud bonos omnes auctoritas me in lacrymas, & preces ire iterum impellat.* Sequitur deinde narrans, a Romano Pontifice intellectis, quibus Populus in illis partibus vexabatur, malis, duos Epiſcopos Legatos miſſos fuiſſe, qui Bulgariæ Principem ad faciendam pacem inducerent, ſin minus Eccleſiaſtico anathemate eum percellerent; eos autem fuiſſe Nicolao commendatos, ut ad Simeonem tuto, & commode pervenirent; poſt plura alia addit, eorum adventu impoſitum fuiſſe finem turbis, quæ in Eccleſia Conſtantinopolitana ob tetragamiam exortæ fuerant, ſcandala ac diſſidia ſublata, animoſque conſenſiſſe, & reconciliatos eſſe: & quod complementum erat reſtitutæ pacis, & renovatæ unionis, Sacra ſimul peracta eſſe; in quibus, ut moris erat, haud dubium eſt, nomen Romani Pontificis elata voce nuncupatum fuiſſe, & in ſacra Diptycha, unde non multò antea expunctum fuerat, reſtitutum. Verba epiſtolæ, quæ ad rem noſtram pertinent, & quæ hactenus diſſerui, ſummopere confirmant, talia ſunt: *Hæc de legatione Romana, cujus adventu . . . . . ſcandalis, quæ ob tetragamiam apud nos omnia turbarant,*

Baron. in append. annal. tom. xi.

barant, impoſitus eſt finis, pax Clero reddita, cœtus Sacri mira animorum conſpiratione habiti, & ut verbo dicam, Romana, ac Conſtantinopolitana Eccleſia ita in unam, eamdemque coalita eſt fidem, ac conſenſionem, ut nihil amplius vetet, quo minus nos optatiſſima illorum communione, & ſanctificatione perfruamur. Nicolaus Patriarcha ſucceſſorem habuit in Conſtantinopolitana Sede Tryphonem, qui in Sanctorum numerum a Græca Eccleſia referri meruit.

Tryphoni ſucceſſit Theophylactus, de quo Chronographus mss. apud Allat. hæc habet: *Conſecratur Patriarcha Imperatoris filius Theophylactus Februarii die 11. Indictione .... Cum Legati Pontificis Româ veniſſent, & tomum Synodicum aſportaſſent, in quo de illius ordinatione præcipiebatur, qui & eum in Patriarchali Solio confirmarunt.* Patriarchæ autem Theophylacto, ejuſque ſucceſſoribus a Joanne Papa ſub Alberici ſæva Tyrannide detento uſus Pallii conceſſus eſt, ut conſtat ex teſtimonio Luitprandi Cremonenſis Epiſcopi, cujus verba ex legatione ad Nicephorum Phocam Imperatorem Conſtantinopolitanum talia ſunt: *Scimus, immo videmus, Conſtantinopolitanum Epiſcopum pallio non uti, niſi Sancti Patris noſtri permiſſu. Verum, cum impiiſſimus Albericus, quem non ſtillatim cupiditas, ſed velut torrens impleverat, Romanam Civitatem ſibi uſurparet, Dominumque Apoſtolicum, quaſi ſervum proprium in Conclavi teneret, Romanus Imperator filium ſuum Theophylactum poſt Eunuchum Patriarcham conſtituit: cumque cum Alberici cupiditas non lateret, miſſis ei muneribus ſatis magnis effecit, ut ex Papæ nomine Theo-*

Allat. de Conſ. Eccl. Occident. & Orient. lib. 2. cap. 7. pag. 605.

Theophylacto Patriarchæ literæ mitterentur, qua auctoritate tum ipſe, tum ſucceſſores ejus, abſque Paparum permiſſu, Palliis uterentur. Deceſſit è vita Theophylactus, poſteaquam per viginti tres, & amplius annos præfuit Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & anno Chriſti 956. in ejus locum ſubrogatus eſt Polieuctus, qui non ſolùm communionem cum Romana Eccleſia coluit, ſed etiam ob vitæ ſanctitatem in Sanctorum album relatus eſt. Itaque opportunum erit hoc loco, ne diutius in re manifeſta immorer, verbis Leonis Allatii in Græcorum Eccleſiaſtica hiſtoria doctiſſimi ſermonem concludere: *Illud certo ſtatuendum eſt, etiam poſt ejectum a Leone Photium Patriarcham Conſtantinopolitanum, reliquos Græcos Pontificem Romanum, illiuſque ſucceſſorem quemvis, tanquam rei Eccleſiaſticæ moderatorem, & arbitrum agnoviſſe, cujus imperia non capeſſere ſua omnia ſubmittendo, indecorum, & a Chriſtiano viro alienum exiſtimabant: tantum abeſt, ut eum tanquam hæreticum condemnarint, nomen è Diptychis eraſerint, & ab ejus obedientia ſe ſubtraxerint*.

Allat. ibid. in princ. cap. vij.

7. Hæc autem cum ita ſe habeant, reliquum eſt, ut dicamus, Michaëlem Cerularium impium hominem Romanæ Eccleſiæ inimicum, facem diuturni diſſidii, & deplorandi Græcorum ſchiſmatis primum poſt Iconoclaſtas fuiſſe, qui penitus pacem atque unionem utriuſque Eccleſiæ diſſolvit, qui temeraria manu auſus eſt venerabile Romanorum Pontificum nomen è Sacro Albo exſcindere, atque id veluti implacabilis odii, funeſtiſſimique ſchiſmatis, & irreconciliabilis belli ſignum ſuſtollere.

Cerularius poſt Iconoclaſtas primus delevit in Diptychis nomen Rom. Pontif.

Digitized by Google

Impium autem ac ſceleratum Catholicæ pacis, atque unitatis hoſtem puduit, ſocios in ſcelere alios Orientis Patriarchas non habere; itaque non ſolum conqueſtus eſt, quod commemorationem facerent Romani Pontificis, ſed etiam a recta via eos avertere, & in præceps ſecum trahere putidis mendaciis molitus eſt, ut conſtat ex epiſtola, quam ad Petrum Patriarcham Antiochenum dedit. In ea autem verbis illis, quæ ex eadem epiſtola ſuperius attuli de Vigilii nomine dempto è Diptychis, ut ipſe fallaciſſimè affirmat, in ſexta Oecumenica Synodo, talia præmittit: *Jam verò quoddam ad noſtras aures pervenit, quod tua Beatitudo prædictum Papam in Sacris referat Diptychis; necnon & idem faciat Alexandriæ, & Hieroſolymorum Patriarcha, nec adduci poſſum, ut credam, vos tanta ignorantia detineri, præcipuè tuam incomparabilem virtutem.* Ad hæc autem talia reſcripſit Petrus Antiochenus: *Habent præterea ſacræ literæ Sanctitatis tuæ, quod rumor quidam ad aures pervenit tuas, quod nos Papam in Sacris Diptychis referimus, & hoc ipſum faciunt alii Sanctiſſimi Patriarchæ, & quod non oporteret, tali inſcitia nos detineri.* Nonnullis deinde interjectis, quibus ejus inſcitiam, ſeu impudentiam redarguit, qua auſus fuerat aſſerere, Vigilii nomen a ſexta Synodo in ſacris Tabulis deletum fuiſſe, hæc ſubjicit: *Tempore verò Sanctæ Sextæ Synodi Sacer Papa fuit Agathon, vir quidam Venerandus, & ſacrarum rerum peritus. Et lege tu acta ipſa Sextæ Synodi, quæ legi conſueverunt Dominica poſt Exaltationem Venerandæ Crucis. Invenies enim ibi prædictum Agathonem Papam multis encomiis honoratum. Et hac*

Baron. Annal. Eccleſ. ad an. 1054.

Alii autem Orientis Patriarchæ cõmemorationẽ Rom. Pontif. faciebant tẽpore Cerularii.

Digitized by Google

hac in re ego quidem teſtis fidus, & alii multi Eccleſiæ proceres, quod tempore beatæ memoriæ Patriarchæ Domini Joannis, Romanus Papa Joannes etiam ipſe nuncupatus in Sacris Diptychis habebatur. Et cum Conſtantinopolim quadraginta quinque ab hinc annis veniſſem, inveni tempore beatæ memoriæ Patriarchæ Domini Sergii prædictum Papam in Sacra Miſſa una cum aliis Sanctiſſimis Patriarchis relatum. Quomodo verò deinde ejus relatio, & commemoratio è medio ſublata ſit, & quanam de cauſa, ignoro. Sed de his quidem res ita ſe habet, & aliud præterea nihil. De Papæ commemoratione cupio te diligentiùs indagare.

Itaque tempore Michaëlis Cerularii ſub Conſtantino Monomacho Imperatore nomen Romani Pontificis in Sacris Diptychis retinebatur ab omnibus Eccleſiis Patriarchalibus Antiochena, Alexandrina, Hieroſolymitana; excepta una Conſtantinopolitana, & id temerario auſu, & nefario facinore ejuſdem Michaëlis. Nam annis quadraginta antequam ad Cerularium literas daret, in Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diptychis ſcriptum nomen Romani Pontificis, & inter ſacra enunciatum a Diacono fuiſſe teſtatur, Petrus Antiochenus: & licet Sergius, qui tum Patriarchatum Conſtantinopolitanum tenebat, inimico animo in Romanam Eccleſiam ageretur, tamen commemorationem Romani Pontificis delere auſus nequaquam eſt. Unde autem contigerit, ut Michael Cerularius ad hoc ſcelus patrandum adductus fuerit, ex Annalibus Eccleſiaſticis comperitur. Leo Nonus Pontifex Romanus pacis, & Catholicæ unionis cupidiſſimus Legatos Conſtantinopolim miſit Humbertum, & Fri-

Quam ob cauſam Cerularius nomen Rom. Pontif. delevit.

Ann. 1054.

Fridericum, & Petrum Archiepiſcopum Melphitanum, literaſque dedit pro concilianda Eccleſiaſtica pace ad Conſtantinum Imperatorem, & Michaëlem Patriarcham. Cum autem Conſtantinopolim advenisſent Legati, honorificentiſſime ſuſcepti ſunt ab Imperatore: ſed Michaël Patriarcha contumaciter ſe præbuit adverſus decreta Apoſtolicæ Sedis; & non ſolùm eorum colloquium devitavit, ſed etiam Eccleſiis ad ſacra celebranda eos prohibuit. Itaque ſæpius a Legatis monitus, nec reſipiſcens, multorumque errorum convictus in Magna Eccleſia Sanctæ Sophiæ coram univerſo Populo, & Clero anathemate percuſſus eſt. Quamobrem Patriarcha furore accenſus, ut exacerbatum animum in Romanam Eccleſiam aliquo modo exſaturaret, nomen Papæ in Diptychis nefario auſu abolevit, datiſque mendaciorum, & calumniarum plenis literis ad Petrum Antiochenum, alioſque Patriarchas, eos a communione Romanæ Eccleſiæ divellere conatus eſt. Prætextus autem, quibus ſcelus ſuum obtegere curavit, fuere: additionem factam in Symbolo verbi *Filioque*, jejunium Sabbati, Conſecrationem in Azymis, aliaque hujuſmodi, quibus falsò calumniabatur, Latinos a Fide Catholica deſciviſſe. Itaque Hilus Damyla ſchiſmaticæ Factionis ſectator mendaciſſime ſcribit, a Michaële Cerulario, juſſu Imperatoris coacta Synodo Oecumenica, Romanum Pontificem excommunicatum fuiſſe ob additionem Symbolo factam, aliaque id genus ineptè a Græcis Schiſmaticis Latinis opponi, & inſane exprobari ſolita: *Qui verò*, inquit, *poſt Sergium Conſtantipolitanus Patriarcha fuit; Michaël Ce-*

Anno 1054.

Apud Allat. lib. 2. cap. 9. de conſenſ. Eccl. Orient. & Occid.

Cerularius, ſub Imperio Pii Imperatoris Conſtantini Monomachi, univerſali Synodo coacta juſſu Imperatoris, Papam penitus a Catholica Eccleſia abſcidit, & qui in Synodo erant, è communione propria ejecerunt, ut videtis ad hunc uſque diem, neque unquam cum eo communicare ſuſtinebunt, donec ejiciatur additio facta in Symbolo, aliaque omnia omittantur quæ ob reverentiam Eccleſiaſtici Ordinis, & magnitudinis, ſilentio involvere ſatius duco. Aliam Ceruariani Schiſmatis cauſam affert Margunius in Dialogo Græci, & Latini, ubi in Latinum hominem ita Græcum loquentem inducit: *Sed nos Mychaëlem Cerularium poſteriorem ſub Imperio Monomachi dicimus, Papam ex commemoratione Dyptychorum delevisſe, quod ambiret indui coccineis calceis, & Romanus Pontifex impediret; cum ille ſolus haberet facultatem illis ſe exornandi, nec fas eſſet aliis Patriarchis hoc facere.*

Poſt Cerularianum ſchiſma, quoties actum eſt de pace, poſtulatum eſt, ut nomen Pontificis reponeretur in Diptychis.

8. Poſtea vero quoties actum eſt de reintegranda pace, & unione utriuſque Eccleſiæ, id in primis ex veteri perpetuaque Eccleſiæ Catholicæ diſciplina conventum, pactum, ac ſtabilitum eſt, ut nomen Romani Pontificis in Eccleſiaſticis Diptychis repoſitum a Diacono de more in ſacro Miſſæ Sacrificio recitaretur. Itaque cum anno 1263. & 1264. Imperator Michaël Palæologus, miſſis literis ac Legatis, cupidum ſe oſtenderet reconciliandæ pacis, & redeundi cum Græcis ſuis ad conſortium & unionem Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ, Urbanus IV., qui per id tempus Apoſtolicam Sedem tenebat, primum, præcipuumque reparatæ cum Romana Eccleſia unionis ſymbolum poſtulavit: Ἐν ταῖς ἱεραῖς ὑμνωδίαις τὸν Πάπαν εἰς τὰ δι-

δίπτυχα μνημονεύεσθαι ὁμοῦ τοῖς ἑτέροις τέτρασι πατριάρχαις, ut in ſacris Officiis e Diptychis Papæ nomen cum qua-
Nicet. Greg. cap. 2. lib. V. *tuor Patriarchis memoretur*, inquit Nicetas. Poſt hæc, Gregorio X. Pontifice, Legatis ab Imperatore Palæologo, & Patriarcha Joanne Vecco miſſis, actum eſt in Concilio Lugdunenſi anno 1274. de pace renovanda inter utramque Eccleſiam, una autem ex tribus conditionibus, quæ ad unionem reſtaurandam, ineundumque pacis & unitatis fœdus, Græcis ad unitatem redire volentibus a Summo Pontifice ac Generali Synodo præſcriptæ fuerunt, ea potiſſimum fuit, ut nomen Romani Pontificis de ſacris Diptychis in Miſſa recitaretur, te-
Nicet. Hiſt. lib. V. cap. eod. ſte Gregora in ſua hiſtoria, ubi hæc narrat: *Eam legationem Papa cupidè accepit, promiſitque ſe facilè, quæ Imperator petiiſſet, confecturum: ſtatimque ſuos Legatos Legatis Imperatoris adjungit, qui acciperent, & inirent communionem. Venerunt itaque, & communio inita eſt, adjecta lege, cujus tria capita fuerunt: Primum, ut inter ſacras hymnodias Papa cum aliis quatuor Patriarchis in Diptycha relatus memoraretur: Alterum de appellatione, hoc eſt, ut liceret cuivis ad veteris Romæ Curiam tanquam ad majus, & auguſtius Tribunal provocare: Tertium, ut Primatus in omnibus deferretur.* Quod autem inter partes convenerat, obſervatum fuiſſe ita teſtatur
Pachym. lib. 15. cap. 2. Pachymeres: *Ex hoc Legatorum adventu pacem factam referentium duo conſecuta ſunt, vi prius conventorum, exautoratio Patriarchæ, & Papæ in ſacro commemoratio publica.* Et idem auctor refert, in ſacra æde imperialis Palatii Miſſarum ſollemnia celebrata fuiſſe, & nomen Romani Pontificis inter

My-

Myſteria palam è Diptychis proclamatum, cujus verba, quia ſuperius attuli, ne eadem cum legentium faſtidio repetem, hìc prætermitto. Eadem de re meminerunt etiam Georgius Logotheta in Chronico, Phranza, & Beſſario Cardinalis in epiſtola ad Palæologos, & ex recentioribus Arcudius: Allatius inſuper ſcribit, pulſo Patriarcha Conſtantinopolitano, de tribus conveniſſe, quæ Romanus Pontifex poſtulabat, & exhibet etiam ex Codicibus manuſcriptis Bibliothecæ Barbarinæ commonitorium, quod a Romano Pontifice Legatis Sedis Apoſtolicæ datum eſt.

Georgius Logotheta in Chron. pag. 13. Phranz. lib. 3. cap. 4. pag. 46. 48. Beſſar. epiſt. ad Palæolog. Arcud. opuſ. Aur. Theol. in præfat. ad Lect. Allatius de perpet. conſ. lib. 2. cap. 15.

9. Mortuo autem Imperatore Michaële, rurſus nomen Romani Pontificis in Eccleſiaſticis Diptychis deletum eſt impia ſchiſmaticorum manu, qui opera Andronici, Michaëlis Filii, Conſtantinopolitanam Eccleſiam denuo occuparunt. Nam Andronicus poſt mortem Patris Imperium adeptus, adeo ſchiſmaticis favit, ut per Calogeros tumultu excitato, & clamantibus ſeditioſis per Urbem, teſte Jordano in Chronico, Michaëlem non debere ſepeliri in Cœmeterio, quia Latinis adhæſerat, Patrem ſepultura carere impiè paſſus eſt: deinde pulſo Joanne Vecco Patriarcha Catholico, Joſephum ſchiſmaticum virum ætate æquè ac improbitate provectum in Conſtantinopolitanum thronum ſuffecit. Sed ut omnia hujus Principis ſcelera paucis comprehendam, verba Leonis Allatii utar, quæ hujuſmodi ſunt: *Succeſſit Michaëlis Andronicus filius, Religionis Catholicæ, & Imperii Orientis ſub ſpecie pietatis everſor. Quidquid enim tot vigiliis & laboribus, modo minis, modo illecebris, in nego-*

Poſt Concilium Lugdunenſe Oecumenicum xv. occupato rurſus Conſtantinopolitano throno a ſchiſmaticis, iterum deletum eſt nomen Romani Pontificis.

Lib. II. cap. 1. de Cóſenſ

tio Religionis; *& pro ſtabiliendo cum Romana Eccleſia fœdere per tot annos Pater a Græcis extorſerat, cum jam viderentur omnia pacata, ipſe, turbinis inſtar, paucis fere diebus funditus vaſtavit, diripuit, abſtulit, & miſeranda generis calamitate abſumpſit.* Quin etiam anno 1284. Pſeudo-ſynodo congregata ejuſdem Andronici Imperatoris juſſu, & ſchiſmatici Patriarchæ opera adverſus Latinos, & Synodum Lugdunenſem, reſciſſo paulo ante reſtauratæ tot laboribus, & curis Catholicæ unionis vinculo, anathema in Rom. Pontif., & univerſam Latinam Eccleſiam ſceleſto auſu prolatum eſt: quemadmodum Auctor ſchiſmaticus in libro de ſeparatione veteris Romæ narrat, more hominum ſuæ factionis tenebras, lucem, mendacium, veritatem vocans his verbis: *Tandem veritatis lumen Eccleſiis Dei illuxit, cum ſcabie obſitam Romæ Eccleſiam ab ovili Chriſti ejeciſſet pius Imperator Andronicus Palæologus, qui poſtea nuncupatus fuit Antonius Monachus, paterni ſceptri compos effectus, ingentemque zelum pro pietate, rectiſque dogmatibus nutriens, ideoque rurſus Eccleſiæ proprium ornatum, & primævam nobilitatem reſtituiſſet. Hic idem, congregata ſynodo, cum Patriarcha Joſepho Confeſſore, qui pro rectis dogmatibus in exilium pulſus fuerat, & aliis tribus Patriarchis, anathemati ſubjecerunt & Papam, univerſamque Latinarum hæreſim; ut æſtimare licet ex actis, & definitione ejuſdem ſynodi ad gloriam Sanctiſſimi Spiritus, qui ex Patre procedit, per Filium verò dignis ſuppeditatur.*

Ibidem.

Reſtaurata unione inter utramque Ec-

10. Elapſis deinde pluribus annis tandem in Generali Florentina Synodo, quæ habita eſt anno

1439.

1439. ſublatus eſt de medio paries, qui Occidentalem, Orientalemque tam longo temporis ſpatio diviſerat Eccleſiam, & pace, ac concordia reſtitutâ, poſt diuturnam mœroris nebulam, & veteris diſſidii atram, ingentemque caliginem ſerenum omnibus unionis optatæ jubar illuxit. Ubi vero redintegratæ unionis decretum ſolemniter publicatum eſt, Græcus Imperator juſſit, ut nomen Rom. Pont. in Eccleſiaſticis Græcorum Diptychis reponeretur, tamquam ultimum reconciliatæ pacis complementum, & ſacroſanctum Catholicæ unitatis ſignum, quo unio & pax reſtituta obſignabatur. Ita enim maledico ore antiquus ſchiſmaticus Scriptor Sylveſter Sguropulus odii atque invidiæ facibus in Romanam Eccleſiam incenſus in hiſtoria Concilii Florentini memoriæ prodidit: *Dominico proximo unionem inſequenti voluit Imperator Papæ nomen Diptychis inſertum commemorari: quamvis nihil ea de re ad ſuam ſynodum retuliſſet, nec propoſuiſſet Papa*. Et capite ſequenti hæc alia addit: *Interea Imperator injunxit magno Scriniario, ut velut Archidiaconus in palatio ſacra faceret, & Papæ nomen in Diptychis commemoraret. Ille vero ſe excuſabat, & valetudinis moleſtiam prætendebat excuſationi. Sed ejus vice ſacra peregit Commentariorum Scriptor, qui zelo quodam ambitioſo flagrabat Papæ nomen commemorandi*. Et paulo inferius: *Dominica poſt Papæ nomen commemoratum in Diptychis, fortè &c.* Decreto autem fidei ac unionis ad Patriarchales, aliaſque principales Orientis Eccleſias tranſmiſſo, & in primis ad Patriarcham Alexandrinum Philotheum; is ad Romanum Pontificem Eugenium IV. reſcri-

[Margin: Eccleſiâ in Florentina Synodo, curatum eſt in primis, ut nomen Papæ reponeretur in Diptychis.]

[Margin: *Silv. Sgurop. hiſtor. Conc. Flor. ſeſſ. X. cap. 12.*]

reſcripſit, unionis & pacis nuncio accepto, conſtituiſſe, ut ubique per totam Ægyptum inter Miſſarum ſolemnia præ cæteris Patriarchis juxta Sacrorum Canonum ſtatuta Romani Pontificis commemoratio fieret: *Intelleximus*, inquit, *cognovimuſque, quo pacto unio & pax in tota Catholica Eccleſia celebrata eſt, charitate perfecta, anima una, fide una ac ſymbolo, abjectoque ſchiſmate, & inimicitia, in latriam communem ac juſtitiam, Dei Omnipotentis amor & pax invocata ſunt per gratiam, miſerationem, pietatemque Domini Noſtri Jeſu Chriſti &c.* Et nonnullis poſt hæc interjectis: *Unde cum noſtris Ægyptiis Pontificibus, & cæteris clericis noſtris ſtatuimus, ut ubique in omnibus Chriſti Eccleſiis inter Miſſarum ſolemnia præ cæteris Patriarchis memoriam tuæ Beatitudinis faciamus, ſicut in ſacris Canonibus cautum eſt.*

Ap. Horat. Juſtinian. in act. Concil. Florent. p. II. collect. 22. pag. 323.

Turbato iterum unionis fœdere, pro illo renovando Nicolaus V. poſtulat, ut nomen Rom. Pontif. reponatur in Diptychis, & pro eo nominatim ab omnibus oretur.

11. Sed tam præclarum reſtauratæ unionis opus, tantis curis, laboribus, ac ſumptibus procuratum, tandiu a bonis omnibus oxoptatum; tanto animorum gaudio, ac exultatione exceptum, omni prorſus felici eventu fruſtratum eſt, & in irritum penè recidit aliquorum ſchiſmaticorum opera, ac fraude, maximè Marci Epheſii, & Georgii Scholarii, qui in Græciam reverſi mendaciis, fallaciiſque ſuis omnia turbarunt, aliiſque ſuæ factionis adſcitis, ſuſque deque lapidem omnem moverunt. Itaque anno 1449. defuncto Joanne Palæologo, Conſtantinus ejus frater ſtatim ac Orientale Imperium ſuſcepit, legationem ad Nicolaum V., qui Eugenio IV. ſucceſſerat, miſit. De hac legatione his verbis loquitur Ducas in hiſtoria Bizantina:

tina : *Imperator ſuppetias rogatum Romam jam antea miſerat ; ut etiam concordia Florentiæ reconciliata ſtabiliretur : inque magnæ Eccleſiæ liturgiis Papæ nomen è ſacris Diptychis recitaretur*. Nicolaus autem Imperialem Oratorem perhumaniter ſuſcepit, & Conſtantino Imperatori reſcribens, pluribus eum hortatus eſt ad promulgandum decretum unionis in univerſali Synodo Florentina conditum, atque ad illud cum ſuis Proceribus, & populo Conſtantinopolitano ex animo amplectendum, quod ſi faceret, fore ut haberet Romanum Pontificem, & Cardinales, univerſamque Eccleſiam Occidentalem commodis, honori, ac ſaluti ejuſdem Imperatoris ſtudioſam atque intentam, quibus deinde hæc ſubjicit : *Et ut huic rei tale exordium dones, quod certa ſequutura credamus, volumus, ut Patriarcham Conſtantinopolitanum ad ſedem ſuam revoces, faciaſque ſibi ab omnibus talem, & tantam reverentiam, & obedientiam exhiberi, quæ merito ſuæ Pontificali auctoritati debet impendi*. Et poſt nonnulla hæc alia addit : *Nomen Romani Pontificis recitetur in Diptychis, & pro ipſo nominatim expreſsè ab univerſa Græcorum oretur Eccleſia, ſicuti ii, qui Deo placuere, & Conſtantinopolitani Patriarchæ, & Imperatores hactenus ſervavere*. Tum ex verbis Ducæ ſcriptoris ſchiſmatici, tum ex epiſtola Nicolai V. manifeſtum eſt, ſymbolum potiſſimum Catholicæ unitatis, abſolutionem, complementum, & confirmationem Eccleſiaſticæ unionis habitam eo tempore fuiſſe commemorationem Romani Pontificis inter ſacra Myſteria, & è diverſo ejuſdem commemorationis omiſſionem diſſidii, ac ſchiſmatis ſignum, atque

Rainald. ad ann. 1451. num. 2.

Digitized by Google

atque argumentum, imo apertam ſolemnemque profeſſionem. Hinc autem factum fuiſſe puto, quod maximè ad rem noſtram pertinet, ut Nicolaus in ſuis literis injunxerit, ut nominatim & expreſsè, non ſolùm a Patriarcha Conſtantinopolitano, ſed ab univerſa Græcorum Eccleſia pro Romano Pontifice oraretur; quia quæcumque fuerit Græcæ Eccleſiæ conſuetudo, & mos ante ſchiſma, ut ſcilicet, quemadmodum refert Arcudius, nominatim pro Romano Pontifice ſolus Patriarcha in Miſſa deprecaretur, certe poſt ſchiſma commemoratio Pontificis non amplius tanquam res indifferens haberi poterat, ſed neceſſario ab omnibus facienda erat, ut cenſuit Nicolaus, quia ejus nominis prætermiſſio ſignum proteſtativum, ut vocant Theologi, ſchiſmatis, ac ſeparationis ab Eccleſia Catholica evaſerat, quod etiam certius, manifeſtiuſque ex iis, quæ deinceps dicam, conſtabit. Et quidem in libello, quem Eugenius IV. tradidit Apoſtolicis Nunciis, qui ex Cardinalium conſilio miſſi ſunt ad omnes Catholicos Principes, ut eis Baſileenſis Concilii contumaciam, pravèque facta palam facerent, in eo inter alia, quæ audacter temerèque geſta fuerant ab Epiſcopis, aliiſque in illa Pſeudo-ſynodo congregatis, hæc de commemoratione Romani Pontificis habentur: *Inauditum etiam eſt illud, & contra univerſalis Eccleſiæ generalem obſervantiam, & Sanctorum Patrum traditionem, quod in Miſſa non orent pro Papa*: Ubi illud notandum eſt, quod morem orandi in Miſſa pro Romano Pontifice affirmat eſſe non unius, vel alterius Diœceſis, vel Occidentalis Eccleſiæ tantùm, ſed totius Eccleſiæ uni-

Raynald. ad ann. 1456. num. 8.

Digitized by Google

univerſalis, eumque ex Sanctorum Patrum traditione ad nos derivatum. Et quidem merito hac de re ſchiſmaticos illos, ac factioſos homines graviter arguebat Eugenius. Nam omittendo commemorationem Romani Pontificis, quid aliud ſibi volebant improbi illi ſchiſmatis fautores, quàm illud, quod revera quærunt omnes illi, qui a Romana Eccleſia ſeparati in ſacro Miſſæ Sacrificio commemorationem Romani Pontificis facere detrectant? nempe aliud Altare, aliud Sacerdotium conſtituere, ab Apoſtolica Sede Petri, ſuper quem Deus fundavit Eccleſiam ſuam, ſejunctum ac ſeparatum; quod fieri poſſe, ſalva unitate Eccleſiæ Catholicæ, negat magnus Epiſcopus, & illuſtris Martyr Cyprianus his verbis: *Deus unus eſt, & Chriſtus unus, & Eccleſia una ſuper Petrum Domini voce fundata. Aliud Altare conſtitui, aut Sacerdotium novum fieri præter unum Altare, & unum Sacerdotium non poteſt.*

S. Cyprianus de unitate.

12. Id autem probè intellexerunt Rutheni Epiſcopi, qui, ejurato Græcorum Schiſmate, ad Catholicam Eccleſiam rediverunt. Nam Ruthenorum natio a Græcis & Catholicam Fidem, & Eccleſiaſtica Officia, ritus, ac mores accepit, quos etiam num ſervat, adhibens tamen in Sacris Precibus Ruthenam, ſeu veterem Slavorum linguam, qua majores ſui uſi ſunt. Hæc igitur natio, cum in Eccleſiaſticis rebus Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjecta eſſet, luctuoſum Græcorum Schiſma ſecuta eſt; ſed anno 1595. ſedente in Apoſtolica Cathedra Clemente VIII., miſſa per Archiepiſcopum Kiovienſem totius Ruſſiæ Metropolitanum, alioſque

Rutheni Epiſcopi Græci ritus conſtituunt, ut commemoratio Romani Pont. ab omnibus apertè fiat.

Baron. in Annal. Eccl. tom. 7. in Append.

Digitized by Google

que ejus Suffraganeos Epiſcopos ſolemni Legatione, Catholicæ ac Romanæ Eccleſiæ reconciliata eſt, & in benignæ Matris ſinum recepta. Cum autem noſtrâ memoriâ anno ſcilicet 1720., Clemente XI. Romanam Eccleſiam gubernante, Synodus Provincialis Ruthenorum celebrata eſt in Civitate Zamoſce, præſidente eidem Synodo nomine Sedis Apoſtolicæ cl. mem. Hieronymo Grimaldo Archiepiſcopo Edeſſeno, tunc in Regno Poloniæ Sedis Apoſtolicæ cum facultatibus Legati de Latere Nuncio, ac poſtea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, inter alia, quæ providè ac ſalubriter ſtatuta fuerunt, in articulo, ſeu Titulo de Fide Catholica hæc leguntur: *Statuit ac decrevit Sancta Synodus, ut Symbolo Fidei ubicumque imprimetur in poſterum, aut recitabitur tam publicè, quàm privatim, addatur particula illa* Filioque: *quâ proceſſio Sancti Spiritus a Patre, & Filio deſignatur. Qui ſecus facere per malitiam deprehenſus fuerit, ad Ordinarium tanquam ſuſpectus de ſchiſmate deferatur. Eadem de Cauſa, & ad demonſtrandam ſinceram membrorum cum Capite conjunctionem, cenſuit etiam, ac præcepit ſub pœnis arbitrio Ordinarii infligendis, ut ubicumque in Sacris Diptychis commemaratio Romani Pontificis facienda erit, præſertim verò tempore Sacrificii Miſſæ in translatione Oblatorum, fiat claris & expreſſis verbis, quibus alter, quàm Romanus univerſalis Epiſcopus deſignari non poſſit.*

Demum ex teſtimonio Schiſmaticorum oſtenditur, commemorationem

13. Ad hæc addam, quod haud grave & moleſtum fore reor Eminentiſſimis Patribus, quid ſentiant ipſi Schiſmatici de commemoratione Romani Pontificis in Miſſa, ſive ex Ritu Catholicæ Eccleſiæ per-

peragatur, ſive Schiſmaticorum more prætermittatur, & pro omnibus unus nobis erit Sylveſter Sguropulus magnus Eccleſiarcha, atque unus è quinque Crucigeris, & intimis conſiliariis Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui in Concilio Florentino interfuit. Scriptor iſte cæterum in rebus geſtis recenſendis ad veritatem obtegendam impudentiſſimè mendax, (quod ad rem, de qua in præſenti agitur, parvi, aut nihili intereſt; quia non de veritate rerum geſtarum, ſed de ſententia ſchiſmaticorum inquiſitio propoſita eſt) in hiſtoria ejuſdem Concilii refert: ſe, & magnum Scriniarium, poſtquam Conſtantinopolim rediverunt, in Aulam ab Imperatore arceſſitos fuiſſe, & ibi in loco ſecreto remotis arbitris Imperiales Delegatos, ſeu pacis Sequeſtros allocutos eſſe utrumque eorum, qui unionem cum Catholica & Romana Eccleſia reſpuentes a Patriarcha etiam Conſtantinopolitano ſeceſſerant. Sequeſtros autem pacis poſt plurima alia, quibus utrique ſuadere conati ſunt, ut unionem in Florentina Synodo ſtabilitam ſequerentur amplecterenturque, ſciſcitatos demum ex ipſis fuiſſe, an rationem, ac modum ullum honeſtum noſcerent amplectendi unionem cum Eccleſia Latina, qui cum reſpondiſſent, nullum; tum Sequeſtros pacis ſubintuliſſe: *An non vobis videtur modus honeſtus, ſi commemoretur ſolùm Papa, & per hujuſmodi commemorationem uniti ſimus? commemoratio mera eſt dictio, quam Diaconus profert; tamen per iſtam dictionem in unum coaleſcimus; nec interea aut dogma vetus corrumpimus, aut ritum mutamus. At nos reſpondimus*: (ſunt verba Sguropuli loquentis ex

Rom. Pontif. apud Græcos eſſe ſymbolum, & teſſeram Catholicæ cõmunionis.

perſona ſua, & magni Scriniarii) *a ſimplici iſta dictione multiplex pendet ratio: ſola celebrantur in Eccleſiis virorum nomina, qui in eodem cultu eamdem participant communionem cum Eccleſia, quæ commemorat. Nec enim fas, excommunicatum quempiam memorari, nec audet Sacerdos vota fundere pro excommunicato; aut viro diverſæ communionis. Papa noſtræ non eſt communionis particeps: quo igitur pacto heterodoxus, & communionis diverſæ cum viris ejuſdem communionis commemorabitur? Sed non eſt talis hæc commemoratio, replicuit Sequeſter Notarius, nec enim votum funditur pro Papa, ſed nudum recitat nomen Diaconus Eugenii Beatiſſimi Papæ, & nec ipſe comprecatur, nec alios ad comprecandum invitat. At Diptychis inſcribi, inquam ego, omni commemoratione majus eſt: in aliis preces fundere poſſunt tam pro auditoribus, quam qui extra Eccleſiam degunt; at è Diptychis nunquam rogant pro externis: ſed ſic Patriarcha inchoat:* MEMENTO DOMINE OMNIUM INSPECTORUM GREGIS TUI, AC EPISCOPORUM ORTHODOXORUM, QUI RECTE VERBA VERITATIS TUÆ DIVIDUNT; *adeo ut Patriarcha primum precetur pro rectè dividentibus. Cui ſtatim ſuccedens Diaconus clara voce enuntiat, qui ſint hi rectè dividentes: & noſtrum Patriarcham recenſet, & reliquos Orientis nam rectè dividere eſt ſpuria a legitimis abſcindere, ut id Chryſoſtomus definit. Papa autem non abſcindit, ſed ſpuria magis aggregat. Si igitur inter Orientales Patriarchas Papæ nomen prædicaretur, alterutrum ex his duobus neceſſario ſequeretur: aut Papam rectè dividere, quando a Papa differunt in Proceſſione Spiritus Sancti primario Fidei Chriſtianæ arti-*

articulo, & nunquam in eadem opinione cum Papa convenerunt; aut Orientales rectè dividere, Papam non rectè dividere. Quàm igitur nefarium eſſet ac deteſtandum, in Sacra Synaxe celebranda, diſſentientes, ut concordes, memorare, jungere, ac unire? Sed quod magis dirum eſt ac terribile, decimus Canon, Sanctorum Apoſtolorum apertè pronuntiat: SI QUIS VEL IN EADEM DOMO CUM EXCOMMUNICATO ORAVERIT, IPSE EXCOMMUNICETUR. *Patriarcha verò, qui Papam commemorat, non modo cum Papa orat, ſed & pro Papa orat: Et vos ipſi perpendite, quanto gravius eſt* PRO *orare, quàm* CUM *orare. Ingens certè crimen hoc, & omnino abhorrens a ritibus Eccleſiæ Noſtræ Orthodoxæ*. Ita perfidus iſte ſchiſmaticus: ex cujus verbis ſatis apertè intelligitur, cujus valoris, & ponderis cenſeatur ab ipſis ſchiſmaticis commemoratio Romani Pontificis inter Sacra Myſteria; contra vero ejuſdem prætermiſſio, quam manifeſtum habeatur abalienationis, & ſeparationis indicium, atque argumentum.

Digitized by Google

IV. Quid nunc ab omnibus Sacerdotibus Græcis tum Schiſmaticis, tum Catholicis hac in re ſervetur? & an Græcis Sacerdotibus etiam inferioris gradus, qui Romanæ Eccleſiæ uniti ſunt, & in communione Catholica permanere volunt, præſcribendum ſit, ut commemorationem Romani Pontificis in Miſſa omnino faciant?

Quid nunc ſervetur a Græcis tum Catholicis, tum Schiſmaticis in commemorationibus peragendis.

QUæ hactenus a me dicta vel allata ſunt, ſatis cuique manifeſtum feciſſe puto, commemorationem Romani Pontificis in Sacroſancto Altaris Sacrificio ſemper habitam fuiſſe, veluti teſſeram Catholicæ communionis etiam apud Græcos, qui è diverſo, cum ab unitate Eccleſiæ diſcedere, & ſe penitus abſcindere a Catholica communione volebant, nomen Romani Pontificis è Sacris Diptychis expunxerunt; nunc inveſtigemus, quid in præſenti agant Græci tum Schiſmatici, tum qui cum Eccleſia Romana, & Catholica uniti ſunt, & quid eis agendum præſcribere, & demandare oporteat, quod erat quartum ex iis, quæ ab initio propoſita ſunt. Et quidem ut id præſtem, haud mihi longa oratione, aut laborioſa aliqua inquiſitione opus eſt: rem enim univerſam nobis exhibet Arcudius, qui poſtquam retulit morem Græcorum in commemoratione peragenda eo modo, qui alibi a me expoſitus eſt, nempe ut mentionem

Digitized by Google

nem Epiſcopi faciat, ſi Sacerdos ſit Presbyter; Archiepiſcopi ſeu Metropolitæ, ſi ſit Epiſcopus; ſi vero Archiepiſcopus, ſeu Metropolita ſit, Patriarchæ; quo demum, ut ſupra dictum eſt, priuſquam Græca Eccleſia a Romana ſepararetur, ſacra faciente, Romani Pontificis nomen ab Archidiacono, vel alia illuſtri Eccleſiaſtica perſona alta voce e Diptychis enunciabatur, poſt hæc ita proſequitur: *Ubi verò Epiſcopi Græcorum non ſunt, ut in Inſulis Venetorum, ibi Sacerdotes ſolius Patriarchæ faciunt mentionem clara voce hiſce honorificentiſſimis verbis*: IN PRIMIS MEMENTO DOMINE ARCHIEPISCOPI NOSTRI N., QUEM CONCEDE SANCTIS TUIS ECCLESIIS IN PACE SALVUM, HONORABILEM, SANUM, LONGÆVUM, ET *rectè* * TRACTANTEM VERBUM VERITATIS TUÆ. *Et ſane quod ipſi mentionem faciant, non eſt mirum; ante Shiſma enim etiam faciebant, & quod attinet ad hoc, nihil de antiqua conſuetudine immutarunt, niſi quod ubi prius etiam Romani Pontificis fiebat mentio, nullo modo fit apud eos*. Hæc Arcudius: Romæ autem in Collegio Sancti Athanaſii id, ſicut mihi relatum eſt, ab antiquiſſimo tempore ſervatur, ut etſi in Liturgiis, aliiſque libris Græcorum impreſſis de commemoratione Romani Pontificis in ſacris precibus facienda nihil præſcribatur, tamen Romani Pontificis bis in omnibus Veſperis, bis etiam in omni Miſſa privata, ter in ſolemni, decies autem circiter in ea, quam Pontificalem vocant, mentionem faciant. In Italia autem ab Italo-Græcis in communione Catholicæ Eccleſiæ viventibus commemoratio fit Epiſcopi Latini, cujus juriſdictioni ſubjecti ſunt, & aliqui eorum nomen

* Seu *dividentem*.

Digitized by Google

nomen etiam Pontificis addunt, alii verò omittunt. Græci verò, qui in Italia quidem degunt, ſed vel ſchiſma aperte profitentur, Græcorumque errores ſequuntur, vel ſe Catholicos fingunt, in Liturgia, vel Epiſcopi ſui Schiſmatici, vel Patriarchæ Conſtantinopolitani commemorationem peragunt. Græci autem Catholici, vel qui ejurato Schiſmate ad Romanam, & Catholicam Eccleſiam rediverunt, vel qui in Collegio Sancti Athanaſii educati ſunt, cum in Græciam proficiſcuntur, ſi inter Græcos Schiſmaticos degentes ſacra faciant, clara voce, prout Græcis mos eſt, vel Epiſcopi, vel Patriarchæ Schiſmatici infanda nomina recitant. Id autem duabus ex cauſis faciunt, ut ex eodem Arcudio colligitur, & mihi alii, qui in illis partibus verſati ſunt, retulerunt: nempè primum Græcorum Schiſmaticorum metu, qui ſi audirent, eos in Sacra Miſſa vel nomen Epiſcopi Schiſmatici, vel Patriarchæ prætermittere, tanquam Latinos, & Latinorum ſequaces abominarentur; imò etiam quibus poſſent, malis afficerent. Ideo ſcribit laudatus Arcudius verba faciens de commemoratione Patriarchæ Schiſmatici: *Sunt nonnulli Græcorum, qui ex hujuſmodi precatione jactant, ſe optimè Sacerdotes agnoſcere, Græci verine ſint, ut illi ajunt, an verò Latini, hoc eſt, ut ego interpretor, Græci ne Schiſmatici ſint, an verò Latini, & Latinorum ſequaces Catholici. Idcirco non tantum jure Eccleſiaſtico, ſed etiam Divino iſtud vetamur*, (nempe omittere commemorationem Romani Pontificis, ſeu Epiſcopi Catholici, & eorum loco Præſules Schiſmaticos inter Sacra Myſteria nominare,) *quod*

quod in contemptum Romani Pontificis, & per conſequens fidei, mentionem fieri Patriarchæ a Sacerdotibus cum Romana Eccleſia conſociatis Græci poſtulent. His adde, propterea Græcos omiſiſſe, mentionem facere in Sacro Romani Pontificis, quod eum hæreticum eſſe exiſtiment. Ergo contra, nobis quoque idem de illis ſentientibus non licebit eorum mentionem facere. Altera autem cauſa eſt, quia ſi aliter Presbyteri Catholici facerent, Populus non intereſſet ſacrificio, neque libenter prædicationis verba audiret, imo eos deteſtaretur, atque etiam ejiceret. Id quoque præter alios auctores nos edocet idem Arcudius his verbis: *At populus, ni ita fiat, ægrè admodum fert, & rei Divinæ ne interſit, diligenter cavet; neque faciles præbebit aures ſana dogmata prædicantibus, neque ullus animarum fructus conſequetur. Imò non ſine Populi ſcandalo, & Sacerdotis periculo poterit omitti hujuſmodi deprecatio.* Quiſque autem per ſe intelligit, id neque hujuſmodi ex cauſa, neque alia quantumvis honeſta & neceſſaria, & unioni redintegrandæ, & ſchiſmati abolendo utili fieri licere, imo non ſine gravi crimine a Græcis Catholicis perpetrari poſſe.

Arcud. de Sacram. Euchar. lib. 3. cap. 39.

2. Objicit quidem ſibi Arcudius, Eccleſiam non ſolùm pro Regibus Infidelibus, ſed etiam pro errantibus, & hæreticis, atque pro toto Orbe Terrarum Sacrificium offerre, & publicè orare, ut conſtat ex Liturgiis Jacobi, Baſilii, & Chryſoſtomi. Reſpondet autem ipſe Arcudius: primò eamdem Eccleſiam poſtea prohibuiſſe, ne publice orare liceret pro excommunicatis, & conſequenter pro hæreticis, quos omnes arcet a communibus piorum ſuffra-

An commemorare Epiſcopos Schiſmaticos, vel pro eis orare in Miſſa liceat.

ſuffragiis, & precibus: parvi autem referre, eos non fuiſſe nominatim excommunicatos, & declaratos hæreticos, quia commemoratio Patriarchæ, vel Epiſcopi ſchiſmatici ſignum atque indicium eſt apud Græcos, vel communionis cum Eccleſia Catholica, ſi omittatur, vel profeſſionis ſchiſmatis, & hæreticæ pravitatis, ſi peragatur; & hac de cauſa eam fieri exigunt Græci ſchiſmatici a Presbyteris Catholicis, ideſt in contemptum Fidei Catholicæ, & Romani Pontificis, cujus nomen tanquam hæretici è Sacris Diptychis eliminarunt: ſecundo quia ſi pro Epiſcopis, & Patriarcha Schiſmaticis orandum eſſet, alio modo precatio concipienda eſſet, neque tanquam Catholicorum Præſulum eorum nomina recitanda, ſed afferam verba Arcudii, quæ talia ſunt: *Ad extremum, ſi vellemus obſecrare pro illis, deberemus aliis verbis uti, nimirum ut eos Deus ab omni errore mentis liberet, & cum vera Dei Eccleſia jungat. Idque non publice, & nomine totius Eccleſiæ, ſed privatim, & proprio nomine. At iſta precatione inprimis, & præcipue:* MEMENTO DOMINE ARCHIEPISCOPI NOSTRI *&c. potius eorum fidem commendare, & approbare videremur, quippe optatio iſta, & obſecratio vel in ipſum Summum Pontificem optime quadrat.* His autem adjungam, quæ idem Arcudius ſuper hac re ſcribit de Græcis Alumnis Collegii Sancti Athanaſii, quod certe haud ingratum erit Eminentiſſimis Patribus, præſertim Eminentiſſimo Cardinali Gentili, cujus vigilantiſſimo in rebus omnibus Apoſtolicæ Sedis ſtudio & curæ, & ſingulari præſertim in iis, quæ ad fidem, & mores ſpectant, ſollicitudini ac diligentiæ commiſſa eſt

eſt a Summo Pontifice protectio & procuratio ejuſdem Collegii, Arcudii autem verba hujuſmodi ſunt: *Non ſine cauſa, Illuſtriſſimi Cardinales Protectores, qui Collegii Græcorum in Urbe curam, & patrocinium gerunt, poterunt cogitare, & perpendere, utrum expediat, Alumnos, quos in Græciam deſtinant, ad Sacerdotii Ordines promovere. Nam ibi propter periculum Sacerdotale munus eos exercere minime poſſe, certum eſt, ſi memoratam mentionem Patriarchæ, ut par eſt, neglexerint. Hoc etiam ſi fieri poſſet, non improbarem, ut ſcilicet nulla facta mentione Patriarchæ, nulla etiam fieret Pontificis, ſed ſecreto. Non enim nomen Pontificis æque omnes venerantur; & tunc poſſent in hanc formam rogare non aliter, atque ſi Sedes vacaret: Memento Domine omnis Epiſcopatus Orthodoxorum, qui recte tractant ſermonem tuæ veritatis; vel aliquid aliud ſimile. Hoc autem aſſero, habita ratione loci, hoc eſt in Græcia. Nam in partibus Italiæ aliter faciendum cenſeo. Epiſcopi enim Latini omnino curare debent, ut ſibi ſubditi Parochi Græci in unione Catholica ſint, & Summum Paſtorem agnoſcant; juxtaque veterum morem pro illo ſolemniter deprecentur, vel ſaltem ipſorum Latinorum Epiſcoporum, in quorum Diœceſibus degunt, mentionem faciant.* Quæ cum ita ſint; non immerito, nec ſine cauſa quiſquam ſibi perſuadebit, neceſſarium eſſe, ut omnibus non ſolum Catholicis Epiſcopis, ſed etiam Presbyteris Græci ritus demandetur ac præcipiatur, ut in ſacro Miſſæ Sacrificio, perinde ac Occidentales, commemorationem Romani Pontificis faciant.

3. At vero ſi quis ita cenſeret, opponi ei poſ-

Græcos ritus ſervari vult, ac præcipit Sedes Apoſtolica.

ſet, id adverſari menti ac voluntati Sedis Apoſtolicæ, quæ tantum abfuit, ut Latinos mores Eccleſiis Orientalibus obſervandos præſtitueret, quin etiam volentibus ritus ſuos immutare, conſtanter obſtitit, eoſque religiosè obſervandos definivit. Et quidem, quod ad ritus Græcos attinet, nota ſunt, quæ conſtituta fuerunt ab Innocentio IV., Leone X., Clemente VII., Paulo III., Julio III., Pio IV., Pio V., & Gregorio XIII.; ſed præ omnibus digna ſunt, ut in medium proferantur ea, quæ de Græcorum ritibus providè definita ſunt in Conſtitutione Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti XIV., cujus verba hujuſmodi ſunt: *Quoniam Orientalis Eccleſiæ ritus, utpote non minima ex parte a Sanctis Patribus profecti, vel a majoribus traditi, ſic animis Græcorum, aliorumque inſederunt, ut Prædeceſſores noſtri Romani Pontifices ſatius conſultiuſque duxerint, ritus hujuſmodi, qua in parte nec fidei Catholicæ adverſantur, nec periculum generant animarum, aut Eccleſiaſticæ derogant honeſtati, approbare ſeu permittere, quàm illos ad Romanarum cæremoniarum normam reducere. Idcirco Græcis ipſis, & Albanenſibus ritus Græci inter Latinos degentibus tam Prælatis, Parochis, & Presbyteris ſæcularibus, quàm Regularibus, & Laicis, ut ſuis ritibus, atque obſervantiis, ſive conſuetudinibus uti, ac illos & illas obſervare. Miſſaſque, & alia Divina Officia ſecundum eorum antiquam conſuetudinem celebrare liberè, ac licitè poſſint, concedimus, & indulgemus: Nec ſuper his a quoquam latino Ordinario illos, vel illorum inquemlibet moleſtari, vel inquietari permittimus: inhibentes omnibus, & ſingulis Prælatis, aliiſque, ne quis*

quis ritus, & cæremonias Græcorum in Concilio Florentino, vel aliàs approbatas blaſphemare, aut reprobare, ſeu improbare auſit.

Non eos tamen ritus ac mores, quibus Hæretici, vel Schiſmatici ad ſuos confirmandos errores abutuntur.

4. Sed certe reponi poſſe videtur, neminem eſſe, qui neget, a Græcis ritus a ſuis Majoribus acceptos, & a Romana & Catholica Eccleſia probatos ſervari debere: verum etiam illud admitti, ac ab omnibus teneri oportet, in Eccleſia Græca, & in Eccleſia Latina ritus illos ac mores, vel omitti, vel immutari oportere, quibus hæretici ad ſuos errores vel ſuadendos, vel confirmandos abutuntur; aut quos ſchiſmatici ad ſuam ab Eccleſia Catholica defectionem, ſegregationemque indicandam demonſtrandamque impiè æque, ac impudenter adhibent. Siquidem unanimis eſt poſt Sanctum Thomam omnium Theologorum ſententia, non licere homini Catholico uti rebus illis, veſtibus, aut ſignis, quæ falſæ religionis, aut hæreſis, aut erroris & ſchiſmatis profeſſionem, ſive ex humana lege, ſive ex conſuetudine ſignificant. Quare cum Romani Pontificis commemoratio, ut paulo ante demonſtratum eſt, ſignum ſit apud Græcos, ut Theologi vocant, proteſtativum Religionis, a nullo etiam minori Sacerdote ſine crimine præteriri, aut diſſimulari poteſt. Profecto ex hac, aliaque ſimili de cauſa nonnullos ſanctiſſimos in Eccleſia Catholica ritus, certum eſt, immutatos eſſe, aut prætermiſſos, aut omnino ſublatos. Ita uſus communionis infantium: ita mos trinæ immerſionis in baptiſmo abrogatus eſt in Hiſpania, quia Ariani eo abutebantur, ad probandam differentiam eſſentialem trium Perſonarum Sanctiſſimæ Trinitatis;

ita etiam communio ſub utraque ſpecie ob Boëmorum errores, atque blaſphemias vetita eſt, atque alia plura hujuſmodi, quæ longum eſſet, ac ſuperfluum hoc loco referre. Ad hæc accedit, quod non omni tempore, nec ab omnibus ſervatum, neque ubique receptum cenſeri debet, quod affirmat Arcudius, ut Romani Pontificis commemoratio a ſolis Patriarchis, non autem a minoribus Græcis Sacerdotibus fieret. Siquidem Theodorus Balſamon, qui ſæculo duodecimo exeunte vixit, vir canonici juris inter Græcos ætate ſua conſultiſſimus, non obſcure innuere videtur, commemorationem quinque Patriarcharum, & conſequenter etiam Romani Pontificis, non ſolum in Patriarchalibus, ſed in omnibus Orientis Eccleſiis factam fuiſſe. Differens enim de privilegiis Patriarcharum, inter quos licet ſchiſmaticus primo loco ponit Romanum Pontificem: [a] *Sanctiſſimos quinque Patriarchas*, inquit, (*adhuc enim ut hedera quercui, ſic ipſe concordiæ Papæ Romani quaſi mordicus inhæreo, & ob ſeparationem illius animo laceror, atque quotidie converſionem ipſius egregiam expecto*) *pro ſolo capite corporis omnium Eccleſiarum Dei agnoſcimus &c. Quapropter etiam ſtatutum eſt, ut in quavis Eccleſia Dei ſive ad Euphratem, ſive ad Tigrim, ſive ad ipſum pertingat Oceanum, conjunctim eorum nomina referantur.*

Balſamon Patriarcha Antioch. affirmat ſtatutum fuiſſe, ut in quavis Orientis Eccleſia commemoratio Papæ fieret.

Verum quidquid ſit de vetuſtiorum ſæculorum more in hac re, ac conſuetudine, illud certum, atque indubitatum eſt, quod Nicolaus V. in literis, quas Conſtantinopolitano Imperatori reſcripſit, pro pace

Idem præcepit Græcis Nicolaus V.

a *Medit ſive Reſp. Balſamonis de Privileg. Patriarch. lib. vij. Juris Græco-Rom. Lenuclavii pag. 446.*

Digitized by Google

pace & unione reſtauranda, mandavit ac præcepit, non ut a ſolo Patriarcha, & Imperatore, nempe in Eccleſia Patriarchali, & in Æde Palatina ſeu Imperiali, ſed ubique ab omnibus Græcis nominatim & expreſsè pro Romano Pontifice oraretur. Et Eugenio IV. Nicolai V. Prædeceſſori Timotheus Patriarcha Alexandrinus, accepto Eccleſiæ Orientalis cum Romana unionis decreto, ſignificavit, cum omnibus Ægypti Epiſcopis, & cæteris Clericis conſtituiſſe, ut ubique in omnibus Chriſti Eccleſiis inter Miſſarum ſolemnia præ reliquis Patriarchis memoria Romani Pontificis fieret. Præterea his addi debent, quæ benè ac ſapienter ſancita fuerunt tum hac de re, tum etiam de addenda Nicæno ſymbolo particula *Filioque* a Ruthenis in Synodo Zamoſcenſi, cujus verba alibi quidem a me relata, haud tamen inopportunum, & inutile erit, hoc loco repetere. *Quoniam* CORDE CREDITUR AD JUSTITIAM, *teſte Apoſtolo*: ORE AUTEM CONFESSIO FIT AD SALUTEM: *neque ulla eſt cauſa, cur prohibeamur apertè profiteri, quod credimus, ſtatuit ac decrevit Sancta Synodus, ut ſymbolo fidei, ubicumque imprimetur in poſterum, aut recitabitur tam publicè, quàm privatìm, addatur particula illa* FILIOQUE, *qua proceſſio Sancti Spiritus a Patre, & Filio deſignatur. Qui ſecus facere per malitiam deprehenſus fuerit, ad Ordinarium tanquam ſuſpectus de ſchiſmate deferatur. Eadem de cauſa, & ad demonſtrandam ſinceram membrorum cum Capite conjunctionem, cenſuit etiam, ac præcepit ſub pœnis arbitrio Ordinarii infligendis, ut ubicumque in Sacris Diptychis commemoratio Romani Pontificis facienda erit, præſertim verò tempore*

Et noviſſime decreverunt Rutheni in Synodo Zamoſcenſi.

Sa-

Sacrificii Miſſæ in translatione Oblatorum fiat claris & expreſſis verbis, quibus alter, quàm Romanus univerſalis Epiſcopus deſignari non poſſit. Demum his omnibus accedit, quod pro ſua ſingulari ſapientia noviſſimè ſtatuit Sanctiſſimus Dominus Noſter in ſua Conſtitutione pro Græcis, qui in Italia Inſuliſque adjacentibus degunt, cujus verba præſtat hoc loco adſcribere: *Sic vero dictis Græcis & Albanenſibus in ſuis ritibus permanere conceſſum eſſe, atque indultum declaramus, ut quæ a Fidelibus in Diæceſi, ubi ipſi habitant, univerſim &c. ſervanda ſunt, ad eadem etiam ipſi, non obſtante rituum diverſitate, obligati cenſeantur. Cujuſmodi ſunt in primis Kalendarii Gregoriani obſervatio &c. Deinde Summi Romani Pontificis, & Ordinarii Loci in Miſſis, ac Divinis Officiis commemoratio, non Patriarcharum, neque Antiſtitum Orientalium, quibus nulla eſt in Italia, & adjacentibus Inſulis juriſdictio: ubi tamen Græco Catholico Antiſtiti ex licentia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii Loci Pontificalia exercere permittitur, ejus quoque nomen juxta Græcorum morem poſt Summum Romanum Pontificem, & Ordinarium Loci commemorari liceat.* At verò an hæc, quæ pro Italo-Græcis ſtatuta ſunt, produci debeant ad Græcos etiam in Græcia natos, & in ea viventes Græcis Epiſcopis, non autem Latinis ſubditos: tum etiam alia omnia, quæ a me ſuperius allata ſunt, quid momenti, & auctoritatis in propoſita deliberatione habere debeant, Eminentiſſimi Patres unâ cum Conſultoribus maturius, diligentiuſque expendent; ego enim ad ea, quæ noviſſimo loco diſquirenda relicta ſunt, pergam.

V. Quid

Digitized by Google

V. Quid in hac re & Græcis, & aliarum Orientalium Nationum Sacerdotibus in communione Catholica Romanæ Eccleſiæ vivere volentibus Sedes Apoſtolica noviſſimis temporibus faciendum præſcripſerit?

EX iis autem, quæ ab initio mihi expendenda præſumpſi, id poſtremo loco indagandum ac inſpiciendum ſupereſt, quid hac noſtra, quid ſuperiori ætate Romæ ſervatum ſit, vel a Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Congregationibus reſponſum fuerit, quoties hac de re quæſtio propoſita eſt. Siquidem cum de rebus dubiis, atque ambiguis, quæ vel ad mores, vel ad Eccleſiaſticos Ritus pertinent, diſceptari contingit, nec ſatis apparet, quid Sacris Canonibus, & Romanorum Pontificum decretis in quæſtione, de qua eſt deliberatio, ſancitum ſit, id certò obſervari oportet, quod in Jure Civili ſapienter reſcriptum eſt: *In ambiguitatibus conſuetudinem, aut rerum perpetuo ſimiliter judicatarum auctoritatem, vim legum obtinere debere.* **In rebus dubiis quid ſequendum ſit?** ***Leg. Nam Imperator 37. ff. de Cöſtitut. Principum.***

2. Ut verò exordium ab antiquioribus ſumam: anno 1594. octavo Calendas Martii Romæ in Typographia Medicea Superiorum permiſſu impreſſum eſt Miſſale Chaldaicum, ſeu Syriacum juxta Ritum Maronitarum: in ejus fronte legitur Epiſtola nuncupationis, quæ inſcripta eſt Summo Pontifici Clementi VIII. ab Alumnis ejuſdem Collegii. **Circa cõmemorationem Romani Pontificis quid factum eſt in Miſſali Maronitarum Romæ impreſſo Anno 1594.**

In

In fine autem hæc habentur: *Impreſſum Romæ cum licentia Superiorum Anno ab Incarnatione Domini* 1594. *Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Papæ VIII. Anno IV.*, *& Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo D. D. Gabriele Epiſcopo Sabinen. Cardinali Paleoto Maronitarum Protectore, & Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo P. D. D. Sergio Biſio eorumdem Maronitarum Patriarcha*. Sed non eodem anno, quo impreſſum fuit, Miſſale in publicum emiſſum eſt; verùm anno 1608., ut compertum ſit ex adnotatione in fine poſita in hunc modum: *Verba feci cum Sanctiſſimo Domino Noſtro de vulgando Miſſali Maronitarum, quod Typis jampridem excuſum eſt, annuitque Sua Sanctitas, ut præfixa huc præfatione* (*ſcilicet vita S. Maronis præfationis loco Miſſali præfigenda*) *publicetur*: *Jacobus Cardinalis Petronius*, In hoc autem Miſſali extat commemoratio Romani Pontificis expreſſa his verbis: *Offerimus hoc Divinum Sacrificium*: aut, *Suſcipe hoc Sacrificium pro omni grege tuo*: aut, *pro Eccleſia tua, ejuſque Rectoribus Orthodoxis, præcipuè verò pro Beatis PP. noſtris Domino N. Papa Romano, & pro Patriarcha Noſtro D. N., & pro Epiſcopo Noſtro D. N. ſervo tuo, & reliquis Epiſcopis &c.* ita legitur in Liturgia duodecim Apoſtolorum pag. 103., in alia Sancti Joannis Evangeliſtæ pag. 163., in alia Sancti Petri Apoſtoli pag. 224. In Liturgia autem Sancti Cyrilli Alexandrini pag. 127., Sancti Marutæ pag. 178., & Sancti Marci Evangeliſtæ pag. 211. legitur ſolum nomen Papæ, & Patriarchæ in hunc modum: *Pro Paſtorum Eccleſiæ juſtorum, & Orthodoxorum confirmatione D. Papæ N.*, &

Digitized by Google

& D. Patriarchæ N. In eodem Miſſali ms., priuſquam typis imprimeretur, non legebatur hujuſmodi commemoratio, ſed benè quidem in Diaconali, ſeu libro, quo Miniſter Sacerdoti inſerviens utitur; inde verò ſumptam Miſſali inſeruerunt ii, quibus illius adornandi cura commiſſa fuit, quæ mihi omnia aſſeruit, & teſtatus eſt Pater Verdi Societatis Jeſu vir eruditione æquè, ac probitate morum ornatus. Cæterum commemoratio Romani Pontificis, licet in Miſſalibus, ſeu Liturgiis manuſcriptis non legeretur, nunquam prætermiſſa eſt a Sacerdotibus Maronitis, ut teſtatur Aldoenſis Patriarcha Antiochenus in ſua erudita expoſitione Miſſæ, quæ manuſcripta ſervatur in Bibliotheca Collegii Maronitarum; eamque commemorationem affirmat a primis Eccleſiæ ſæculis fieri conſueviſſe.

2. Sedente autem in Apoſtolica Cathedra Urbano VIII., demandata eſt correctio Euchologii Græcorum particulari Congregationi nonnullorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & Theologorum In ea autem die 1. Martii anni 1637. propoſitum fuit dubium, ſeu quæſtio: *Num in precibus ponendum ſit nomen Romani Pontificis &c.* Et die 19. Julii ejuſdem anni fuit propoſitum alterum dubium hujuſmodi: *Num poſt commemorationem Sanctorum rectè fiat mentio Epiſcopi, & Patriarchæ, cum ſint Schiſmatici; & ea mentio videatur clara proteſtatio ſchiſmatis*: Hæc verò dubia in præſenti Congregatione rurſus ad examen revocantur. Ad primum autem eorum reſcriptum eſt: *Placere Congregationi, ut omnino nomen Papæ recitetur, ea potiſſimum ratione, quia cum Græci ſchiſmatici Papam damnent ut hæreticum, quia, ut ipſi dicunt, Symbolo*

Quid reſponſum fuit tempore Urbani VIII. a Congregatione pro correctione Euchologii.

Nicæno addidit verbum, Filioque: *& docet Spiritum Sanctum a Patre, & Filio procedere, & ob id aſſerant nomen ejus in Diptychis fuiſſe deletum, ut videre eſt apud Balſamonem, & alios Scriptores ſchiſmaticos, nullo modo debemus omittere nomen Papæ in Euchologio Romæ imprimendo, ne errori prædictorum ſchiſmaticorum favere videamur; & quia cum de Diptychis tractabitur, de hac materia rurſus erit agendum, tunc erit videndum, quomodo nomen Papæ ſit recitandum*. Ad alteram verò quæſtionem reſponſum eſt in hunc modum: *Nihil eſſe immutandum, ſed ſolum rubricam Euchologii Venetiis impreſſi, quod corrigendum aſſumptum eſt, ubi de Patriarcha ſit mentio, emendandum eſſe juxta Rubricam Euchologii Romæ impreſſi, in qua non ſit mentio de Patriarcha, ſed de ſolo Archiepiſcopo Loci, ubi celebratur*. In eadem Congregatione, data ex propoſitione hujus dubii occaſione, fuit diſputatum a Patribus, an poſſet in Diptychis fieri commemoratio Patriarcharum Eccleſiæ Orientalis: & aliquibus eorum viſum fuit per Extravagantem Martini V. *Ad evitanda ſcandala*, poſſe de illis commemorationem fieri, quia non ſunt nominatim damnati tamquam ſchiſmatici, aut hæretici, vel excommunicati. Alii verò dixerunt, hujuſmodi commemorationem fieri non poſſe, quia cum illi tantùm tolerati dicantur ab Eccleſia Catholica, ſi de eis dicta commemoratio fieret, non ſolùm tolerarentur, ſed quodammodo approbari viderentur. His autem illud adjungam, quod prohibuit Eccleſia in cap. a nobis de ſententia excommunicationis, *publicè orare*, ut monet Card. Bellarminus, *pro excommunicatis, & conſequenter*

Bellarm. de Miſſa lib. II. controv. c. 6.

pro

pro hæreticis, qui ſunt omnes excommunicati: proinde etiam prohibuit, ſacrificium pro eis directè, & expreſsè offerri, ſacrificium enim ſemper eſt publicum. Hæc autem Eccleſiaſtica Conſtitutio, nulla ratio eſt, cur etiam apud Græcos locum habere non debeat.

4. In Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Superiorum permiſſu impreſſa eſt Liturgia Armena, correcta & expurgata erroribus quibus eam ſchiſmatici vel inſcitia, vel pravitate fœdaverant. In Bibliotheca autem Collegii extat exemplar ejuſdem Liturgiæ manuſcriptum eo modo, quo Armeni ſchiſmatici ea utuntur: hanc autem ex Armeno in Latinum vertit anno 1671. juſſu Domini de Baldeſchi Archiepiſcopi Cæſarienſis, & Secretarii dictæ Congregationis Vartanus Hunanian, ut notum ac manifeſtum fit ex inſcriptione, quæ eſt hujuſmodi: *Hæc eſt Liturgia Armena uſitata ab Armenis ſchiſmaticis, in qua continetur ſolum illud, quod ad Sacerdotem celebrantem ſpectat abſque Lectionibus, & Evangeliis, quam ego ſcripſi a Liturgia manuſcripta Armena juſſu Illuſtriſſimi Domini de Baldeſchi Archiepiſcopi Cæſarienſis, & Secretarii Sacræ Congregationis de Propaganda Fide.* Interjecto deinde ſpatio nonnullarum linearum: *Anno* 1671. *Septembris* 24. *Romæ*: *Vertanus Hunanian*: In fine autem ejuſdem Liturgiæ manuſcriptæ talia leguntur: *Nos infraſcripti accuratè perlegimus hanc Liturgiam Armenam incorrectam, & invenimus eſſe illam, qua communiter hoc tempore utitur natio Armena ad Sacrificium Miſſæ celebrandum. Invenimus ſimiliter hanc copiam omnino concordare cum ſuo Origina-*

Quomodo cōmemoratio Papæ addita eſt in Liturgia Armenorum.

Digitized by Google

ginali. Errores autem tranſlationis latinæ, quos, & ſecundum quod unanimi conſenſu corrigendos eſſe judicavimus, per P. Sebaſtianum Knab, quibuslibet lineis interpoſita correctione, nobis conſentientibus, & inſpicientibus emendati ſunt. In fidem &c. manu propria ſubſcripſimus.

Ego F. Sebaſtianus Knab Dominicanus affirmo ut ſupra.

Ego Baſilius Barſech Sacerdos Armenus affirmo ut ſupra.

Ego Vartanus Hananian Sacerdos Armenus affirmo ut ſupra.

Ego Fr. Lucas de Luca Armenus Dominicanus affirmo ut ſupra, excepto quod non habeam notitiam, an hæc Liturgia ſit illa, qua hoc tempore utuntur Armeni.

Et ego D. Aloyſius Maria Pidou Clericus Regularis affirmo ut ſupra, excepto quod neque habeo notitiam, an hæc Liturgia ſit illa, qua hoc tempore utuntur Armeni Orientales.

Utramque autem Liturgiam manuſcriptam, & impreſſam diligenter inter ſe per me ipſe contuli, varianteſque lectiones adnotavi. In Liturgia autem manuſcripta commemoratio vivorum a Sacerdote facienda his verbis exprimitur: *Memento Domine, & miſerere, & benedic Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam tuam, quam redemiſti pretioſo Sanguine Unigeniti tui, & liberaſti per Crucem Sanctam, concede huic immobilem pacem. Memento Domine, & miſerere, & benedic omnes Orthodoxos Epiſcopos, qui recta doctrina compendiant nobis verbum veritatis;*

Digitized by Google

IN VOCE.

Præcipuè Archiepiſcopum noſtrum, & nobilem Patriarcham Armenorum D. Jacobum concedes nobis per longos dies certa doctrina. In impreſſa autem poſt verbum illud *veritatis*, addita eſt hæc Rubrica: *Hic poſtquam meminerit Papæ, meminerit etiam Præſulis loci, ſecundum convenientiam & honorem, ſi Patriarcha ſit, ſi Archiepiſcopus ſit, ſi Epiſcopus ſit. Sed Catholicus ille, aut Epiſcopus Armenorum, ſi ſit hæreticus, aut ſchiſmaticus nunquam, & nullibi meminetur: ſi verò ſit Orthodoxus, meminetur tantùm in Diœceſi, & in juriſdictione ſua, & nunquam extra eam.* Poſt hæc ita ſequitur:

IN VOCE

Et præcipue ſacrum Papam Noſtrum Dominum, HOC NOMEN: *Et felicem Patriarcham noſtrum Dominum*, HOC NOMEN: *Aut Archiepiſcopum noſtrum Dominum*, HOC NOMEN: *Aut Epiſcopum noſtrum Dominum*, HOC NOMEN, *concede nobis per longas dies recta doctrina.*

In Diaconali verò, ut vocant, Miſſæ, ſeu Miniſteriali libro, quo continentur, quæ recitare debet Diaconus, ſeu Clericus Miniſter in precibus, quæ fiunt ante Miſſam, in exemplari manuſcripto hæc leguntur: DIACONUS: *Pro Pontifice noſtro Domino Jacobo, vita & ſalute animæ ejus Dominum rogemus.*

In impreſſo autem non ſolùm hujuſmodi verba expuncta, & immutata ſunt, ſed præmittitur integra Rubrica in hæc verba: *Hìc poſtquàm meminerit Papæ, memoretur etiam Præſul Loci ſecundum convenientiam, & honorem. Si Patriarcha ſit, ſi Archi-*

Digitized by Google

Archiepiſcopus ſit, ſi Epiſcopus ſit, ſed Catholicus: Aut Epiſcopus Armenorum, ſi ſit hæreticus, vel ſchiſmaticus nunquam, & nullibi memoretur; ſi verò ſit Orthodoxus, memoretur tantùm in ſua Diœceſi, & Juriſdictione, & nunquam extra eam. DIACONUS: *Pro ſacro Papa noſtro Domino*, HOC NOMEN. *Et Patriarcha noſtro, vel Archiepiſcopo, vel Epiſcopo noſtro Domino*: HOC NOMEN: *Dominum rogabimus*. In eodem Diaconali pluribus interjectis hæc alia occurrunt in exemplari manuſcripto recitanda a Diacono ad oblationem Sacrificii: DIACONUS: *Gratiarum actionem, & glorificationem offerimus tibi Domine Deus noſter pro ſancto, & immortali hoc Sacrificio, quod ſupra ſanctam hanc menſam, per hoc concede amorem, firmamentum, & optandam pacem omni mundo, Sanctæ Eccleſiæ, & omnibus Orthodoxis Epiſcopis, Archiepiſcopo noſtro, & nobiliſſimo Pontifici Armenorum Domino N., & noſtro Archiepiſcopo, & felici Archidoctori Domino N., & Sacerdoti huic, qui hoc Sacrificium offert, & pro virtute & victoria Regum Chriſtianorum &c.* In impreſſo autem addita eſt Rubrica, quam poſtea ſubjungam; & ſupplicatio immutata eſt hoc modo: *Gratiarum actionem, & glorificationem offerimus tibi Domine Deus noſter pro ſancto, & immortali hoc Sacrificio, quod ſupra ſanctam hanc menſam, ut hoc nobis in ſanctitatem, & in vivificationem dones, per hoc concede amorem, firmamentum, & optandam pacem omni mundo, Sanctæ Eccleſiæ, & omnibus Orthodoxis Epiſcopis, præcipuè ſacro Papæ Noſtro Domino*: HOC NOMEN. *Et honorabili Patriarchæ noſtro*, HOC NOMEN. *Vel Archiepiſcopo noſtro*, HOC NOMEN. *Vel Epi-*

Epiſcopo Domino, HOC NOMEN. *Et huic Sacerdoti, qui hanc Miſſam offert*. Deinde legitur hujuſmodi Rubrica.

Sed Catholicus, ſeu Epiſcopus Armenorum ſi ſit hæreticus, aut ſchiſmaticus, nullibi & nunquam nominetur, ſi verò ſit Orthodoxus nominetur tantum in ſua Diœceſi, & juriſdictione, & non extra eam.

5. Cum in Sacra Congregatione Generali de Propaganda Fide decretum fuiſſet, ut Græcum Officium a ſchiſmaticis Tergobiſti in Vallachia editum rurſus typis ejuſdem Congregationis imprimeretur, cura illud emendandi demandata eſt huic Congregationi ſuper correctione librorum Eccleſiæ Orientalis. Itaque die 23. Septembris anni 1731. cum jam per id tempus Secretarii munere ejuſdem Congregationis ego perfungerer, inter cætera hujuſmodi dubium propoſitum eſt: *An in Horologio, & ſacris Liturgiis, ubi fiunt ſupplicationes pro Archiepiſcopis, Presbyteris, aliiſque Eccleſiaſtici Ordinis, addendum ſit nomen Romani Pontificis?*

Quid de eadem commemoratione reſcriptum eſt an. 1731. in recenſione Officii Græcorum.

6. Congregatio autem dilata fuit uſque ad diem decimamtertiam Januarii anni ſequentis, eaque die, omni diligentiori cura, qua potui, re Eminentiſſimis Patribus a me expoſita, Congregatio decrevit: *Nihil eſſe addendum, ſed colligantur decreta edita a Sacris Congregationibus Sancti Officii, & de Propaganda Fide ad Ritus Liturgicos Græcorum ſpectantia, & ea referantur ad Eminentiſſimos Patres*. Elapſo poſtea triennio contigit, ut in eadem Congregatione Miſſale Coptorum, quod typis Congregationis de Propaganda ſimiliter imprimi

Quid in Congregatione pro corrigendo Miſſali Coptorum.

Digitized by Google

mi debebat, examinandum, corrigendumque proponeretur. Cum igitur diverſa dubia propoſita eſſent, unum fuit: *An & quomodo emendanda ſint verba, quibus Sacerdos commemorationem facit de Patriarcha, Epiſcopo, Regibus &c.* quod occaſionem præbuit rurſus eadem de re differendi, nempe de commemoratione Romani Pontificis. Retuli igitur ad Eminentiſſimos Patres, quid triennio ante reſcriptum fuerat pro Officio Græcorum: inſuper omnem diligentiam me adhibuiſſe, ut decreta hac ſuper re ex Archivo Sancti Officii aſſequerer, ſed reſponſum eſt nulla, ut etiam in præſenti accidit, in eo reperiri: In Archivo autem Congregationis de Propaganda Fide reperiſſe me dixi hujuſmodi decretum, quod ad quæſtionem propoſitam nonnihil pertinere videtur.

In Congregatione Generali Sancti Officii die 7. Junii 1673.

Utrum in Miſſa poſſit nominare Sacerdos in Oppido Liburni Patriarcham Armenorum pro ipſo orando, qui eſt ſchiſmaticus, quod inſtanter petunt ſibi concedi, ut per hoc Natio magis, & majori erga Latinos alliciatur affectu.

Sacra Congregatio reſpondit: non poſſe, & omninò prohibeatur.

In eadem Congregatione 20. Junii 1674.

Lectis Literis R. P. D. Nuncii Florentiæ datis x. Aprilis 1674. ſcriptis Sacræ Congregationi de Propaganda, & ab eadem remiſſis ad Sacram Congregationem Sancti Officii, decretum fuit, quod reſcribatur eidem Nuncio, ut quoad permiſſionem orandi in Liturgia pro Patriarcha Armenorum Sacra Con-

gre-

gregatio ſtetit in decretis emanatis die xj. Januarii 1673. *videlicet non poſſe, & omnino prohibeatur.*

His autem aliiſque auditis, & maturè expenſis Congregatio, quæ dicta die & anno habita eſt, reſcripſit: *Initio Miſſalis ponantur Rubricæ, quibus admoneatur, & inſtruatur Sacerdos de iis, quæ ſpectant ad celebrationem Miſſæ, & inter illas Rubrica ſpecialis de commemoratione Romani Pontificis, nec non Patriarchæ, & Epiſcopi, ſi ſint uniti Romanæ Eccleſiæ, ſin minus eorum commemoratio omittatur, quæ Rubrica proprio loco breviter repetatur.*

7. Cum autem poſt plures annos elapſos Patriarcha Melchitarum ſupplicaſſet Sacræ Congregationi de Propaganda Fide, ut Miſſale ſuæ nationis Græco-Arabicum imprimeretur expurgatum ſchiſmaticorum erroribus; in Congregatione, quæ habita eſt 2. Januarii anno 1740. expoſui Congregationi, quæ obſervata fuerant in eo recenſendo, quæque videbantur emendatione indigere: inter cætera autem, quod in eodem Miſſali fiebat commemoratio Patriarcharum ſchiſmaticorum, non autem Romani Pontificis, & legebantur ſupplicationes pro Principibus ſchiſmate a Catholica communione ſeparatis. Itaque Congregatio reſcripſit: *Quoad elogia Patriarcharum, & commemorationem Romani Pontificis ſerventur decreta aliàs facta pro Miſſali Coptorum, & inſuper in commemorationibus expreſſè addatur in textu Græco, & verſione Arabica nomen Romani Pontificis. Nomen autem Principis Vallachiæ, aliorumque Schiſmaticorum, & præfatio epiſtolæ nuncupatoriæ, aliaque, quæ ad ſacram Liturgiam minimè pertinent, deleantur.*

Quid demum reſponſum eſt pro corrigendo Miſſali Melchitarum anno 1740.

Digitized by Google

Libellus oblatus a Melchitis contra Congregationis reſcriptum.

8. Contra autem hujuſmodi Congregationis decretum ſupplex libellus oblatus eſt pro natione Melchitarum, quo Sacerdotes Melchitæ conabantur oſtendere, imprimi minimè debere in Liturgia nomen Romani Pontificis.

Primò, quia de Catholicorum incolumitate ac ſalute in partibus Orientalibus actum eſſet, & proclamatum, ſi Turcæ, aut ſchiſmatici probare poſſent, eos ſequaces eſſe Romani Pontificis, cum idem ſit ac rebelles eſſe a Turcarum Imperatore: ſi autem in Liturgia adſcribatur nomen Romani Pontificis, ſchiſmatici ſtatim in promptu haberent, quo oſtenderent, eos Pontifici adhærere, neque id Catholici inficiari, ac celare poſſent.

Secundò, quia Cyrillus ſecundus Melchitarum Patriarcha, cum reſciviſſent Turcæ in Liturgia Græco-Araba impreſſam fuiſſe orationem, quæ in Principes Chriſtianos conveniebat, coactus eſt, ut ſaluti ſuæ, ſuorumque Catholicorum conſuleret, non ſolùm quatuor millia aureorum ſolvere, ſed inſuper curare, ut ſine illa oratione rurſus imprimeretur Liturgia.

Tertiò, quia ſi Hieremia Patriarcha Conſtantinopolitanus, a ſchiſmaticis accuſatus, quod ſequax eſſet Romani Pontificis, damnatus eſt tanquam rebellis pœna capitis; ſi Cyrillus tertius in præſentiarum Patriarcha Antiochenus cogitur exul a Patria, & Patriarchatu per quindecim & amplius annos vivere in Monte Libani, ob id ſolùm, quod Anti-Patriarcha Silveſter eum accuſat, quod Romano Pontifici adhæreat, licet id nunquam Turcis probare potuerit, adeo ut Sedes Apoſtolica ex hac cauſa

Digitized by Google

cauſa ab tranſmittendo ei pallio abſtinuerit; quid foret, ſi criminationem probare poſſet, exhibendo Turcis nomen Romani Pontificis in Liturgia?

Quartò, quia ſi nomen Romani Pontificis, cum Eccleſia Græca unita erat Latinæ, & Imperium Orientale a Principibus Catholicis regebatur, nominabatur quidem in Miſſa, ſed ſcriptum non legebatur in Liturgia; quomodo id nunc exigi poteſt a miſeris Catholicis, qui nunc degunt ſub jugo, ac tyrannide Turcarum, & a ſchiſmaticis internecino odio quotidie vexantur?

Quintò, quia ſi Sedes Apoſtolica, etſi de Articulo Fidei agatur, nempe de Proceſſione Spiritus Sancti a Patre & Filio, nihilominus non aſtringit Græcos ad pronunciandam in Symbolo additionem illam *Filioque*, quomodo fieri poteſt, ut Sedes Apoſtolica in re multo minoris momenti Melchitas Græci Ritus obliget, ut nomen Romani Pontificis non ſolùm in Miſſa nominent, ſed inſuper impreſſum habeant in ſuo Miſſali non ſolùm periculo ipſorum vitæ, ſed etiam ſubverſionis totius Religionis Catholicæ in illis regionibus? Hæc in ſupplici eorum libello linguâ Italicâ ſcripto expoſita fuerunt pro Melchitis, quibus plura reſpondere & reponere non difficile mihi foret, ſi opus eſſet; ſed facile in mentem ex iis, quæ huc uſque dicta ſunt, cuique venient; itaque libenter omitto, ne Eminentiſſimos Patres, & Conſultores morer longiori ſermone. Habita igitur Congregatione 16. Aprilis anno 1741., in ea lecto *primum eodem ſupplici libello Melchitarum, Eminentiſſimi Patres mature expenſis gravibus, & evidentibus periculis, quibus*

Congregatio, auditis Melchitarũ precibus, quid reſcripſerit.

bus obnoxii fierent, & exponerentur Melchitæ Catholici, ſi a Schiſmaticis in eorum Miſſali impreſſum legeretur nomen Romani Pontificis; tum etiam conſiderato, quod ipſi commemorationem Romani Pontificis facere ſolent, licet in eorum Miſſali non legatur, & quod juxta morem Eccleſiæ Orientalis, ut refert Arcudius, non tenentur minores Sacerdotes facere commemorationem Romani Pontificis, ſed ſatis eſt, ut faciant ſui Epiſcopi, Epiſcopus verò Archiepiſcopi, ſeu Patriarchæ, ſi ſit unitus, iſte verò Romani Pontificis; inſpecto præterea vetuſtiſſimo more Eccleſiæ Catholicæ, quod nominà eorum, quorum commemoratio facienda erat, & conſequenter etiam Ramani Pontificis, non erant deſcripta in Sacra Liturgia, ſed in Diptychis ſeparatim adnotata; & quod nomen Romani Pontificis neque etiam nunc in Miſſali Græcorum impreſſo legitur, licet ejus commemoratio a Græcis unitis fiat. His igitur omnibus diligenter conſideratis, & perpenſis, cenſuerunt in caſu, de quo agitur, quadam Eccleſiaſtica œconomia, ſeu indulgentia, & diſpenſatione uti oportere reſcribendo: Recedendum a deciſis quoad nomen Romani Pontificis, & ſolùm in Rubrica, quæ præponi ſolet, admoneantur Sacerdotes Melchitæ, ut faciant debitas commemorationes juxta morem, ac Ritum Eccleſiæ Catholicæ Orientalis: & pariter cenſuerunt recedendum a deciſis quoad Titulos, qui tribuuntur Patriarchæ. Hæc quidem ſunt, quæ ut juſſibus Eminentiſſimorum Patrum obſequerer, exponenda cenſui. Nunc erit eorum prudentiæ, auditis etiam Conſultoribus, de re propoſita deliberare, & quid reſpondendum ſit, decernere.

Sed priuſquam ſcribendi finem faciam, aliquid

Digitized by Google

quid dicam de commemoratione Imperatorum eorumque exercitus, & Palatii, quæ eodem loco in Græca Liturgia concepta extat in hunc modum Ἔτι προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην λατρείαν ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης . . . . ὑπὲρ τῶν πιστοτάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν Βασιλέων, παντὸς τοῦ Παλατίου, καὶ τοῦ στρατοπέδου αὐτῶν. δὸς αὐτοῖς Κύριε εἰρηνικὸν τὸ Βασίλειον, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ γαλήνῃ αὐτῶν ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ, καὶ σεμνότητι. *Etiam offerimus tibi rationale hoc obſequium pro orbe terrarum . . . . pro fideliſſimis, & Chriſti amantiſſimis noſtris Imperatoribus, toto palatio, & caſtris eorum. Da eis Domine regnum pacificum, ut nos quoque in ipſorum pace tranquillam, & quietam vitam agamus in omni pietate, & honeſtate.* Inter alia enim dubia propoſita in Congregatione, quæ habita eſt die 21. Februarii exeuntis anni, etiam illud ad Eminentiſſimos Patres a me relatum eſt: *Num addendæ ſint preces pro Imperatore, Rege, & omni ejus Palatio, & Exercitu, cum in omnibus impreſſis Euchologiis ante Leontii correctionem, & in manuſcriptis omnibus reperiantur; id autem ex S. Pauli ad Timoth. 2. ſententia: Obſecro primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt.* Ad quod reſponſum eſt: *Nihil addendum, ſed in examine Diptychorum de eodem dubio, ſeu quæſtione habebitur ratio.*

An in Liturgia retinenda ſit oratio oblationis pro Imperatoribus, eorumque exercitu, & Palatio.

Cum autem hac eadem de re, quæ nunc in dubitationem venit, in Congregatione, quæ olim adunata fuit pro ejuſdem Euchologii emendatione die prima Martii 1637. Urbano VIII. Pontifice, dubium propoſitum fuerit, reſcribere placuit in hunc

Quid hac de re reſponſum eſt tempore fa. me. Urbani VIII.

Digitized by Google

hunc modum: *quia viſum fuit Patribus habere multam difficultatem, remiſſum eſt ad ſequentem Congregationem, in qua videndum erit, quare in iſtis Orationibus fuerit omiſſum nomen Imperatoris, & cæterorum, de quibus in dubio, cum tamen de illis in Diptychis fiat commemoratio.* In ſequenti autem Congregatione habita die 15. Martii eodem anno 1637. iterum eodem dubio propoſito, *Congregatio negativam ſententiam amplectens, dixit ſufficere preces, quæ pro prædictis fiunt in Diptychis*, Undecim ab hinc annis, & amplius cum recenſeretur juſſu hujus Congregationis Miſſale Coptorum, quod correctum & mendis, atque erroribus expurgatum typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide imprimi debebat, ut poſtea factum eſt, inter reliqua dubia, quæ adnotata fuerunt, & a me Congregationi, ut definirentur, propoſita, unum fuit de commemoratione, quæ pro Regibus fit in Liturgia Coptica Sancti Baſilii his verbis: *Reges Orthodoxos, Duces &c. omni pace exorna &c.* & alibi hoc modo: *pro Rege Ægypti &c.* Nomine autem Regum Orthodoxorum, & Regis Ægypti a Coptis, qui Reges intelligantur, monui Congregationem, in notis ad eamdem Liturgiam Sancti Baſilii ab eruditiſſimo Renaudotio exponi his verbis: *Cum igitur pro Orthodoxis Regibus orationes reperiuntur inter Jacobitarum Ægyptiorum officia, duo deſignantur, Rex Æthyopiæ, & Rex Nubiæ, qui ab eo fermè tempore, quo Mahumetani Ægyptum ſubegerunt, ad Jacobiticam ſectam translati, in ea huc uſque perſeverarunt. Ambo quippè Sedi Alexandrinæ Jacobiticæ ſubjecti eam Matrem agnoſcunt, nec aliundè Me-*

Quid cum correctum eſt Miſſale Coptorum.

Metropolitas, aut Epiſcopos accipiunt. Quocirca Orthodoxorum Regum titulus illis tribuitur ab auctoribus hiſtoriæ Patriarchalis Abuſelah Armeno, & aliis. Congregatio autem, quæ die 12. menſis Septembris anno 1734. convenit, reſcripſit: *Quoad Orationem pro Regibus nihil innovandum.* Ratio autem, qua mota eſt Congregatio, hæc fuit: quia nomine Orthodoxorum & Regis Ægypti, quemcumque Schiſmatici intelligant, certè Catholici nullos alios Reges deſignare, & indicare volunt, quâm verè Orthodoxos, & Catholicos, & qui in Communione Catholica, ut ipſi, cum Romana Eccleſia vivunt. Et quidem Pater Goar & eruditione, & peritia rerum Eccleſiaſticarum, præſertim, quæ ad Græcos pertinent, eximius, verba faciens de precibus, quæ a Græcis fiunt pro Imperatoribus, eorum Palatio, & Exercitu, de quibus in præſenti quæſtio eſt: *Verum quidem eſt*, inquit, *me, iiſdem in Eccleſia Orientali recitari auditis; num pro Turcis, quos Dominos agnoſcunt, orarent Græci, a duobus propemodum ſæculis ſuis Principibus orbati, inquiſiviſſe: prudenterque reſponſum eſt, ſe ſolos ut piiſſimos, & a Deo cuſtoditos Reges, Principes Noſtros Chriſtianos profiteri, & quos dominos expoſtulant, fide jam & religione Rectores, dominoſque in Eccleſiis prædicare, & pro eis ſolis imprætermiſſè, etiam libris editis preces ſupprimentibus, orare velle.*

Goar in notis ad Euchol. Græcorum pag. 38.

11. At verò quid, ſi Græci nomine Imperatorum ſuorum intelligerent Imperatores Turcarum quorum dominio ſeu Tyrannidi ſubjecti in eorum ditione vitam agunt? Certe dubitari etiam poſſet; an id liceret. Siquidem pro Imperatoribus Gentilibus

An pro Gentilibus, & non baptizatis ſacrificium offerre liceat.

libus primorum ſæculorum Chriſtianos orare, ac ſacrificium offerre conſueviſſe, teſtatur Tertullianus: *Sacrificamus*, inquit, *pro ſalute Imperatoris, ſed Deo noſtro, & ipſius, ſed quomodo præcepit Deus.* Et in Apologetico: *Precantes ſumus pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, Imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, Orbem quietum, & quæcumque hominis, & Cæſaris vota ſunt.* Quæ utique preces convenire, & congruere videntur cum illis, quæ in Euchologio Græcorum leguntur. Ita etiam Sanctus Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus Æmiliano Præfecto pro Tribunali interroganti, in eamdem ſententiam reſpondit: *Nos quidem unum Deum omnium rerum opificem, qui Valeriano, & Gallieno Sacratiſſimis Auguſtis Imperium tradidit, colimus & adoramus, huic continuas preces offerimus pro Imperio illorum, ut ſtabile, & inconcuſſum permaneat.* His autem adjungi poſſunt Juſtinus Martyr, Arnobius, aliique plures, qui eadem de re teſtimonium perhibent.

Tertull. ad Scap. cap. 2.

Apud Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 11.

Juſtinus in Apologia 2. Arnob. lib. 4. contra gentes.

12. Diſputant ſanè inter ſe Theologi, an liceat Sacrificium Euchariſticum offerre non ſolum pro Catechumenis, ſed etiam pro Gentilibus. Et alii cenſent non ſolùm indirecte, ſed etiam directe, & expreſſe pro Infidelibus ſacrificium facere, vetitum non eſſe. Et præter auctoritatem Apoſtolicarum Conſtitutionum, Chryſoſtomi, Auguſtini, aliorumque veterum Patrum, utuntur etiam ad id probandum hujuſmodi rationibus, & argumentis. Quemadmodum Sacrificium Crucis pro omnibus hominibus etiam infidelibus oblatum eſt,

ita

ita etiam & ſacrificium Altaris offerri poſſe videtur; quia ſicut illud fuit univerſale, quod attinet ad ſufficientiam noſtræ Redemptionis; ita & hoc eſſe debet ſuo modo univerſale, quod attinet ad efficaciam, & ad applicationem fructus Sacrificii Crucis per modum ſaltem impetrationis. Alii autem contrariam ſententiam ſequuntur. Admittunt quidem pro Infidelibus, ſive Gentilibus, ſive Judæis in Miſſa orari poſſe, non autem pro ipſis ſacrificium offerri; quia effecti non ſunt membra Chriſti per baptiſmum, ac proinde minime capaces fructus hujus ſacrificii, quod ſacrificium ſimul eſt & Sacramentum, ideo ajebat Auguſtinus: *Quis enim offerat Corpus Chriſti, niſi pro eis, qui ſunt membra Chriſti? . . . . Nemo fit membrum Chriſti niſi aut baptiſmate in Chriſto, aut morte pro Chriſto.* *Aug. lib. 1. de Anima, & ejus origine cap. 9. ante med.* Accedit inſuper antiquus Romanæ Eccleſiæ mos & conſuetudo; nunquam enim permiſſum eſt in Eccleſia Latina pro non baptizatis, ſive Gentilibus, ſive Judæis, ſive Turcis Sacrificium offerre, ſed ſolùm feria VI. in Paraſceve ex antiquiſſimo inſtituto ſolet Eccleſia pro illis publicè orare, neque ullo alio die id fieri publicè permittit, neque ad orandum in Miſsâ ulla alia ſolemnis oratio pro aliis diebus in Romano Miſſali, ſeu Liturgiâ Latinâ reperitur. Præterea etiamſi publicè pro illis orare liceret, non inde tamen benè inferri poſſet, quod etiam permiſſum eſſet offerre ſacrificium. Et verba illa Tertulliani *ſacrificamus* intelligi poſſunt de ſacrificio orationis, ſeu precum, quas, emphaſi Africana, dictione illa *ſacrificamus*, expreſſit, & huic interpretationi favere videntur cæteri antiqui Scri-

Digitized by Google

ptores, qui mentionem faciunt de orationibus, quæ pro Ethnicis Imperatoribus a primis illis Chriſtianis fieri conſueverunt. Doctiſſimus Cardinalis Bellarminus hanc ſibi quæſtionem proponit, cui reſpondet: *Exiſtimo, licere, modo Rex ille non ſit excommunicatus, ut ſunt Reges hæretici; ſed Paganus, ſive Ethnicus.* Huic alteram ſubjicit, quæ eſt hujuſmodi: *Utrum liceat hoc tempore ſacrificium offerre pro hæreticorum, ſive infidelium aliorum converſione? ratio dubitandi eſt, quia tota Liturgia latinæ Eccleſiæ, quæ nunc eſt in uſu, refertur ad fideles, ut patet ex precibus oblationis tum extra, tum intra Canonem.* Reſpondet autem piiſſimus Cardinalis: *Exiſtimo id licere, modo nihil addatur ad Miſſam; ſed ſolum per intentionem Sacerdotis applicetur Sacrificium converſioni infidelium, ſive hæreticorum; id enim multi faciunt viri pii & docti, quos reprehendere non poſſumus, neque extat expreſſa Eccleſiæ prohibitio. Tutiſſimum tamen eſt, quod alii faciunt, qui intentionem ſuam ita moderantur, ut directe intendant offerre pro augmento, unitate, & pace illius Eccleſiæ, quæ inter hæreticos, vel ethnicos converſatur; qui enim ita offerunt, eumdem habent effectum, quem ſuperiores. Non enim poteſt augeri, & uniri, ac pacificari Eccleſia in illis locis, niſi convertantur infideles, aut hæretici; & ſimul horum intentio conformior eſt Eccleſiaſtico Ritui, quàm ſuperiorum.* Sed videri poterunt Dominicus Sotus, Gabriel Vaſquez, Gaſpar Juvenin, aliique plures Theologi, qui ea de re fusè lateque tractarunt.

Romæ ſexto Kalendas Februarii anno 1746.

N. Antonellus a Secretis ejuſdem Congregationis.

IV.

Digitized by Google

I V.

Ad pag. 161. in notis.
Ex Cod. Baſil. Lateran. ſign. lit. C. pag. 310. v.

Menſe Decembri die VII.

PASSIO *

SANCTI SAVINI

EPISCOPI, ET MARTYRIS.

MAXIMIANO Auguſto quinto decimo Kalendas *Magiarum* in circo Maximo miſſo ſexto *Veneto* [a] vincente, pars major populi *clamavit dicens* [b]: Chriſtiani tollantur, & *voluntas conſtet* [c]. Dictum eſt duodecies. Per capur Auguſti, Chriſtiani non ſint. Spectantes verò Hermogenianum Præfectum urbis, item *clamatum eſt* [d] decies: Sic *Auguſte tu* [e] vincas, voces noſtras a Præfecto *inquire* [f]. Tunc Her mogenianus Præfectus urbis intimavit voces Paganorum *Auguſto* [g]. Eodem tempore Auguſtus Maximianus juſſit, ut in Capitolio omnes convenirent, & *conventum*

Anno Chriſti 303.

a Venetos *in act. apud Balut.*
b clamabant dicentes
c voluptas conſtat
d clamaverunt
e Auguſtus
f exquire
g *deeſt in act. Balut.*

* De actis Martyrii S. Sabini Epiſcopi videri poſſunt Cardinalis Baronius *in Annal. ad ann.* 301. *n.* 18., Ughellus *Ital. Sac. Tom. I de Epiſc. Spolet.*, Balutius *Miſcell. tom.* 2. *pag.* 47. *&* 463. *ex quo varias lectiones ſumptas in margine hic adſcripſi.*

Digitized by Google

eſt *factum* [a] in *Capitolio* [b] decimo Kalendas *Majas*. *Hic* [c] adloquitur Auguſtus ad populum dicens: *Religioſitas temporum noſtrorum exigit* [d], ut intimatione veſtra *vobis petitio concedatur* [e]. Tamen, Patres conſcripti, *concedamus* [f] facultatem, ut *ubi* [g] inventi fuerint Chriſtiani, teneantur a Præfecto noſtro urbis [h]. Et [i] diſceſſerunt omnes *clamantes* [k]: Auguſte tu vincas, & cum Diis floreas.

Quo audito, venit quidam ad Præfectum urbis Hermogenianum, dicens [l]: Eſt quidam Epiſcopus, qui cotidie conventicula cum Chriſtianis facit, & libros exponit, ſeducens populum. Cumque hæc audiſſet Hermogenianus Præfectus urbis, continuò renuntiavit [m] Auguſto Maximiano [n]. Tunc Maximianus Auguſtus gaudio repletus [o] auctoritatem juſſit dirigi ad quemdam Venuſtianum Auguſtalem Thuſciæ dicens: *Victor Maximianus Auguſtus Triumphator Imperator Parenti Venuſtiano Auguſtali Thuſciæ* * Suggeſtionem patris noſtri Hermogeniani Præfecti urbis apud nos claruiſſe cognoſce, quia juſta petitio occultari non debet, ut ſeculum noſtrum, *noſtra promulgatione lætetur* [p]. Ideoque commonemus, ut ubicunque Chriſtiani *auditi fuerint vacuam* [q] ſuperſtitionem colentes, aut ſacrificare cogantur Diis, aut certè pœnis intereant, facultatibuſque nudati, *Fiſci juribus applicentur*. *Vale, Parens ca-*

a conventus eſt factus
b capitolium
c Innumerabilis vero multitudo populi advenit. Hoc itaque
d Viri cœtus & religioſi temporum noſtrorum, dignum nobis videtur
e religio temporum noſtrorum augeatur
f concedam
g ubicumque
h vel ab officio ejus, & ſacrificent Diis.
i ſtatim
k una voce clamantes
l ei
m hæc
n dicens ei: Eſt quidem Epiſcopus, qui removet populum, ne ſacrificent Diis noſtris.
o hanc
* *Deſunt in actis apud Baluz.*
p noſtraque promulgatio non lædatur.
q nomen auditum fuerit

Digitized by Google

cariſſime [a]. Data pridie Kalendas Majas.

Eodem tempore Venuſtianus Auguſtalis Thuſciæ cœpit curiosè *requirere* [b], ſi alicubi occultum Chriſtianum inveniret. *divulgatus eſt autem ei Savinus* [c] Epiſcopus vir eloquentiſſimus, & *elimato* [d] ſermone clarus in omnibus *inſtitutionibus eruditus* [e]. Mittens ergo milites, tenuit eum in Civitate Aſiſinati, & in eodem loco cuſtodiæ mancipavit cum duobus Diaconibus ſuis, id eſt, *Marcellum*, *& Exuperantium*, *& multos Clericos* [f]. *Veniens autem poſt dies octo introivit Spoletum*. Alia autem die venit Aſiſium *Venuſtianus*, *&* [g] juſſit ſibi tribunal *præparari* in Foro. Tunc oblatus eſt ei Savinus Epiſcopus cum duobus Diaconibus ſuis. Quem ita aggreditur [h], dicens [i]: Deſigna nobis nomen tuum. Dicit ei Epiſcopus: Peccator Savinus [k]. Dicit ei Venuſtianus [l]: Servus es, aut liber? Savinus Epiſcopus dixit: Servus ſum Chriſti, liberatus a *Diabolo* [m]. Venuſtianus [n] dixit: Quo honore fungeris? Savinus Epiſcopus dixit: Nos peccatores fungimur *non merito, officio ſanctitatis* Epiſcopatus [o]. Venuſtianus [p] dixit: Hi duo quo honore funguntur? Savinus Epiſcopus dixit: Diacones mei ſunt. Venuſtianus [q] dixit: Quæ tibi auctotitas præſtat munimen, ut doctrinas occultè facias, & doceas populum, ut derelinquat deos, & ſequatur hominem mortuum? Savinus Epiſcopus dixit: Tamen

a eadem Fiſco cum tributis adplicandæ ſocientur. Vale, Pater.
b quærere
c & de vulgatis eſt ei Savianus
d delimato
e divinis inſtructionibus gratia Domini Jeſu Chriſti repletus.
f Marcello, & Exuperantio, & multis Clericis cum eis. Alia die
g Poſtera vero die juſſit ſibi Venuſtianus vir clariſſimus tribunal parari in medio foro. Et ita factum eſt. Tunc
h Venuſtianus
i ei
k vocor, gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti repletus.
l Vir clariſſimus Auguſtalis Thuſciæ ad S. Savinum Epiſcopum.
m Diaboli ſervitute.
n Vir clariſſimus Auguſtalis Thuſciæ.
o non meriti officio fungimur nomine Epiſcopatus.
p Vir clariſſimus Auguſtalis Thuſciæ.
q Vir clariſſimus dixit contra Savinum Epiſcopum.

men eſt in cognitione tua, quia mortuus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus? Venuſtianus [a] dixit: Et verè occiſus eſt, & ſepultus. Savinus Epiſcopus dixit Quia tertia die reſurrexit non ſcis? quod tamen integrè cognoſcere *debuiſti* [b]? Venuſtianus [c] dixit: Elige tibi de duobus unum, aut ſacrifica Diis & vive, aut tormentis, quibus dignus es, necaberis; & reſurge, ſicut Dominus tuus Chriſtus. *Reſpondit* [d] Savinus Epiſcopus [e]: Ego deſidero necari, & mori, ut reſurgam, ſicut Dominus meus Jeſus Chriſtus.

Venuſtianus [f] dixit: Conſule tibi, & pollicere te diis ſacrificare, & *vives* [g]. Savinus Epiſcopus dixit: Si cognoſceres veritatem, non blaſphemiam proferres ex ore tuo, ſed humiliares te Deo Patri omnipotenti, & Chriſto Jeſu Filio ejus, & Spiritui Sancto, qui mortem captivavit, & vitam *mundo* donavit [h]. *Dic tu* mihi ſi juſtum eſt, ut derelinquam Creatorem Cœli, & Terræ, & adorem [i] *lapides, & æramenta, aurum, & argentum, vel ligna?*

Venuſtianus [k] dixit: Ergo non ſunt Dii Gubernatores Reipublicæ? Savinus Epiſcopus dixit: Non ſunt dii, ſed ſunt dœmones, qui deſtruunt Rempublicam veſtram; ſed, ut ſcias, quia nihil boni eſt colere Dœmonia, deferatur hùc Deus, *quem colis*. Tunc Venuſtianus [l] *juſſit adduci Deum ſuum*, quem habebat in cubiculum ſuum,

a Vir clariſſimus

b debes

c Vir clariſſimus

d Reſpondens vero

e dixit: Et ego hoc

f Vir clariſſimus

g vive

h qui pedibus mare ambulavit, & qui ei imperavit, & ceſſavit ab ira ſua; qui credentes in ſe reſuſcitabit in die magno, & terribili adventus ſui. Dicito mihi

i ligna, & lapides, & æramenta, aurum vel argentum, ſimulacra muta, & ſurda, quæ nec ſibi auxiliantur, nec aliis, ſed potius eos, qui illis credunt, in perditionem mittunt. Simulacra dœmonia ſunt vana, & ſurda muta & ſine ſenſu.

k Vir clariſſimus

l Vir clariſſimus, Deum ſuum,

Digitized by Google

ſuum [a], & *deferri* in medio, quia erat mira facturæ in lapide *coralli* [b], & veſtimenta ejus deaurata erant. Qui cum adductus fuiſſet cum lampadibus, & vociferationibus [c], Venuſtianus [d] dixit: Ecce *propitiatores* [e] noſtri. Tunc ſubridens Sanctus Savinus Epiſcopus dixit: O vana inſtantia, ut dimittatur Deus Creator omnium, & colatur lapis ſordidiſſimus! Venuſtianus dixit: Ergo non ſunt Dii? Savinus Epiſcopus dixit: Non. Sed ut *cognoſcas* [f], quia non ſunt Dii, dimitte me facere, quod volo, & modo *videbis* [g]. Venuſtianus dixit: Si præſumis, fac, quod vis. Tunc Beatus Savinus Epiſcopus accepto Jove in manibus ſuis, oratione facta, continuò eliſit in pavimento, & confregit Deum Jovem.

Hoc videns Venuſtianus *Auguſtalis Tuſciæ percuſſit* [h] frontem ſuam *iratus* dicens: *Peribimus, & Reſpublica obſcurata eſt. Et juſſit cum furore, ut manus ejus præciderentur in conſpectu ſuo. Et ipſe vociferans clamabat dicens*: Sacrilegum Savinum, qui pertinacia ſua *comminuit* [i] Deum noſtrum Jovem, omnibus præſentibus, *manus ejus* truncari præcipio. Eadem hora precisæ ſunt ei ambæ manus. Et cum hoc factum fuiſſet, cœperunt Marcellus, & Exuperantius diutiſſime timere [K]. *Tunc* Beatus Savinus Epiſcopus, manibus præciſis, cœpit confortare Diacones ſuos [l]. Exuperantius autem, & Marcellus, accepta fiducia cœ-

a ubicumque manſiſſet; juſſit adduci
b coralite Jovis
c in manibus
d Vir clariſſimus
e propitiator
f ſcias
g vides
h Vir clariſſimus tutudit cum furore
i confregit
K & trepidare Diaconi Sancti Savini. Eadem vero hora
l Exuperantium, & Marcellinum dicens eis: Filii cariſſimi & fratres mei, nolite timere minas Dia-

Digitized by Google

boli, ſed confidite in Domino Jeſu Chriſto, qui fidelibus ſuis dat coronam, & vitam æternam.
a una voce pariter
b Vir clariſſimus eadem hora
c Jovis
d cis
e certè
f animo & corde, &
g terrorem inimici.
h nos ipſos
i aliud
k reſpondere
l in his, quæ
m jam Diabolo locum non damus, nec obedimus ei, quia fallax eſt, & non dabit vitam, ſed mortem.
n vir clariſſimus
o qui
p cum
q dicentes
r bone
ſ cum diu
t Vir clariſſimus
u clamantes dixerunt:
x Vir clariſſimus Auguſtalis Tuſciæ
y renovabo.

cœperunt clamare [a] dicentes: Pereant dii dœmoniorum, & lætetur cor quærentium Dominum.

Tunc Venuſtianus [b] collegit fragmenta Dei ſui [c] in linteaminibus, & collocavit in capſa argentea, & miſit in domum ſuam, & iracundia plenus juſſit in conſpectu ſuo Marcellum, & Exuperantium in equuleo ſuſpendi, præſente Sancto Savino Epiſcopo, dicens [d]: Sacrificate Diis, aut [e] pœnis interibitis. Reſpondens autem Sanctus Savinus *Epiſcopus*, dixit ad Diacones ſuos: Filii *cariſſimi* conſtantes eſtote [f], nolite timere [g]. Reſpondit Marcellus, & dixit: Nos ſemel [h] obtulimus Deo ſacrificium; *quia* [i] quid *reſpondeamus* [k] non habemus, niſi ut peccatis *noſtris* ignoſcat Deus, quia *quod* [l] patimur [m], *ſecundum peccata noſtra patimur*. Venuſtianus [n] *Conſularis* dixit: Macerate fuſtibus *ambos* in conſpectu Savini, *quia* [o] manibus pollutis confregit Deum Jovem. Et *dum* [p] diù cæderentur, clamabant vocibus magnis [q]: Gloria tibi Domine [r] Jeſu *Chriſte*, quia meruimus introire in requiem tuam. Et [ſ] *dum* clamarent ambo pariter, dicit ad eos Venuſtianus [t] Auguſtalis Thuſciæ: Jam deponite mentes ſacrilegas, & adorate Deos, ut non pereatis. Illi autem [u] *clamabant dicentes*: Nos in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti renovati ſumus. Venuſtianus [x] dixit: Modò vos ego [y] *renovo*. Et juſſit, ut unguibus *rade-*

Digitized by Google

vaderent [a] latera eorum, *& igne ſupponi*, *qui, dum diu ignem ad latera eorum* ponerent, ſubitò ambo ſpiraverunt, quorum corpora *jactaverunt* [b] in *fluvio*. [c] Savinum verò Epiſcopum [d] *truncum* in carcerem [e] *recluſerunt*. Audiens [f] *hoc* quidam piſcator, & Presbyter collegerunt corpora Sanctorum Martyrum Exuperantii, & Marcelli, & ſepelierunt eos juxta viam ſub die pridie Kalendarum Juniarum.

Poſt dies autem ſex audiens hæc quædam Matrona nomine Serena [g] vidua annis triginta & uno [h], veniebat nocte ad Sanctum Savinum *Epiſcopum*, & curam ei faciens, pedeſque ejus [i] *amplectens oſculabatur*. *Et* colligens manus Beati Savini in domum ſuam *duxit* [k], dolio vitreo, cum aromatibus [l] *condidit*; quas die noctuque tangens, *ſuper* [m] oculos ſuos ponebat.

Ipſo tempore adduxit ad Sanctum Savinum Epiſcopum Serena cæcum Nepotem ſuum, quem unicè diligebat, in quo Medici omnem artem [n] exercuerant, & non [o] *potuerunt* eum curare. Præſentato autem Sancto Savino Epiſcopo, dixit ad eum Serena: Domine meus, per Chriſtum te conjuro, in quem [p] *credo*, ut ponas ulnas tuas ſuper hunc famulum tuum, & ores [q] *Dominum creatorem* cœli, & terræ [r]; & credo, quia illuminabitur. Tunc Sanctus Savinus Epiſcopus poſuit truncos ſuos ſuper oculos cæci [s], lacrymis [t] *rigavit dicens*: Domine

a raderentur
b præcepit jactari
c fluvium
d truncatum
e mancipavit
f vero
g de civitate Spoletana, quæ erat
h Chriſtianiſſima, & timens Deum orationibus, jejuniis, & eleemoſynis vacans, hæc
i amplexabatur, & oſculabatur eos. Hæc
k collocavit eas in
l condivit
m in
n medicinæ
o poterant
p tu credis, & ego in ejus virtutem credo
q Deum
r creatorem omnium
ſ & cœpit cum
t dicere

Digitized by Google

mine Deus omnium [a] *rerum*, fac [b] *voluntates bonas* ſperantibus in te. Et genu flexo [c] dicebat: Domine Deus, propitius eſto mihi peccatori, te [d] *invocamus*, qui lumen es verum, illumina ſperantes in te, quia nos non ſumus digni, qui relicti ſumus in peccatis [e], *nos in te ſperantes* ſervi tui. Illumina tenebras noſtras [f] *per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui tecum vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum*. Et cum reſpondiſſent *omnes*, Amen, poſuit Sanctus Savinus truncos ſuos ſuper oculos cæci [g], & *ait*: Qui aperuit mare, & induxit Iſrael per medium ejus: Ipſe introducat lumen in oculos tuos, ut cognoſcant omnes gentes, quia ipſe eſt [h] inviſibilium creator. Tunc aperti ſunt oculi Priſciani nepotis Serenæ. *Videntes* [i] *autem* omnes, qui erant in cuſtodia [K], miſerunt ſe ad pedes Sancti Savini [l] *Epiſcopi, ut baptizarentur*, & baptizati ſunt eodem die numero undecim. Hoc autem factum non potuit [m] *celari*, quia cæcus illuminatus fuiſſet [n].

Poſt dies verò triginta *duo* [o] indoluerunt oculi [p] Venuſtiani nimio dolore, & *nulla ratione* nec cibum, nec ſomnum potuit percipere, itaut nullus Medicorum ejus dolorem mitigare [q] potuiſſet. *Eo* [r] *tempore* [ſ] nuntiatum eſt *Venuſtiano*, quod Sanctus Savinus cæcum illuminaſſet; miſit uxorem ſuam, & duos filios, & cum grandi gloria rogavit Sanctum Savinum *venire*

ad

a creator, & miſericors
b voluntatem tuam bonam
c cum fletu hoc
d invocanti
e noſtris. In te ſperant
f quia tu es lumen veritatis, & vitæ. Et tu dixiſti Domine: quæcumque petieritis in nomine meo, accipietis per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & Spiritum Sanctum, qui tecum vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum.
g dicens: Aperiat tibi oculos.
h Creator omnium viſibilium, & inviſibilium, quia ipſe eſt, qui nato cæco oculos aperuit.
i Et viderunt
K mirabilia Dei, quæ per Sanctum Savinum Epiſcopum Dominus Jeſus Chriſtus fecit, &
l & rogantes dicebant Sancto Savino Epiſcopo, ut baptizaret eos,
m occultari,
n per Sanctum Savinum Epiſcopum
o & tres
p Venuſtiano Viro clariſſimo Præſidi Thuſciæ, & præ
q non
r eodem
ſ Venuſtiano Viro clariſſimo Præſidi Thuſciæ

Digitized by Google

ad ſe. At ubi dictum eſt Sancto Savino Epiſcopo in carcere, dixit: Gloria tibi Domine, quia dignaris me vocari inter ſervos tuos; & perrexit ad domum Venuſtiani. Tunc levaverunt Venuſtianum in manibus, & projecerunt eum ante pedes Sancti Savini Epiſcopi. Quem ut vidit, [a] *lacrymatus eſt*, & dixit voce clara: Illuminet te Chriſtus, qui cæcum natum illuminavit. Reſpondit Venuſtianus cum Uxore, & Filiis [b] *dicens*: Peccavimus in mundo iſto, Reſpondit Sanctus Savinus, & dixit: [c] *Crede, & pœnitentiam age. Verumtamen* deferantur hùc fragmenta ſimulacri. Et [d] *protinus allata ſunt fragmenta in conſpectu Savini, qui* juſſit comminui, & projici in fluvio.

a Sanctus Savinus Epiſcopus lacrymabiliter

b cum fletu, & dicebant:

c Si credis ex toto corde tuo, & pœnitentiam agis, omnia miniſtrabūtur credenti.

d ſtatim, ut imperavit Sanctus Savinus adducta ſunt ante conſpectum ejus. quæ cum vidiſſet, omnia

Urgebatur autem Venuſtianus doloribus. Dicit ei Sanctus Savinus: Credis ex toto corde tuo? Reſpondit Venuſtianus, & dixit: Ego credo; ſed peccatum meum, quod in te exercui, ipſum mihi cruciatum *oſtendit* [e]. Reſpondit Sanctus Savinus *Epiſcopus*: Mea delicta hoc [f] fecerunt. Tu verò innocens monſtraberis. Et hoc *ita* te commoneo, ut pœnitearis, & credas in Dominum *noſtrum* Jeſum Chriſtum, & baptiſmum percipias, & ſalvus eris, & vitam æternam [g] *frueris*. *Reſpondit* Venuſtianus *dicens*: Baptiza me in nomine Domini *noſtri* Jeſu Chriſti, ut promiſſa percipiam tua. Tunc Sanctus Savinus Epiſcopus genibus poſitis oravit, & manibus abſciſſis catechizavit

e oſtendis

f mihi

g conſequeris. Venuſtianus Vir clariſſimus dixit:

Digitized by Google

zavit eum cum uxore, & filiis, & accepta aqua, baptizavit eos dicens: Credis in Deum Patrem omnipotentem, [a] *& in Jeſum Chriſtum filium ejus, & Spiritum Sanctum, qui te illuminet in vitam æternam per ipſum, qui venturus eſt judicare vivos, & mortuos, & omne ſæculum per ignem, in remiſſionem peccatorum, & carnis reſurrectionem?* Venuſtianus *dixit*: Credo *Dei Filium* Chriſtum, qui me illuminet.

Eadem hora [b] *allevato de* pelve, aperti ſunt oculi [c] *ejus*, itaut nullum dolorem poſt baptiſmum [d] *ſentiret*. Tenens pedes Sancti Savini *Venuſtianus* lacrymis [e] *rigabat* dicens: Ora *Patrem* Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut dimittat mihi, [f] *quæ* in te exercui. Reſpondit Sanctus Savinus [g] *Epiſcopus*: Ego, fili, propter infelicitatem peccatorum meorum omnia [h] pertuli. Tu enim nihil [i] peccaſti [k].

Hoc autem nuntiatum eſt Maximiano Auguſto, quia Venuſtianus baptizatus [l] *fuiſſet*. Et iratus miſit Tribunum ſuum, & [m] *ſubſcriptionem* ſimul; [n] *qua* præcepit damnari Sanctum Savinum, & Venuſtianum capite truncari [o]. Veniens autem Lucius Tribunus, ſine auditione ipſum Venuſtianum Auguſtalem Thuſciæ cum uxore, & filiis capite truncavit in Civitate Aſiſinate, (quorum corpora abſconſa ſunt a Chriſtianis, [p] *quæ nunquam reperiri* potuerunt.)

a Reſpondit Venuſtianus: Credo. Et in Chriſto Jeſu Filio ejus? Reſpondit: Credo. Et in Spiritu Sancto? Reſpondit Venuſtianus: Credo. Et in eum, qui paſſus eſt, & reſurrexit? Reſpondit Venuſtianus: Credo. Et in eum, qui aſcendit in Cœlos, & iterum venturus eſt judicare vivos, & mortuos, & ſæculum per ignem? Dixit: Credo. Et in adventu ipſius, & Regnum ejus in remiſſionem peccatorum, & carnis reſurrectionem? Venuſtianus reſpondit: Credo in Chriſtum Dei Filium, qui me illuminet.

b levatus a

c Venuſtiani

d pateretur

e rigavit

f quod

g & dixit ei:

h hæc

i in me

K Et habitaverunt ſimul.

l eſt

m ſcriptionem

n &

o juſſit

p quorum quidem corpora nuſquam potuerunt invenire,

Eo-

Eodem tempore tenuit Sanctum Savinum Epiſcopum, & adduxit *ad* Civitatem Spolitinam, & ſine auditione tamdiu *cum cædi plumbatis*, præcepit [a] quouſque deficeret. *Et* cùm cæderetur, emiſit ſpiritum. Cujus corpus collegit quædam Matrona nomine Serena, quæ jam manus ejus antea collegerat, & junxit manus cum corpore, & ſepellivit eum miliario plus minùs ſecundo a Civitate Spolitina, ſub die ſeptimo Idus Decembris [b]. (*Ubi præſtantur beneficia Sanctorum uſque in hodiernum diem.*)

a cædi

b In quo loco exuberant beneficia Domini, & Salvatoris noſtri JeſuChriſti: cæci illuminantur, infirmi ſanantur, Dæmones effugantur ad laudem, & honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſemper fidelibus ſuis dat palmam victoriæ, cui eſt imperium, honor, & regnum in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pri-

Digitized by Google

Ad pag. 277. in notis.

Ex Cod. Biblioth. Vallicel.

V.

* Pridie Kalendas Octobris.

S. HIERONYMI PRESBYTERI.

ANTIPHONA.

Os juſti meditabitur.

PSALMUS.

Noli æmulari.

ORATIO.

Eccleſiam tuam, Domine, quæſumus pia miſeratione cuſtodi; & quam Beatiſſimus Confeſſor tuus & Sacerdos Hieronymus a cunctis te auxiliante purgavit hæreſibus, ipſius orationibus non deſinas mentes omnium [a] adjuvari. Per.

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ.

Beatus homo, qui invenit ſapientiam, & qui affluit [b] prudentiam. Melior eſt adquiſitio ejus negotiatione argenti & auri primi, & puriſſimi: fructus ejus prætioſior eſt cunctis opibus; & omnia, quæ deſiderantur, huic non valent comparari. Longitudo dierum, in dextera ejus; & ſiniſtra illius, divitiæ, & gloria. Viæ ejus, viæ pulchræ; & omnes

a Legendum videtur: Adjuvare.

b Leg. prudentia.

* Ex antiquiſſimo Miſſali manuſcripto membranaceo Bibliothecæ Vallicellanæ ex Gelaſiano, & Gregoriano compoſito ſignato olim lit. B. num. VIII. nunc lit. E. num. 15. fol 297. & ſeqq. de quo Eminentiſſimus Cardinalis Thomaſius in Præfatione ad Codices Sacramentorum.

Digitized by Google

& omnes ſemitæ illius, pacificæ. Lignum vitæ, eſt his, qui adprehenderint eam: & qui tenuerit eam, Beatus. Dominus ſapientia fundavit terram; ſtabilivit Cœlos prudentia: Sapientia illius, eruperunt abyſſi; & nubes rore concreſcunt.

GRADUALE.

Os juſti meditabitur ſapientiam.

EVANGELIUM.

In illo tempore: Dixit Dominus Jeſus diſcipulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ.

OFFERTORIUM.

In virtute tua, Domine.

SECRETA.

[a] Interveniat preces, & obtentu orationis Beati Hieronymi Sacerdotis, & Confeſſoris tui, Domine, his muneribus oblatis benedictionem effunde de Cœlis; quo ex eis ſumentes, & ab omnibus careamus [b], & cœleſtibus repleamur eduliis. [a] *Leg. vid.* Interventu precis. [b] *aliquid deeſſe videtur*.

COMMUNIO.

Magna eſt gloria ejus.

AD COMPLENDUM.

Repleti ſumus, Domine, muneribus tuis, quæ de feſtivitate Beati Sacerdotis tui Hieronymi percepimus: tribue quæſumus, ut ejus mundemur effectu, & muniamur auxilio. Per.

SER-

Digitized by Google

Ad pag. 307. in not.

Ex Cod. Bibliot. Vatic. 1271. pag. 218.

VI.

SERMO

*IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

AD Dedicationem Eccleſiæ, dilectiſſimi, piæ devotionis Vos fervor attraxit, & Sancti Spiritus gratia veſtris infuſa pectoribus incitavit: Sed neceſſe eſt, ut quod a Nobis hic ſolemniter agitur, ſimplicioribus quibuſque Fratribus, ac minus peritis vel breviter exponatur. Hoc enim inter Synagogam, & Eccleſiam diſtat, quia Synagoga congregatio, Eccleſia verò convocatio nuncupatur, ſicut congregari & bruta animalia poſſunt; convocari ad ea ſpecialiter per-

* Sermo iſte ſumptus eſt ex Bibliothecæ Vaticanæ Codice 1271. pag. 218., in quo continentur diverſi Sermones, & Homiliæ pro totius anni circulo. Codex ſcriptus videtur ſæculo duodecimo, vel decimo tertio ineunte. Sermoni autem nullius Auctoris nomen præfigitur; ſed eum pertinere ad Sanctum Petrum Damiani, nulla eſſe poteſt dubitatio, cum ejus pars in Codicibus manuſcriptis inter opera ejuſdem Sanctiſſimi Epiſcopi Cardinalis a Conſtantino Cajetano reperta, & edita ſit, ego vero cum integrum nactus ſim, in publicum hoc loco emittam. Nam dignus eſt, ut in lucem edatur; non ſolum ob beatiſſimi Auctoris Sanctitatem, egregiamque, prout ætas illa ferebat, ſcientiam, & eloquentiam; ſed etiam, quia in eo continetur egregia ſacrorum Dedicationis Eccleſiæ rituum expoſitio. Quæ autem hujus Sermonis inter opera Sanctiſſimi Patris a Conſtantino Cajetano, ut dixi, typis Romæ vulgata ſunt, charactere, quem vulgo curſivum vocant, expreſſa erunt: cætera vero charactere vulgo rotundo imprimuntur.

Oper. S. Petri Damiani Tom. II. Ser. IV. in Dedic. Eccl. p. 206.

pertinet, quæ ratione ſubnixa ſunt. Ne ſint ergo quilibet ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus, ea, quæ geruntur extrinſecus, ratione comprehendant, & ordinem myſticæ diſpoſitionis prudenter intelligant, ne deluſum arbitrentur, vel frivolum, quod Divinæ virtutis eſt Sacramentum. His enim, qui myſterii ſunt ſpiritualis ignari, quodammodo ludus, ac puerilis videtur ineptia, quod ſupernæ ſapientiæ redolet diſciplinam; Unde dicit Apoſtolus: *Verbum enim Crucis pereuntibus quidem* 1. Cor. 1. 18.
ſtultitia eſt; iis autem, qui ſalvi ſiunt, ideſt nobis, virtus Dei eſt. Age igitur, quod trino circuitu ſanctificatam ſparſimus aquam, in nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, oſtendimus, hanc Nos dedicare Baſilicam. Et quoniam Iſraelitico Populo per deſerta gradienti prima temptatio fuit aquæ penuria, cumque amaras reperiſſent aquas, eaſque ſe non poſſe bibere murmurarent; oſtendit Dominus Moyſi lignum, quod cum ille in aquas miſiſſet, in dulcedinem verſæ ſunt. Quod nimirum, ut velociter tranſcurramus, nil aliud eſt, quâm quia lex veteris Inſtrumenti, quæ amara videbatur, dum carnaliter ſervarent, per lignum Crucis verſa eſt in dulcedinem intelligentiæ ſpiritualis. Aqua ergo iſta, quam ſparſimus, quia Sanctificationem in ſe per ſignaculum Sanctæ Crucis accepit, amaritudinis antiquæ diſpendium nova ſpiritualiter gratiæ dulcedine compenſavit. Quod enim huic pavimento elementa tam græcæ, quàm latinæ locutionis impreſſimus, hoc deſignatum eſt, quod hæc Baſilica domus eſt Orationis, & prædicationis effecta, & a cunctis tam nugarum ſæcularium confabulationibus

Digitized by Google

aliena, pro quo patenter annuitur, quia Templo pectoris Noſtri nihil aliud, quàm Divina lex debet inſcribi. Hinc eſt, quod Apoſtolus ait: *Epiſtola*
II.Cor.III.2. *noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus manifeſtati, quod epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi, non in tabulis*
Jerem. XXXI. 33. *lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus*. Per Jeremiam quoque dicitur: *poſt dies illos dicit Dominus: dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum*. Quamobrem, & hæc Baſilica, quæ noſtri cordis arcana deſignat, nihil aliud quodammodo, quàm liber eſt Dei, cœleſtibus mandatis inſcriptus, armarium Divinæ legis, & Schola Studii ſpiritualiter ut ſit amodo, quod ſcriptum
Joſ. XV. 16. eſt vera *Cariathe Sepher*. Unde Vos dilectiſſimi cum ad Eccleſiam convenitis, tanquam ad alterutrum, atque vicarium Dei colloquium invitati, unuſquiſque veſtrum nil aliud conferat, nil tractare præſumat, niſi vel audiat Deum, vel ipſe loquatur ad Deum. Deum ſiquidem ille veraciter audit, qui dumtaxat his, quæ in Eccleſia leguntur, attendit. Ad Deum verò loquitur, qui vel precibus, vel Divinis laudibus immoratur. Et oh quàm præclarum, quàm dulce ſpectaculum, ubi alternum verſatur in medio Dei Omnipotentis, hominumque colloquium! Jam verò, quod ſepties Baſilicæ hujus Altare luſtravimus, ab antiquo Joſue Filii Nave traditione ſumus inſtructi, qui videlicet Urbem Jericho, concrepantibus tubarum clangoribus, & Sacerdotibus Arcam Dei ferentibus, ſepties circui-

vit,

Digitized by Google

vit, & ſic victoriam everſæ Civitatis obtinuit. Ait enim Dominus ſicut Scriptura teſtatur: *Circuite Urbem bellatores cuncti ſemel per diem: Sic facietis ſex diebus: Septima autem die Sacerdotes tollant ſeptem buccinas, quarum uſus eſt in Jubilæo, & præcedant Arcam fœderis, ſeptieſque circuibitis Civitatem, & Sacerdotes clangent buccinis, cumque inſonuerit vox tubæ longior, atque conciſior, & in auribus veſtris increpuerit, conclamabit, omnis Populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent Civitatis.* Jericho planè, ſicut notum eſt in Lunam vertitur, per quam videlicet Lunam modò creſcentem, modò deficientem hujus Mundi varietas deſignat: Per Arcam verò Sancta figuratur Eccleſia. Ad Excidium ergo illius Jericho non ſagittarum grando promitur; non enſis educitur; non denique tela vibrantur; ſed tantùm Arca Domini, tubis æreis clangentibus, ſepties circumfertur, & ſic everſa funditus mænia ſubruuntur. Sicut ergo ſeptem diebus Arca Domini tubis concrepantibus circumvergitur, & illicò Urbis Jericho mænia diruuntur; ſic nimirum in omni tempore, quod dierum viciſſitudine volvitur, dum fertur Arca Domini; ideſt dum toto Terrarum Orbe circumiens dilatatur Eccleſia ad voces prædicantium, quaſi ad ſonitus, clangoremque tubarum elati quilibet, atque ſublimes a ſuæ celſitudinis ſuperbia corruunt, & omnia contradictionis, atque infidelitatis obſtacula deſtruuntur. Sacerdotes ergo bajulantes Arcam æreis concrepant tubis, dum Sancti Prædicatores Eccleſiæ doctrinam intonant veritatis, & ſic Jericho funditus everſa deſtruitur, dum Mundus hic a ſui vi-

Joſ. VI. 3.

gore faſtigii corruens ſub triumphantis, veri Jeſu pedibus inclinatur, donec in fine operum, ſicut te-
I. Cor. XV. 26. 28. ſtatur Apoſtolus: *inimica deſtruetur mors &c. ut ſit Deus omnia in omnibus*. Quod autem hujus Altaris lapidem Oleo Sancto, vel Chriſmate delibuimus, iſtius Sacramenti Patriarcha Jacob auctor agnoſcitur, de quo nimirum his verbis hiſtoriæ Scriptura
Gen. XXVIII. 18. teſtatur: *Surgens ergo mane Jacob tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum fundens oleum deſuper, appellavitque nomen Urbis Bethel*, quod eſt procul dubio domus Dei. Quis planè neſciat, quia lapis ille Chriſtum ſignificaverit, qui oleo lætitiæ unctus eſt præ conſortibus ſuis? unde & Chriſtus meritò dicitur, ideſt *Unctus*, utpotè Sancti Spiritus inundatione perfuſus. Quod utique non ad ſolam ejus perſonam ſpeciali jure congruere, ſed ad totam univerſalem Eccleſiam, quæ corpus ejus eſt, cognoſcitur pertinere. Omnes enim, qui vera fidei dignitate potimur, Chriſto connectimur regali Sacerdotio? Sacerdotes ſcilicet ſumus, dum Sancti Spiritus Oleum in regeneratione ſuſcipimus: Reges verò, quia vexillum in
I. Pet. II. 9. fronte portamus. Unde & Petrus: *Vos*, inquit, *genus electum, regale Sacerdotium*: & Joannes ait:
Apoc. V. 10. *feciſti nos Deo noſtro regnum & Sacerdotes: & regnabimus ſuper terram*. Nec illud ignorandum eſt, quia ſicut Altaris menſa cæteris lapidibus ſuperponitur, in qua ſalutaris oblatio coram Divinis obtutibus immoletur; ita Redemptor Noſter electis omnibus tanquam vivis lapidibus ſupereminet, & tanquam caput inferioribus membris inhæret. Hinc eſt, quod de eodem ſuo Capite Sancta glo-

ria-

Digitized by Google

riatur Eccleſia dicens: *Nunc autem exaltavit Caput meum ſuper inimicos meos*. Hæc autem Menſa in lege veteri Propitiatorium vocatur, & de Chriſto per Joannem dicitur: *quia ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris*. Huic ergo Menſæ devotionis noſtræ ſacrificium ſuperponimus, cum actus noſtros Dominicæ Incarnationis fide ſolidamus, quia in eadem lege præcipitur: *Non facietis vobis Deos aureos, vel argenteos &c. Altare de terra facietis mihi*. Ideo Sacroſanctum Corpus Chriſti dedicandis Altaribus ex more recondimus, ut ſuper Dominicæ Incarnationis fidem nos offerre Deo Sacrificium deſignemus. Porro autem ſicut in Arca fœderis tria quædam recondita legimus, ideſt lapideas tabulas, urnam auream, in qua erat manna, & Virga Aaron, quæ fronduerat: Ita nunc Sanctis Altaribus Corpus Dominicum, odorem thuris, & Sanctorum Reliquias inferimus. Ut autem hæc tam profunda myſteria, quæ vitandi cauſa faſtidii non exponimus, ſaltem breviſſimè perſtringamus. Sancta Eccleſia, quam Arca illa tunc ſignificabat, lapidearum in ſe tabularum exprimit ſpeciem, dum utriuſque Teſtamenti perpetuam poſſidet firmitatem. Per auream verò urnam ſplendida Chriſti deſignatur humanitas, pura ſcilicet atque ſincera, nec non a cunctis omninò culparum ſqualloribus aliena, in qua eſt & manna, hoc eſt Divinitatis dulcedo melliflua. Poſtremo per Virgam Aaron, quæ fronduerat, illud Summi Pontificis Noſtri, qui *verè* * *eſt mons fortitudinis*, *innuitur ſalutare vexillum, ideſt Crux, quæ immortali memoriæ* [a] *viret ſemper, floret, atque fructificat in mentibus Electorum*. Per

Pſal. XXVI. 6.
I. Joan. II. 2.
Exod. XX. 23. 24.

* quæ ſequuntur, extant int. op. S. Petri Dam.

[a] memoria Cod. Vatic.

Per hoc autem, quod in Sacris Altaribus Dominico Corpori [a] *Sanctorum Reliquiæ ſociantur: unitum Redemptori ſuo Sanctæ Eccleſiæ Corpus oſtenditur, & quaſi Sponſus cum Sponſa in Sancti Altaris thalamo collocatur. Et quia in Apocalypſi ſub Altari Dei viſæ Sanctorum Martyrum animæ referuntur, aptiſſimè congruit, ut etiam apud nos ſub Aræ viſibilis menſa eorum patrocinia recondantur. Præterea ſicut in Se-*
Joan. XIX. *pulchro Redemptoris Myrra, & Aloë miſſa ſunt, ita & hìc Thus apponitur, per quod ejuſdem Domini mortificatio figuratur, ſicut ipſe dicit*: quotieſcum-
I. Cor. XI. 26. que manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. *Dignum eſt ergo, ut in Altari, ſuper quod Corpus Dominicum jugiter immolatur, mors ejus etiam per rerum inviſibilium enygmata nuntietur. Parietibus quoque Baſilicæ per circuitum duodecim de Sancto Chriſmate ſigna Crucis imprimimus, totidemque Candelas affigimus, ut eam Sancti Spiritus pinguedine delibutam, & ex Apoſtolorum doctrinis divini-*

---

a De particulis Sacramenti Euchariſtiæ, quæ una cum Reliquiis Sanctorum, & granis Thuris in Dedicationibus Eccleſiarum collocabantur ſub Altari, talia habentur in Ordine Romano edito ab Hittorpio: *Extenſo Velo inter eas, & populum, recondat eas ipſas Reliquias Pontifex manu ſua in loco Altaris cavendo &c. & antequam recludantur, ponat Chriſma intus in confeſſionem per angulos quatuor in Crucem, ita dicendo &c. Deinde ponat tres portiones Corporis Domini intus in confeſſionem, & tres de incenſo, & recludantur Reliquiæ intus in Confeſſione.* Plura autem de hujuſmodi Ritu reponendi Euchariſticum Sacramentum cum Reliquiis in Sacro Altari legi poſſunt *apud Menardum in not. & obſervat. ad Sacrament. Gregor. num.* 580. *Et apud Edmund. Martenum de antiqu. Eccleſ. Ritib. tom 2. lib. 2. cap. xiij. num. xj.*, qui fusè, atque eruditè ea de re diſſeruerunt.

Melch. Hittorp. de Divin. Officiis pag. 131.

vinitus illuſtratam, his ſignis viſibilibus oſtendamus; ſunt etiam alia nonnulla, Fratres mei, quæ in Eccleſiarum Conſecrationibus certi cauſa myſterii rationabiliter adhibemus, ſicut eſt Vinum, Hyſſopum, Sal, Cinerem, pulvereum fragmen rubei lapidis, quæ videlicet omnia idcirco per ordinem vobis exponere, cur adhibeantur, omittimus, ne charitatem veſtram prolixis ſermonibus oneremus. Quæ tamen breviter perſtringendo tranſcurrimus, ut tenuem ſaltem uberius [a] *intelligendi lineam producamus* [b]. *Porrò ſicut aqua, vetus Teſtamentum, ſic & Vinum ſignificat Evangelium, quod Dominus tunc expreſſit, cum aquam in vinum in nuptiali conſtitutus ſolemnitate mutavit. Et ſicut liquores illi ſimul in Conſecratione miſcentur Eccleſiæ, ſic procul dubio dignum eſt, ut utraque lex jugiter noſtro verſetur in corde. Sal etiam ſimul immittitur, ut inſipidus veteris legis ſapor Evangelicæ intelligentiæ Sale conditus eſſe doceatur. Unde cum cives Jericho aqua illius terræ conquererentur amaras, ait Eliſeus:* Afferte mihi vas novum, & mittite in illud Sal. *Quod cum obtuliſſent, egreſſus ad fontes aquarum, miſit in eum Sal, & ait:* Hæc dicit Dominus, ſanavi aquas has, & non erit in eis ultra mors, neque ſterilitas. Sanatæ ſunt ergo aquæ uſque ad diem hanc, juxta verbum Eliſei, quod locutus eſt? *per quod* [c] *deſignatur, quod amara veteris legis aqua per ſpiritualem Evangelii intellectum erat in dulcedinem convertenda. Hyſſopus autem, qui pectoris arcana purificat, fidem deſignat, de qua nimirum dicit Apoſtolus:* Fide purificans corda eorum. *In cinere autem ſignificatur humilitas, per quam ſcilicet Abraham Deo colloquens ait:*

a uberilis intelligentia in Cod.

b perducamus.

Joan. II.

IV. Reg. II. 20.

Ibid. 21.

c utique

Act. XV. 19.

Gen. XVIII. 27. *ait* : Loquar ad Dominum meum, cum ſim pulvis, & cinis? *Per ſpeciem verò rubei fragminis fervor innuitur Charitatis. Hinc eſt, quod Adam dicitur Terra rubra; videlicet ut in vocabulo primi hominis homo diſcat, quatenus quia terra eſt, humiliter vivat: & quia ruber dicitur, a fervore charitatis geminæ non tepeſcat. Quæ ſcilicet omnia idcirco in Dedicatione Eccleſiæ viſibiliter admiſcentur, ut nos eorum myſticum intellectum in mente noſtra recondere doceamur. Et quia nos utique ſumus Eccleſia, per viſibiles ſpecies, atque corporeas myſticè deſignatur, quæ ſpiritualium virtutum nobis ineſſe debeant Sacramenta. Hæc interim vos noſſe ſufficiat, ut per hæc, quæ dicimus, valeatis & illa conjicere, quæ tacemus. Videtis præterea, dilectiſſimi, quia Baſilica hæc conſtat lapidibus, & cæmento: quod ſi parietis machina in alta ſe ſubrigens ſolis lapididus coacervatur, & calcis ac ſabuli glutinæ non aſtringitur, ad violentiæ cujuslibet impetum, quidquid conſtructum eſt, neceſſe eſt, ut ſubruatur. Quid eſt autem Templum Dei, niſi Populus Dei? Lapides, niſi homines? Quid cæmentum, niſi tenax coagulum Charitatis? unde dicit Apoſtolus:*

Coloſſ. III. 14. Charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. *Sicut ergo muralis machina ſine cæmento conſtructa, perflantibus ventis, evertitur, ita boni operis ædificium ad quemlibet tenptationis impetum citò conlabitur, ſi fraternæ Charitatis coagulo non tenetur. Ut ergo, dilectiſſimi, ſancti operis noſtri ſtructura permaneat, Spiritus Dei vos in fraternæ charitatis compage connectat. Non enim omnes, qui Chriſtianum videntur habere vocabulum, pervenire merentur ad Chriſtum: neque omnes, qui habent Eccle-*

Digitized by Google

Eccleſiæ ſocietatem ad Eccleſiaſtici corporis pertinent veraciter unitatem. Tabernaculum nempe fœderis, quod Chriſti tunc præfigurabat Eccleſiam Beſeleel Filius Uri de Tribu Juda, & Ooliab Filius Achiſamech de Tribu Dan pariter conſtruxerunt. Sed cuncti liquido novimus, quia de Tribu Juda natus eſt Chriſtus, de Tribu verò Dan naſciturus eſt Antichriſtus; ſic ex utriuſque nunc membris univerſalis conſtat Eccleſia, ſed ſola charitate diſcernitur, qui ſcilicet ad Chriſtum, qui ad Antichriſtum meritò pertinere credatur. Unde & Beſeleel dicitur: ut umbra Dei, *quia quiſquis Chriſtum veraciter ſequitur, umbra Sancti Spiritus, ex quo ille in Virginis utero conceptus eſt, ab æſtu deſideriorum carnalium temperatur. Ooliab interpretatur Protectio* [a] *mea Pater: quoniam Antichriſtus cum ſuis utique* [b] *membris patrum ſuorum, hoc eſt veterum* [c] *Judæorum ſe teſtimonio protegit, dum legalia mandata juxta literam ſervat, & ea ſecundum illorum traditionem carnaliter obſervanda mendaciter dogmatizat. Ecce dilectiſſimi Tabernaculum Dei nunc communis frequentiæ ſocietate conſtruimus, & Templum Dei corporali præſentia ſufficienter implemus; imo & ipſi Templum Dei per novæ regenerationis gratiam effecti ſumus. Templum enim Dei Sanctum eſt, (dicit Apoſtolus) quod* eſtis vos, & Spiritus Dei habitat in vobis. *Ubi terribile eſt, quod præſtò ſubjungitur:* Si quis Templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. *Templum ſanè, ideſt materialis quælibet, ac terrena Baſilica, aliquando pulvere, vel levi quacumque ſorde polluitur, aliquando per effuſionem ſanguinis, vel certè per admiſſum aliquod grave facinus violatur: Sed cum ſolus ſe nimius pulvis exagerat,*

[a] Protectionis Pater. Cod.
[b] utriſque
[c] utroque

vel tenuis quædam pollutio pavimenti munditiam fœdat, levi ramuſculo [a]*, quod injectum eſt, ſcopitur, & ſic ad priorem munditiam, quod fœdatum eſt, revocatur. At ſi vel homicidii, vel graviſſimi, quod abſit, ſceleris contaminatione reſpergitur, denuò per Summi Sacerdotis officium neceſſe eſt, inſtauretur. Nos certè in die Sacri Baptiſmatis per ſanctificationem Spiritus Dei Templum ſumus effecti. Quod ſi vel otioſi ſermonis, vel exigui cujuſquam reatus attaminatione contingimur, facilè eſt, ut levis pœnitentiæ ſatisfactione purgemur. At ſi gravis culpæ lepram nos incurriſſe contigerit, adeunda eſt protinus Mater Eccleſia, ſupplicandus eſt Pontifex, ut animæ noſtræ Templum, quod violatum, atque deſtructum immani ſcelere cernitur, per Sacerdotalis auctoritatis officium, ac ſatisfactionis dignæ remedium, noviter inſtauretur. Nec dubium, quin illa Templi ſpiritualis inſtauratio, quæ per viſibilis Sacerdotis exhibetur officium, per Divinæ virtutis, atque potentiæ intrinſecus impleatur effectum, & Chriſtus Jeſus, qui verus Rex eſt, & Sacerdos, quod collapſum in homine, vel deſtructum maligni ſpiritus arte conſiderat, per plenioris gratiæ largitatem in melius renovat* [b]*, ac reformat. Quod etiam Templi Hieruſalem inſtauratio tunc illa ſignaverat* [c]*, quæ per Zorobabel Filium, Salatiel Ducem, videlicet Juda, & Jeſum Filium Joſedech Sacerdotem Magnum facta fuiſſe legitur ſub Dario Rege Perſarum. Sicut enim tunc Nabuchodonoſor Rex Babylonis Templum Hieruſalem Populum captivando deſtruxerat; ſic nequitiæ ſpiritus, qui poſſeſſor eſt intimæ confuſionis, humanam animam a ſua ſæpe libertate captivat, & ſic Templum Dei perverſæ con-*

a *quod in lutum eſt, ſcopatur*, Cod.

b *revocat*, Cod.

c *ſignificaverat*,

concupiſcentiæ ſorde contaminat; & ſicut per Zorobabel, atque Jeſum, Regiam videlicet, Sacerdotalemque Perſonam tunc inſtauratum eſt Templum; ſic hominis anima, furore antiqui hoſtis impellente, collapſa, & per ejus aſtutiam turpiter violata ex virtute Redemptoris noſtri, qui ex utraque ſtirpe deſcendit, erigitur, & non ſolùm in id, quod fuerat, ſed & in amplioris gratiæ plenitudine reformatur. Unde & per Aggæum Prophetam de lapideo illo Templo dictum eſt: Magna erit gloria domus iſtius noviſſimæ, Agg. II. 10. pluſquam primæ, & in loco iſto dabo pacem, dicit Dominus Deus exercituum. *Tunc Sacerdos ille Pontificum, & Rex Regum Templum ſuum perpetuò poſſeſſurus ingreditur; & illud non ſolùm a perpetrati ſceleris contaminatione purificat, ſed etiam gloria continue deinceps inhabitationis illuſtrat. Sicut per eumdem Prophetam dicitur:* Et veniet deſideratus Ibid. 8. cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum. *Hortamur itaque dilectiſſimi, & ſanctæ devotionis* [a] *veſtræ prudentiam ſalubriter admonemus, ut ſi Templum pectoris veſtri cognoſcitis, vel antiqui hoſtis arte corruptum, vel etiam perpetrati graviſſima cujuſquam ſceleris attaminatione pollutum, illum adite Pontificem, qui reſtaurationis, & totius humanæ ſalutis principaliter obtinet poteſtatem. De mentis veſtræ cubiculo pravæ concupiſcentiæ ſordes abjicite, furoris, & iracundiæ ſtimulos per patientiæ manſuetudinem mitigate; petulantis luxuriæ virus expellite; ſupernæ contemplationis intuitu vanarum cogitationum caliginem dimovete. Sicque procul abjectis omnium ſordibus vitiorum ſuccedant ſpiritualium ornamenta virtutum. Quibus*

[a] *dilectionis*

ſuaviter delectatus omnipotens Deus, illud in vobis conſtruat domicilium, in quo ſit ipſe ſummitas, ſimul & fundamentum. Summitas quidem, ſicut ſcriptum eſt: Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. *Fundamentum verò ſicut dicitur*: fundamentum autem nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, Chriſtum Jeſum, *non ergo ſit mens veſtra dilectiſſimi Apotheca mercium*[a]: *non cupiditatis ærarium: non arca bellatorum: quidquid enim ſedulò*[b] *verſas in conſcientia, hoc idem & ipſe*[c] *es in æſtimatione Divina. Omne ſiquidem noſtrum ſive boni, ſive mali deſiderium coram Divino conſpectu in noſtra cernitur mente depictum. Porro ſi in te flamma libidinis æſtuat, mens tua domus eſt fornicationis, non domus orationis. Si fomes ineſt livoris, & odii, non domicilium pacis, ſed campus videtur eſſe certaminis. Sit ergo mens noſtra non obſcænæ luxuriæ clibanus, non paſſionum ſentina carnalium, non denique volutabrum vitiorum: Sed ſit cum Dei Omnipotentis auxilio ſpiritualium Aula virtutum: Quam ipſe ſupernus dignetur habitator inviſere, atque in Templo dicati ſibi pectoris habitare, ſicut per Prophetam promittit, dicens*: inambulabo in illis, & inhabitabo, & ero illorum Deus, *qui vivit, & regnat in Trinitate perfecta unus, & verus Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.*

a *meretricium*, Cod.
b *ſeduli verſatur*
c *ipſum eſt*

SER-

VII.

SERMO IN DEDICATIONE *HUJUS ECCLESIÆ* SALVATORIS.

Ad pag. 307. in not.

Ex Cod. Baſilic. Later. ſign. lit. A. pag. 229.

CONSECRATIONES [a] Altarium, & Eccleſiarum ſecundum Ritum, quem nunc Romana tenet Eccleſia, Silveſter Papa Primus fieri inſtituit. Fuiſſe tamen ab ipſis Apoſtolorum temporibus loca Deo dicata, quæ a quibuſdam Oratoria, a quibuſdam verò Eccleſiæ appellabantur; ubi collectæ fierent per unam Sabbati, & in quibus Populus Chriſtianus ad audiendum verbum Dei, & ad percipiendum Dominici Corporis, & Sanguinis Sacramentum convenirent; & Apoſtolorum edocemur Epiſtolis, & Sanctorum Patrum inſtituimur geſtis; quæ licet [b] ſalibus exorciza-

a Ex hoc ſermone lectiones ſumptæ ſunt, paucis mutatis, quæ extant in Breviario Romano die IX. Novembris in feſto Dedicationis Baſilicæ Salvatoris, tum etiam nonnulla, quæ de Magno Conſtantino Imperatore leguntur in Lectionibus in eodem Breviario aſſignatis die XVIII. ejuſdem menſis pro feſto Dedicationis Baſilicæ Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ut conferenti manifeſtum erit.

b Hoc eſt aqua ſale conſperſa, & Sacerdotali benedictione ſanctificata, de cujus antiquiſſimo uſu Eminentiſſimus Baronius in Annalibus ad ann. 132. in princip., Eminentiſſimus Bona Rer. Liturgic lib. I. cap. XX. §.5. Edmundus Marten. de Antiq. Eccleſ. ritib. Tom. II. lib. II. cap. 13. & 15. & alii plurimi.

Digitized by Google

cizabantur, non tamen Chriſmate ungebantur, nec Altare ſtabat lapideum adhuc erectum in Titulum, in figura Domini Noſtri Jeſu Chriſti Criſmate delibutum, qui eſt Altare noſtrum, & Sacerdos, & Hoſtia. Poſtquam verò Conſtantinus, qui Monarchiam tenebat Imperii, a Beato Silveſtro Baptiſmi meruit purificari Sacramento, tunc primum lege ab ipſo promulgata conceſſum eſt omnibus ſub Romano Imperio degentibus licite Eccleſias fabricare, & ad id faciendum ſuo alios ut hortaretur exemplo, in proprio Lateranenſi Palatio Eccleſiam in honorem Salvatoris mundi fabricavit, & Baſilicam appenditiam juxta in honorem S. Joannis Baptiſtæ in balneo caloris ſui in loco, in quo baptizatus a lepra meruit mundari. Quam etiam præfatus Papa publice conſecravit 5. Idus Novembris, & eſt illa uſque hodie celeberrima feſtivitas Romæ, in qua prima Eccleſia publicè conſecrata eſt: Et Imago Salvatoris depicta parietibus primum viſibilis omni populo Romano apparuit. Conſecravit autem & idem Ven. Papa Eccleſiam Apoſtolorum Principis in quartodecimo Kalendas Decembris, quam etiam piiſſimus Imperator a fundamentis ædificavit, & ex cujus apertura fundamenti ipſemet propriis humeris duodecim cophinos ex tellure fundamenti confertos in honorem duodecim Apoſtolorum aſportavit; in qua, & ſuper corpus Apoſtoli Altare erexit lapideum, & Criſmate perunctum ſecundum morem, quem poſteris tradidit obſervandum, benedixit, ac conſecravit. In Lateranenſi verò prima Eccleſia Altare non erexit lapideum, ſed ſtabilivit ligneum, & hoc qua-

quare? quia credo aliquibus profuturum, breviter, ſi potero, enodabo. Ab Epiſcopatu Apoſtolorum Principis, uſque ad Sancti Silveſtri feliciſſima tempora, ſæviente perſecutorum rabie, certa non erat Epiſcopalis ſtatio, ſed ubicumque neceſſitas impulerat, ſive in cryptis, ſive in cœmeteriis, ſive in domibus Religioſorum virorum, vel mulierum, ſeu in fabricis, ſecundum quod ſuperius diximus, Deo dicatis Miſſam celebrarunt ſuper Altare ligneum in modum areæ concavum, habens in quatuor angulis circulos, in quibus vectes mittebantur; quibus aſcendentibus portabatur ubicumque Romanus Epiſcopus latitabat, vel ubi Collectam diſpoſuerat celebrare, quia ob reverentiam Apoſtolorum Principis, qui ſuper Altare hoc Dominicum dicitur celebraſſe Sacramentum, & Sanctorum ſuorum Prædeceſſorum Martyrum, licet decreto firmaſſet, ut nullum deinceps Altare eſſet, niſi lapideum, hoc tantum in Dominicum, & Patriarchale ſtabilivit Altare, ut nullus ſuper illud, niſi Romanus Papa Miſſam audeat celebrare, quod in Cœna Domini poſt Dominici Corporis, & Sanguinis celebratam commemorationem a Sacerdotibus violatur, menſaque ſublata in ipſo Altaris concavo Sacrificatur [a], & oleum exorcizatum, & criſ-

---

a Ut planius apertiuſque intelligantur, quæ hic dicuntur de veteri Altari ligneo Baſilicæ Lateranen., deque iis, quæ in ipſo peragebantur a Summo Pontifice Fer. V. in Cœna Domini, haud inopportunum, aut ſuperfluum erit audire, quæ habentur in Ordine Romano, is numero decimus eſt inter eos editos a Patre Mabillonio, qui eum exiſtimat antiquiorem eſſe ſæculo decimo tertio, & ad undecimum revocandum. In hoc autem Ordine §. 8. talia habentur: *Si fuerit Pontifex Laterani, decantato,* CRE-

Mabillon. Muſ. Ital. in admonit. ad Ord. X.

criſmale ab ipſo Papa benedicitur, & Sabbato veſperaſcente finito Baptiſmo poſt Litanias, poſt novies decantatum Kyrie eleiſon, poſt hymnum Angelicum, poſt Collectam, & poſt lectum Apoſtolum,

---

Credo in unum Deum, *& antequam intret ad Sacrificandum, a Diaconibus, & Subdiaconibus levatur menſa de Altari, palliis deſuper complicatis, & cum reverentia, & omni devotione ab eiſdem reportetur in Cappella S. Pancratii juxta Clauſtrum Canonicorum: quia ibi eſt locus reſervationis, & cum omni cautela uſque in diem Sabbati cuſtoditur.* Et nonnullis interjectis: *Pontifex intrat ſolus infra arcam, ut ſignificetur, quod in veteri Teſtamento ſcriptum eſt, quia ſolus Pontifex intrabat ſemel in anno in Sancta Sanctorum.* Hujus autem Sacræ inſtitutionis eamdem rationem reddit Innocentius Tertius in ſermone de Cœna Domini: Ubi enumeratis diverſis lotionum ſpeciebus, noviſſimo loco recenſet *lotionem Sanguinis: qui licet,* inquit, *ſemel ſit effuſus in Cruce, ſæpe tamen potatur in calice, quarum alteram Romanus Pontifex repræſentat, in eo quod hodie, remota tabula Lateranenſis Altaris, infra ipſum Altare conficit Euchariſtiam: illud in hoc facto commemorans, quod Pontifex Summus in lege ſemel in anno in Sancta Sanctorum cum Sanguine introivit.* Et de antiquiſſimo more tollendi menſam Altaris Baſilicæ Lateranenſis, eamque reponendi ſecreto loco, mentionem quoque faciunt Ordo Romanus Benedicti Canonici Sancti Petri, & alter Cencii Cardinalis de Sabellis (a). Gulielmus autem Durandus verba faciens (b) de Officio Miſſæ in Cœna Domini: *illud*, inquit, *prætereundum non eſt, quia Romanus Pontifex hodie, remota tabula Lateranen. Altaris, de qua dictum eſt in prima parte ſub titulo de Altaris dedicatione, & in ſecunda parte ſub titulo de Diacono, infra ipſum Altare conficit Euchariſtiam, & Sanguinem, & cum thuribulo incenſat illud, in hoc facto repræſentans; quia Summus Pontifex legalis ſemel in anno ingrediebatur Sancta Sanctorum cum Sanguine.* Præterea vetuſtas Sacræ hujus cœremoniæ, & Eccleſiaſtici ritus, quo Feria V. Majoris hebdomadæ Pontifex in Lateranenſi Eccleſia, remotâ menſâ, quæ aditum occludebat, intra ipſum Altare Sacris operabatur, adſtrui etiam poteſt ex antiquiſſimo libro Sacramentorum Egberti Eboracenſis Epiſcopi; qui medio ſæculo VIII. floruit; ibi enim legitur: *Feria V. in Cœna Domini bora ſexta celebratur Miſſa ad Lateranis; ſic incipiens Pontifex dicit: Oremus. Tunc ponuntur in Altare Sancta, & Altare eſt cavum*: hoc eſt, ut explicat Mabillonius (c), Euchariſtia ex præce-

(a) *Apud Mabillon. ibid. Ordo XI. §. 40. & Ordo XII. §. 24.*

(b) *Gulielm. Durand. Rational. Divin. Offic. lib. VI. cap. LXXV. n. 13.*

(c) *Mabill. comment. in Ord. Roman. §. XI.*

Digitized by Google

lum, poſtquam Papa ſtans in Sede alta voce novum cantaverit Alleluja . . . . . a Sacerdotibus repoſita menſa reconciliatur, & linteaminibus, & palliis decenter ornatur, ad uſum Sacerdotalis Miniſterii peragendum Romano Pontifici præparatum.

---

cedenti Sacrificio reſervata intra Altare inferebatur, quia Altare erat cavum ſeu cavatum, & ſublata menſa, recludebatur. Tempore autem Innocentii Tertii Papæ hanc menſam Altaris Lateranenſis levabant Cardinales Diaconi, eamque Sabbato ſequenti in humeros ſuos ſublatam reportabant, ut idem Innocentius nobis tradidit his verbis: *Diaconi Cardinales menſam Lateranenſis Altaris ſuper humeros ſuos in die Cœnæ portant, & reportant in Sabbato: ſemper ipſi Summum Pontificem, veluti Arcam Fœderis Levitæ, portantes.* Innoc. III. de Myſter. Miſſæ lib. 1. cap. 5.

Digitized by Google

VIII.

ALLOCUTIO

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI PP. XIV.

Habita die XXI. Aprilis Ann. MDCCXLVIII.
Dominica in Albis dum Eccleſiam
a fundamentis reædificatam

IN HONOREM S. APOLLINARIS

Prope Forum Agonale ſolemni Ritu
CONSECRABAT.

INTER ſacros ritus, qui in Eccleſia exercentur, nullus alius in veteri Teſtamento magis apertè deſcribitur, quàm Eccleſiæ Dedicatio, ſeu Conſecratio: nullus quoque alius a veteri Lege, ſuſceptus a nobis, magis conſtanti diſciplinâ retinetur.

Salomon, qui ſanguinem humanum non effuderat, nec bella bellaverat, electus a Domino, [a] ut ſplendidiſſimum Templum conſtrueret, in quo ſacra Arca, quæ IN MEDIO PELLIUM conſervabatur, collocaretur, magnificum Hieroſolymitanum ex omni parte Templum confecit, illudque tam ſolemni pompâ dedicavit, ut viginti duo millia boum,

[a] *Lib.2. Reg. cap.7. lib.3. Reg. cap. 5. & lib.1. Paralip. c.22.*

Digitized by Google

boum, & centum viginti millia pecudum immolaverit: FECIT ERGO SALOMON IN TEMPORE ILLO FESTIVITATEM CELEBREM:[a] legitur libro tertio Regum. Et en vobis ante oculos propoſitus Templi conſecrandi ritus, qui in veteri Teſtamento continetur.

a Lib.3. Reg. cap. 8. verſ. 65.

Templum a Salomone conditum & conſecratum, ſpatio quatuor ſæculorum ſtetit, poſt quæ Deus illud e conſpectu ſuo projecit, & Nabuchodonoſor Rex Chaldæorum, Divinæ juſtitiæ vindex, ſolo æquavit[b], ſacra vaſa abſtulit: nec niſi tempore Cyri Perſarum Regis[c] Zorobabel filius Salathiel ducis Judæorum, unà cum Jeſu filio Joſedech magno Sacerdote potuit illud in priſtinum ſtatum reſtituere, & ad optatum finem præclarum ædificium perducere, quod & ſolemni pompâ dedicavit: FECERUNT AUTEM FILII ISRAEL, SACERDOTES, ET LEVITÆ, ET RELIQUI FILIORUM TRANSMIGRATIONIS, DEDICATIONEM DOMUS DEI IN GAUDIO.[d] uti legitur libro primo Eſdræ. Quo ſane exemplo ritus innoteſcit conſecrandi Templi, quod loco alterius Templi jam diruti rurſum conſtruitur: Zorobabel enim ſacras Ædes condidit eodem loco, quo Salomon antea magnificentiſſimum Deo Templum excitaverat.

b Lib.4. Reg. cap. 24. & 25.

c Lib. 1. Eſdræ cap. 3. Aggai cap. 1.

d Lib. 1. Eſdræ cap. 6. verſ. 16.

Secundum hoc Templum ab Antiocho Epiphane,[e] Rege nefario ac ſceleſto, maximâ labe atque injuriâ contaminatum eſt, & ſimulacrum Jovis Olimpii in ſacro Altari conſtitutum. At inviſtiſſimus Judas Machabæus, Nicanore, Gorgia, ac Lyſiâ adverſis ducibus ſuperatis, victor Hieroſolymam ingreſſus[f], Aram pollutam renovavit,

e Lib. 1. Machab. cap. 1.

f Lib. 1. Machab. cap. 4. verſ. 43. & ſeqq.

 quæ

quæ magno etiam plauſu & celebritate dedicata fuit, unanimique conſenſu ſancitum, ut ejus memoria quotannis ſolemnis ageretur: ET STATUIT JUDAS, ET FRATRES EJUS, ET UNIVERSA ECCLESIA ISRAEL, UT AGATUR DIES DEDICATIONIS ALTARIS: ſic legitur libro primo Machabæorum [a]. Et en vobis expoſitum veteris Legis teſtimonium, quo pollutas ſcelere Eccleſias, uti dicitur, reconciliamus, novaque Benedictione ſanctificamus.

[a] *Lib. 1. Machab. cap. 4. verſ. 59.*

Nullum aliud in ſacris litteris aut hiſtoriis monumentum extat, quod ad Hieroſolymitanum Templum referatur, reique noſtræ poſſit accommodari: quod enim Herodes magnus conſilium ſuſceperit Templi amplificandi, quod a Zorobabele conditum fuerat, noviſque muneribus exornandi, quæ omnia ſpatio quadraginta ſex annorum abſolvit, quod Templum hoc Herodis Regis munificentia ampliatum, poſt annos ſeptuaginta ſeptem incendio penitus abſumptum fuerit, dum Titus Hieroſolymam expugnavit, ad præſens noſtrum non pertinet inſtitutum.

Inutile quoque eſſe cenſemus exempla perquirere Eccleſiarum Deo nuncupatarum, & ſolemni ritu conſecratarum primis Eccleſiæ ſæculis, dum immanitas ſævientium Tyrannorum recentem Fidelium ſocietatem ac Religionem prorſus convellere conabatur. At illud certum eſt, quod, reſtituta Eccleſiæ pace ac libertate, ſolemnis Conſecrationis Eccleſiarum ritus, quem primi noſtri parentes executioni mandare voluiſſent, ſed impediti exequi non potuerunt, ſolemni pompa, nedum in hac noſtra Urbe, & in Occidentali Eccleſia, ſed etiam

etiam in Orientali, oculis omnium apparuit. Post hæc, inquit Euſebius in ſua [a] Eccleſiaſtica Hiſtoria, VOTIVUM NOBIS AC DESIDERATUM SPECTACULUM PRÆBEBATUR, DEDICATIONUM SCILICET FESTIVITAS PER SINGULAS URBES, ET ORATORIORUM RECENS STRUCTORUM CONSECRATIONES. Exponit quoque Euſebius ſolemnem Templi Conſecrationem, quod Tyri erectum fuerat, quodque cæteris omnibus Phœniciæ Templis venuſtate longè præcellebat. Et in vita Conſtantini [b] magnum Epiſcoporum numerum commemorat, qui Hieroſolymam ſimul convenerant, ut auguſti Templi, quod Imperator maximo ſumptu ac ſplendore excitaverat, Conſecrationem magna frequentia celebrarent.

a *Lib.* 10. *cap.* 3.

b *Lib.* 4. *cap.* 43.

Extat adhuc ejuſdem Euſebii Oratio ab ipſo habita in memorata Templi Tyrenſis Conſecratione. Aliæ ab aliis habitæ in aliarum Eccleſiarum Conſecratione adhuc continentur in Sanctorum Patrum monumentis. Dum enim Templum aliquod ſacrum fiebat, in more poſitum erat, ut, non unus, ſed plures oratores magno apparatu orationes haberent.

Nonnulli de ſacri ritus inſtitutione, & vetuſtate fusè differebant. Nos autem negotium hoc paucis expediemus: uti enim paulò ante commemoravimus, ſacer hic ritus a veteri Lege ad nos, ab Apoſtolis in ſuos Succeſſores promanavit; cumque in Eccleſiis tum Occidentali, tum Orientali ſemper floruerit, nil aliud Prædeceſſori noſtro Evariſto adſcribi poteſt, etiamſi monumentum, quod ejus nomine circumfertur, firmam certamque haberet

Digitized by Google

a Card. Bona Rer. Liturgic. lib. 1. cap. 20. n. 3.

beret auctoritatem [a], niſi quod manu ſua id exaratum tradiderit, quod a Pontificibus ſuis Prædeceſſoribus acceperat.

Alii oratores ingenium, & operam conferebant, ut Dedicationis Eccleſiæ celebritatem pro viribus extollerent, & commendarent. At, cùm hodiernâ die tot Dilectos in Chriſto Filios, tot Venerabiles Fratres, tot inſignes Eccleſiaſticos, tot præſtantes ſæculi viros, tam conſtanti ſtudio, & devoto animo, in hunc locum conveniſſe videamus, ut ſacræ hujus Templi interſint Dedicationi, ſolemnis illa Nobis renovata videtur Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Tranſtyberim Conſecratio, quam Prædeceſſor noſter Innocentius Tertius peregit, quo tempore Lateranenſe Concilium quartum convocaverat; ita ut jure ac meritò dicere poſſimus, quod, Nobis tacentibus, conventus hic veſter oſtendit [b] quanta ſit hujus diei ſolemnitas, & quod feſtivitatis magnificentiam, etſi ſermo noſter non indicet, veſtra tamen ipſa congregatio teſtetur.

b S. Leo Serm. 82. tom. 1. ejuſdem operum edit. Lugd. 1700. pag. 167.

Ceteri aut hiſtoriam texebant ædificationis Eccleſiæ, quæ ſacra fiebat, aut reædificationis, ſi, diruta antiquiore, nova extruebatur in eodem loco, in quo prima fuerat ædificata. Nos verò, ne tempore abuti videamur, paucis innuemus, duas in hac Urbe conſtructas fuiſſe Eccleſias in memoriam Sancti Apollinaris; alteram ab Honorio Primo noſtro Prædeceſſore prope Templum Vaticanum, ex qua ſupplicatio populi, ſeu Litania, ſingulis diebus Sabbathi ad Sancti Petri Templum accedebat; alteram ſubinde ab Hadriano Primo, noſtro quoque Prædeceſſore, in hoc ipſo loco, in quo nunc ver-

Digitized by Google

verſamur. Illius nullum ſupereſt veſtigium. Hæc autem vetuſtate labefactata, & a fundamentis reædificata, ea eſt, quam nunc ſolemni ritu ſacramus.

Reliqui demum oratores, qui verba faciebant, dum Eccleſiæ dedicarentur, Dei Optimi Maximi, Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & Sanctorum, in quorum honorem Eccleſiæ fuerant ædificatæ, præſidium opemque implorarunt. Mos hic hodiernæ diſciplinæ magis cohæret, eumque amplecti modo conſtituimus.

Templum ergo hoc, ſumme Deus, tibi ſacrum eſt; cùm unicè tibi cultus Latriæ præſtetur. Exaudi itaque de excelſo ſolio gloriæ tuæ, quemadmodum vehementer totoque animo obteſtamur, vota omnium, qui in hoc ritu peragendo operam impendimus, quive præſentes ſumus, ut nominis tui gloria magis amplificetur; eamdemque voluntatem oſtende reliquis omnibus, qui impoſterum tuum nomen hoc in loco ſupplices invocabunt: [a] QUICUMQUE ORAVERIT IN LOCO ISTO, EXAUDI DE HABITACULO TUO.

[a] *Lib. 2. Paralip. cap. 6. verſ. 21.*

Tibi, Deus Optime Maxime, hodierna die Altaria hæc dedicantur & conſecrantur, in quibus, non ſanguis hircorum aut vitulorum, ſed Divinum in Miſſa Sacrificium offerendum eſt, in quo Chriſtus ipſe continetur, & incruentè immolatur, qui ſe ipſum in Cruce effuſo Sanguine immolavit. Jure itaque meritòque te humillimè precamur, ut ſupra hanc [b] Domum tuam, ſupra hæc Altaria, quæ hodie dedicantur, quotidianus Præſul intendas, & ſervorum tuorum orationes, quæ in hoc loco funduntur atque fundentur, Divinâ tuâ miſericordiâ ſuſci-

[b] *S. Ambroſ. Exhort. Virginit. cap. 4.*

ſuſcipias, tibique fiat in odorem ſanctificationis omne Sacrificium, quod in hoc Templo, in hiſce Altaribus, fide integrâ, piâque ſedulitate offeretur.

Tibi, Beatiſſima Dei Parens Maria, hyperduliæ cultus debitus eſt, tibique in hac ipſa Dedicatione exhibentur: reædificatam enim eam hujus Templi partem intuemur, quæ Deo in tui memoriam atque honorem fuerat ſacrata. Tu, auguſtiſſima cœlorum Regina, ſemita illa es, quâ Salvator humani generis venit in hunc orbem terrarum. Tu domina noſtra es, tu mediatrix noſtra, tu advocata noſtra. Per te itaque tum nos, qui præſentes ſumus, tum reliquus fidelium cœtus, qui impoſterum in hoc loco nomen tuum venerabitur, ad illius gratiam perveniamus, qui per te ad calamitates uſque naturæ noſtræ devenit. [a] Nos omnes tuo Filio commenda, tuo Filio repræſenta: & fac, o benedicta, per gratiam quam inveniſti, per prærogativam quam meruiſti, per miſericordiam quam percepiſti, ut qui, te mediante, dignatus eſt fieri particeps infirmitatis & miſeriæ noſtræ, te quoque intercedente, participes nos omnes efficiat gloriæ & beatitudinis ſuæ.

[a] *S. Bernardus Serm. 2. in Adventu Domini.*

Tibi demum, Sancte Apollinaris, duliæ cultus debetur, tuæque memoriæ Templum hoc ſacratur, ut Deo ſolvantur gratiæ pro immortali gloria, quam tibi elargitus eſt, & ut in hoc Templo orantibus, Deumque Optimum Maximum deprecantibus, interceſſor aſſiſtas.

Maximo idcirco, quo poſſumus, ſtudio ſalutis noſtræ cauſam tibi commendamus, tuumque patrocinium vehementer expoſcimus, ut nos præſentes,

cæte-

Digitized by Google

cæterique, qui ad hoc Templum accedent, votis ſuis te adjutorem atque intercedentem apud Deum conſequantur.

Clerici ac Sacerdotes huic Templo addicti, in eoque miniſtraturi, & in ipſo Divina Officia perſoluturi, virtutum tuarum exempla pro ſuis viribus ſibi ad imitandum proponunt. Tu enim Antiochia profectus, & Romæ a Principe Apoſtolorum Sancto Petro Epiſcopus Ravennatum factus, eòque miſſus ad annuntiandam Evangelii veritatem, Apoſtolico munere per totam Æmiliam egregiè perfunctus es: illi autem ex remotis partibus acciti, & in proximis Collegii ædibus ad virtutem ac doctrinam a præclaris magiſtris inſtituti, præparantur, ut bellum indicant hæreſibus, quæ in disjunctis regionibus graſſantur, & Catholicam Religionem late tueantur, atque amplificent. Eos itaque in tuam clientelam, ac veluti ſinum, excipere ne dedigneris.

Nos ipſi alias inviſimus ac venerati ſumus in Templo Claſſenſis Monaſterii anguſtum tumulum, ad quem, teſte [a] Magno Gregorio Prædeceſſore noſtro, integritas Fidei ſolemni jurejurando confirmari ſolebat, & in quo reliquiæ corporis tui perhonorifice conduntur.

[a] *Epiſt. 61. lib. 6. indict. 14. tom. 2. edit. Pariſ. 1705. pag. 837.*

Inſignem earum partem dono accepimus, Bononiam patriam noſtram detulimus, in Eccleſia Metropolitana repoſuimus, & in ea Aram tibi condidimus: nedum enim Bononienſem Eccleſiam olim ſcimus Ravennatenſi fuiſſe ſuffraganeam, ſed nec dubitamus a te Bononiæ Fidem Catholicam primò enuntiatam, cùm Jeſu Chriſti Evangelium per to-

tam Æmiliam diſſeminares. Poſt hæc, licet immerentes, ſoloque Divino judicio ad Summum Pontificatum evecti, animo ſtatim conſtituimus Aram, quæ in conſpectu eſt, in hoc Templo conſtruere: & Deus Optimus Maximus, ob ſuam bonitatem, Nobis ea, quæ neceſſaria fuerant ad hoc negotium, ſuppeditavit, Nobiſque vitæ ſpatium elargitus eſt, ut Aram ipſam perfectam abſolutamque intueamur.

Recordare quæſo, Beate Apollinaris Protector noſter, quod Salvatori noſtro Capharnaum ingreſſo ſeniores Judæorum obviam venerunt rogantes, ut in priſtinam ſanitatem reſtitueret Centurionis ſervum, qui non ſine magno domini ſui mœrore graviter ægrotabat; & de ipſo Centurione ſic teſtati ſunt [a]: DIGNUS EST, UT HOC ILLI PRÆSTES: DILIGIT ENIM GENTEM NOSTRAM, ET SYNAGOGAM IPSE ÆDIFICAVIT NOBIS.

[a] *Lucæ cap. 7. verſ. 4. & 5.*

Nos Synagogam non ædificavimus: Religioni domicilium præparavimus, Aram condidimus, eamque Deo in tui memoriam dedicamus. Si rem tibi gratam jucundamque fecimus, uti ſperare fas eſt, non longam, non proſperam ſenectutem, non opes, non gloriam, non laborum & tribulationum imminutionem pro Nobis a Deo petas. Quærimus quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram. Qualecumque, quod ſupereſt vitæ ſpatium, a ſupremo Numine impetra, ut pro Catholica Fide, pro Eccleſiæ atque hujus Sanctæ Sedis utilitate utiliter impendamus, utque demum, cùm dies mortis advenerit, nos gravium noſtrorum peccatorum pœnitentes inveniat, & fac, ut, cum Divinus

vinus Judex rerum a Nobis geſtarum rationem expoſcet, illud Nobis non exprobret: Fuisti fabricator murorum, sed non ædificator animarum.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERUM,

Quæ in Præfatione, Notis, & Appendice continentur.

A

Acacius è Sacris Dyptichis primus nomen Papæ expunxit. pag. 361.
S. Adriani cultus, quo tempore Romæ inſtitutus. p. 265.
Adventus Chriſti nomine quid apud Eccleſiaſticos ſignificetur. p. 2.
A quo ſolemnitas illa inſtituta fuerit. p. ead.
Quo primum tempore celebrari cœpit. p. ead.
Quot Dominicas complectatur. p. ead.
Quo ordine Dominicæ illæ numerentur. p. ead.
Merati ſententia exiſtimantis, inſtitutionem adventus in Eccleſia Romana non eſſe antiquiorem ſæculo ſeptimo, rejicitur. p. 3.
Adventus Chriſti Domini juxta morem Romanæ Eccleſiæ quatuor Dominicas continet. Antiquitus autem apud varias Eccleſias plures, aut pauciores complectebatur, & varius erat mos & uſus eas enumerandi. p. 4. & 5.
Adventus, quarta Dominica cur vacans appellata eſt. p. 16.
S. Agnetis ſecundo commemoratio quomodo in antiquis Codicibus inſcribitur. p. 180.
Albani, & Sociorum Martyrum feſtum cum vigilia apud Monachos. p. 218.
Alphabetum Græcum, & Latinum in conſecrationibus Eccleſiarum quid deſignet. p. 481
Anaſtaſius Cardinalis ſub Paſchali II. quis fuerit. Præf. p. XII.
Annum Eccleſiaſticum Codices Liturgici alii a vigilia, ſeu a die Natalis Domini, alii ab Adventu Domini exordiuntur. p. 1.
Ab Adventu Domini eum nunc inchoat in ſuis Officiis Romana, & Occidentalis Eccleſia. p. ead.
Anni Chriſtiani initium apud diverſas totius Orbis Eccleſias. p. 1.
Antiquitas noſtri Miſſalis comprobatur. p. 77. 87. 98. 205.
S. Apollinaris Eccleſiæ duæ in Urbe ædificatæ, una ab Honorio I. prope Templum Vaticanum, altera ab Hadriano. p. 502.

In

Digitized by Google

In Armenorum Liturgia addita eſt commemoratio Romani Pontificis. p.451.
Aſſumptionis feſtum varie inſcriptum in libris Liturgicis. pag. 257.

B

BAlſamon Patriarcha affirmat, commemorationem Papæ in omnibus Orientis Eccleſiis factam fuiſſe. p. 444.
S. Barnabæ cultus apud Monachos Benedictinos. p.214.
Baſilica, ſeu Oratorium S. Nicolai a Nicolao I. in Laterano extructum, & Miſſa in ejus honorem inſtituta. p.159.
SS. Benedictus, Scholaſtica, & Columbanus, quo anno ex hac mortali vita deceſſerint, Præf. p. XLI.
Benedicti Papæ XIV. Tractatus de feſtis Jeſu Chriſti, ejuſque Sanctiſſimæ Matris Mariæ laudatur. p. 20. 157. 193. 249. 257. 308. 357. 364.
Benedictio in fine Miſſæ antiquitus non dabatur a Sacerdote, ſed eam Epiſcopus ante communionem largiri ſolebat. p. 115.
Benedictionis Palmarum nulla mentio ante octavum ſæculum. p.80.
Benedictionis candelarum in feſto Purificationis origo, & antiquitas. p.181.
Præfatio benedictionis candelarum in feſto Purificationis diverſa ab ea, quæ eſt in Miſſali Romano. p.181.

C

CÆrularius *Michael* poſt Iconoclaſtas primus abſtulit e dyptichis nomen Papæ. p.419.
Cærularii ætate alii Orientis Patriarchæ commemorationem Romani Pontificis retinent. p. 420.
Canonici Regulares Baſilicæ Lateranenſis, aliarumque Eccleſiarum Romanæ Urbis munera Romani Cleri obibant, ejuſque locum tenebant. Præf. p. XIV. XV.
Caroli Regis epiſtola ad Albinum Abbatem de octavis diebus feſtivitatum. p.24. 32. 42.
De Cathedra S. Petri Miſſa, cum commemoratione S. Priſcæ. p.172.
Cauſa differentiæ inter Scriptores Græcos, & Latinos in recenſendis Romanis Pontificibus. p.384.
S. Chriſtinæ, ejus commemorationis antiquitas. p.206.
Ejuſdem commemoratio ſemel, atque iterum acta, nempe die 10. Maji, & 24. Julii. p. 237.
Cinerum benedictio inſtitutioni feriæ quartæ in capite jejunii coæva eſt. p.37.
De Cineris Sacri conſperſione

Digitized by Google

ſuper caput Pontificis in feria IV. quadrageſimæ. p.331.
Verba illa *memento homo* cur ſileantur, quando cinis ſuper caput Pontificis imponitur. p.334.
Pœnitentium capita feria IV. quadrageſimæ cinere inſpergebantur. p.335.
Ritus imponendi cineres ſuper caput Pœnitentium in feria IV. ætate S. Gregorii Magni ortum habuit. p.335.
Cinis ſuper caput omnium fidelium quo tempore imponi cœpit. p.357.
Dies Cinerum antiquitus dicebatur feria IV. in capite jejunii. p.331.
Verba illa *memento homo* antiquitus dicebantur ab Epiſcopo, quando cinerem ſuper caput Pontificis imponebat. p. 332.
Dies Cinerum feria quarta in capite jejunii dicta, an tempore poſterior ſit Gregorio Magno. p.36.
Codices antiqui mſs. Baſilicæ Lateranenſis, in quibus Martyrum paſſiones, & Confeſſorum vitæ continentur. Præf. p.xi.
Collectæ ad Matutinum, & Veſperas a Summo Pontifice, & ab Epiſcopis Collateralibus dumtaxat in Eccleſia Lateranenſi dici poterant. Præfat. p. xxxv.
Collectæ diverſa nomina, antiquitas, numerus, & inſtitutio. p.8.
In Collegio S. Athanaſii Romanæ Urbis, in Italia, aliiſque locis, quæ ſit nunc Græcorum conſuetudo in facienda Romani Pontificis commemoratione. p.437.
S. Columbani Miſſa apud Monachos inſtituta. p.292.
Commemoratio Romani Pontificis ex traditione Apoſtolica derivata eſſe videtur. p. 390.
Commemoratio Romani Pontificis quomodo, & a quibus apud Græcos fieri conſuevit. p.391.
A ſolis Patriarchis fieri ſolebat. p.392.
Poſtea ab omnibus Presbyteris fieri præceptum eſt. p.393.
Commemoratio Romani Pontificis primis Eccleſiæ ſæculis apud Græcos uſu recepta. p.261.
Commemoratio Romani Pontificis eſt certa nota ad diſcernendos Græcos Catholicos a Schiſmaticis. p.402.
Commemorationem Rom. Pontificis unionis argumentum, ejuſque omiſſionem ſchiſmatis ſignum eſſe, ſchiſmatici ipſi fatentur. p.433.
Concilium Vaſenſe decernit, ut nomen Romani Pontificis in omnibus Eccleſiis recitetur. p.357.
Condeſcenſio erga Fratres qualis in Apoſtolica Sede eſſe deceat.

Digitized by Google

ceat. pag. 369.

Congregatio ſuper correctione Euchologii quid reſcripſerit circa commemorationem Romani Pontificis tempore Urbani VIII. p.449.

Quid verò anno 1740. cum corrigeretur Miſſale Melchitarum. p.457.

Quid ab eadem Congregatione reſcriptum fuerit anno 1731. cum Græcorum Officium imprimendum eſſet. p.455.

Et Miſſale Coptorum. p. ead.

Congregatio Cardinalium ſuper correctione Librorum Eccleſiaſticorum Eccleſiæ Orientalis. p.351.

Conſtantinus Imperator Eccleſiam in honorem Salvatoris ædificavit. p.494.

Altare ligneum in Eccleſia Lateranenſi ab Apoſtolorum temporibus ſervatum. p.495.

Summus Pontifex feria V. in Cœna Domini, ſublata menſa, illud ingrediebatur. p. 495. in notis.

Menſa ejuſdem Altaris a Cardinalibus Diaconis ſuper humeros deferebatur. p.497. in notis.

Controverſiam de tertiis, & quartis nuptiis Romanus Pontifex rogante Imperatore Conſtantinopolitano definivit. 42.

De Sanctorum Coronatorum nominibus in libris Eccleſiaſticis confuſio. p.287.

D

Dedicationes Templi Hieroſolymitani tempore veteris Teſtamenti peractæ. p. 499.

Pro Chriſti Nativitate dies ſeptem, pro dedicatione Eccleſiæ dies octo celebrandi. p.25.

Trinus circuitus, & aquæ benedictæ aſperſio in Eccleſiarum dedicationibus, quid ſignificet. p.487.

Dioſcorus nomen S. Leonis è dyptichis abſtulit, vel eum excommunicavit. p.362.

Ideo damnatus eſt a Synodo Chalcedonenſi. p.363.

Diſcrimen inter Eccleſiam, & Synagogam, & cur ita vocentur. p.480.

Dominicæ vacantes cur ita dictæ: quomodo earum officia ex aliorum dierum officiis ſupplebantur. p.15.

Dominica II. Quadrageſimæ officium proprium non habebat tempore S. Gregorii, ideoque in ejus orationibus, & Evangelio aſſignandis variant antiqua Miſſalia. p.52.

Dominicâ primâ Quadrageſimæ antiquitus carnes edebantur. p.331.

Dominica in Quadrageſimæ inchoantis initium. pag. ead.

Dominica in Albis cur ita dicta. p.122.

Digitized by Google

Sanctorum Donati & Hilariani Miſſa, & cultus in Diœceſi Aretina. p.250.

Durandus ſcribit in Eccleſia Lateranenſi ſolam Orationem Dominicam recitari. Præfat. p.xxxIII.

E Dyptichis Acacius nomen Papæ primus expunxit. p.361.

Dypticha perinde erant in Eccleſia, ac faſti Conſulares, & Indices publici. p.382.

Ex Dyptichis ſumpti ſunt indiculi Romanorum Pontificum, quos exhibent veteres Scriptores. p.383.

Morem mittendi Synodicam, & inſcribendi dyptichis nomen Papæ ejuſdem ætatis eſſe oſtenditur ex vita S. Gregorii. p.381.

Monothelitæ cur volebant deleri in dyptichis nomen Vitaliani Pontificis, & ſolum retineri nomen Honorii. p.379.

Ex uſu mittendi Literas Synodicas oſtenditur mos referendi in Dypticha nomen Romani Pontificis nuper electi. p.365.

E

Eccleſiarum conſecrationes tempore Conſtantini Imperatoris. p.501.

Ritus Eccleſiarum conſecrationis è veteri lege ad nos ab Apoſtolis in ſuos ſucceſſores promanavit. p.501.

Eccleſia Romana falsò inſimulata de mutatione orationis in feſto Cathedræ S.Petri.p.189.

Euchariſtiæ fragmentum cum Sanctorum Reliquiis cum granis thuris in Altari reponebatur. p.485. 486.

Euchariſtia eſt ſymbolum unitatis: Ideoque nomen Romani Pontificis inter Sacra nominari debet. p.353.

In Eccleſia Latina commemoratio Papæ ſemper & ubique ab omnibus facta eſt. p.353.

Eugenius IV. affirmat, morem eſſe univerſalis Eccleſiæ, ut in Miſſa ab omnibus pro Papa oretur. p.430.

Evangelium S. Lucæ de prædicatione S. Joannis Baptiſtæ cur initium Evangelii inſcribatur. p.14.

F

De Sanctis Fabiano & Sebaſtiano non una, ſed diverſæ orationes in noſtro Miſſali. p.176.

Feria IV. in capite jejunii non fuit inſtituta poſt S. Gregorium. p.341.

Id oſtenditur ex Codice Gelaſiano. p. ead.

Item ex Sacramentario Gregoriano Pamelii. p.342.

Tum etiam,quia Miſſa cum Statione fer.IV.non legitur addita fuiſſe poſt S.Gregorium.p.343

Quar.

Digitized by Google

Inſuper ex ordine Stationum, quas S. Gregorius inſtituit. p. ead.
Demum ex ordine Antiphonarum, quæ dicuntur ad Communionem. p.344.
Feriâ tertiâ Majoris Hebdomadæ non legebatur paſſio Domini ſecundùm Marcum, ſed Evangelium ex Joannis Capite XIII. p. 87.
Feria quinta poſt Dominicam Pentecoſtes non habebat officium proprium. p.133.
Feriæ quintæ Quadrageſimæ ex inſtitutione B. Gregorii proprium officium non habent, & ideo ex aliis diebus deſumunt. Hinc in aſſignandis Evangeliis Miſſalia, & Capitularia diſcordant. p.39.
Feriæ V. Miſſas in Quadrageſima primus inſtituit Gregorius II. p.49.
Fermentum, quod diſtribuebatur Sabbato in Conſiſtorio Lateranenſi, non erat Euchariſtia, ſed panis benedictus. p.77.
In feſto S. Petri ad Vincula dedicatio ejus Eccleſiæ celebrata. p.244.
Feſtum Annunciationis B. Mariæ variè inſcriptum in antiquis libris Liturgicis. p.193.
Sanctarum Floræ, & Lucillæ cultus, & Monaſterium Aretii in Thuſcia celebre. p.241.

G

Gentili Xaverius Cardinalis, & Petræ Archiepiſcopus. p.329.
Gentiles cur ſepulcra in viis publicis extruerent. p.340.
An pro Gentilibus, & non baptizatis ſacrificium offerre liceat, vel pro eis in Miſſa orare. p.463.
A Græca Eccleſia quid ſervari debeat, ex iis, quæ in Eccleſia Latina cuſtodiuntur, ſtatui poſſe videtur. p.358.
Græcos ritus Sedes Apoſtolica vult, ac præcipit ſervari. p.442.
Non eos tamen, quibus hæretici, vel ſchiſmatici ad ſuos errores confirmandos abutuntur. p.443.
Græcis ad unionem redire volentibus id ſemper in primis præſcriptum eſt, ut nomen Papæ in Dyptichis reponerent. p.423.
Græcis an retinere liceat in ſua Liturgia preces pro Imperatoribus, eorumque exercitu, & Palatio. p.461.
An Melchitis pro Regibus Orthodoxis. p.462.
Gregorius II. primus inſtituit Feriæ V. Miſſas in Quadrageſima. p.49.

H

HAberti ſententia de commemoratione Romani Pontificis in Liturgiis Græcorum. p.359.
Hæretici ſemper nefarium aliquid adverſus Catholicæ Religionis Sacra moliti ſunt, Præf. p.II.
Hilarii depoſitionis tempus, quo die collocandum ſit. p.283.
Honorius Papa Monaſterium SS. Andreæ, & Bartholomæi ædificavit. Præf. p.XXIV.

I

ICconoclaſtæ poſt Monothelitas nomen Romani Pontificis è dyptichis eliminare auſi ſunt. p.403.
Innocentius III. Eccleſiam Sanctæ Mariæ Tranſtyberim conſecravit. p.502.
Innocentius III. docet Epiſcopum Aurienſem, quomodo Papa pro ſe commemorationem in Miſſa faciat. p.356.

L

LAborantis Cardinalis collectio Canonum mſs. p. 20. 24. 42.
Lateranenſis Eccleſia omnium Eccleſiarum mater ac princeps. Præf. p.VI.
In Lateranenſi Baſilica præter Orationem Dominicam aliæ Orationes Liturgicæ in uſu fuerunt. Præf. p.XXXIII.
Sanctorum Laurentini & Pergentini Miſſa apud Monachos Monaſterii Aretini inſtituta. p.212.
De Lazaro, & divite hiſtoria eſt vera hiſtoria, & non parabola. p.56.
Lectio in dedicatione Baſilicæ Salvatoris, ejus commemoratio die 9. Novembris. p. 288.
Liturgicorum librorum editio quantæ ſit utilitatis. Præfat. p. L.
Litaniæ majores, quo tempore inſtitutæ. p.198.

M

MAbillonii memoriæ lapſus notatur. p.76.
Sanctorum Martyrum Marii, Audifacis, Marthæ, & Abacuc Miſſa in Sacramentariis Gregorianis deeſt: Habetur in noſtro, & in Gelaſiano. p.173.
Mennas Patriarcha cur nomen Vigilii in Dyptichis non delevit, ſed ſuum ei præpoſuit. p.400.
Michael Cærularius falſo affirmat nomen Vigilii expunctum eſſe a ſexta Synodo. p.398.

Miſ-

Digitized by Google

Miſſalis noſtri antiquitas comprobatur. p.77. 87. 98. 205.
Miſſale quid ſit, & quid Miſſale plenarium. Præf. p.VII.
In Miſſali Maronitarum commemoratio Romani Pontificis expreſſis verbis appoſita eſt. p.448.
Miſſa S. Columbani apud Monachos inſtituta. p.292.
Miſſa de Cathedra S. Petri cum commemoratione S. Priſcæ. p.172.
In Miſſa an liceat commemorare Epiſcopos ſchiſmaticos, vel pro eis orare. p.439.
Miſſæ duæ uno die ſuper eodem Altari celebrari prohibentur. p.20.
Miſſæ tres cur in Nativitate Chriſti Domini celebrentur. p.20.
Miſſæ Dominicales ſeparatæ in hoc Codice a Miſſis de Sanctis. p.29.
Miſſæ Dominicales poſt Epiphaniam quot ſint, & quot eſſe debeant. p.31.
Duæ Miſſæ cum alia de Vigilia in feſto S. Laurentii. p.252.
Duæ Miſſæ cum alia de Vigilia in feſto S. Benedicti. p.192.
Duæ Miſſæ in feſto S. Joannis Evangeliſtæ cur inſtitutæ fuerint. p.167.
Miſſa Vigiliæ in feſto Sanctorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi. p.201.
Duæ Miſſæ in Vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli, una de Vigilia, altera de S. Leone. p.227.
S. Michaelis duæ Miſſæ, una de inventione ejus Baſilicæ, altera de ejuſdem dedicatione. p.275.
Miſſa Vigiliæ Nativitatis Domini inſcripta in Galli cantu, intelligenda eſt de Galli cantu circa mediam noctem, non circa diluculum. p.18.
Duæ Miſſæ cum alia de Vigilia in feſto S. Joannis Baptiſtæ. p.221.
In Miſſa Ambroſiana, & Mozarabica quomodo fiat commemoratio Romani Pontificis. p.354.
Item in antiqua Miſſa Latina Flacci Illyrici in Codice Gelaſiano, & in aliis Eccleſiaſticis monumentis. p.354.
Mombritius ex quibus Codicibus paſſiones Sanctorum Martyrum deſcripſit. Præf. p.II.
Monachi Benedictini trium Monaſteriorum prope Lateranenſem Baſilicam morabantur. Præf. p.XVII. XX.
Monachi duorum Monaſteriorum Baſilicæ Lateranenſis alternis choris Pſalmos in eadem Baſilica canebant. Præf. p.XXV.
Monaſterium SS. Joannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ, & Pancratii, quo tempore ædificatum, & quamdiu permanſerit. Præf. p.XXI.
Idem Monaſterium a Greg. III. PP. reſtauratum. Præf. p.XXIII.

Digitized by Google

Monaſterium SS. Sergii & Bacchi prope Baſilicam Lateranenſem. In eodem Monaſterio erant etiam Sacræ Virgines. Præf. p. xxvi. & xxvii.

Monaſterium S. Petri, ſeu Abbatia de Florentillo Baſilicæ Lateranenſi unita. Præfat. p. xxxi.

Monaſterium SS. Floræ, & Lucillæ in Diœceſi Aretina. Præf. p. xxxii.

Mortis cogitatio omnibus convenit. p. 339.

N

SAnctorum Naboris, & Felicis martyrum Mediolanenſium confuſio cum Martyribus Afris ejuſdem nominis. p. 233.

Nicolaus V. præcipit, ut nomen Papæ recitetur in Dypticbis, & pro eo expreſſe oretur ab univerſa Græcorum Eccleſia. p. 428.

Nicolaus V., ut ab omnibus Græcis in Miſſa Romanus Pontifex commemoretur præcepit. p. 444.

Nicolaus Patriarcha ſententiæ Romanæ Eccleſiæ de quartis nuptiis ſubſcribit. p. 415.

Et unionem cum ea redintegrare reponendo nomen Papæ in Dyptichis ſtudet. p. 416.

Nomen Romani Pontificis etiam a Photio, ejuſque ſucceſſoribus in Sacris Tabulis retinetur. pag. 405.

Nominis Papæ inter Sacra recitatio ſignum, & argumentum unionis, è diverſo ejus omiſſio ſchiſmatis indicium ſemper habitum eſt. p. 394.

O

OCtava Epiphaniæ quo tempore celebrari cœperit, Præf. p. xliv.

Octava Aſſumptionis quo anno inſtituta fuerit, Præf. p. xlvi.

De octava, ſeu Dominica prima Pentecoſtes. p. 156.

De octavis diebus feſtivitatum Epiſtola Caroli Regis ad Albinum Abbatem. p. 24.

Oratio ſecreta cur ita dicatur. p. 9.

Poſtcommunio oratio, cur etiam ad complendum dicta. p. 9.

Oratio ſuper populum antiquitus etiam diebus Dominicis dicebatur. p. 45.

Oratio *a cunctis* ab Innocentio III. compoſita eſt, Præfat. p. xxxix.

De Orationibus in Litaniis majoribus, & de proceſſione, & Eccleſiis, in quibus illæ recitabantur. p. 198.

Oratione Dominica dumtaxat Eccleſia Lateranenſis in officiis utebatur, Præf. p. xxxiv.

Orandi pro Papa conſuetudo adeo vetus eſt, ut origo indicari

Digitized by Google

cari nequeat, ſed oſtendi poſſunt leges, quibus vel ea reſtituta, vel confirmata eſt. p.357.

Oratorium Sanctæ Crucis extructum ab Hilaro Papa. In eo repoſitum Lignum Crucis. p.117.

Uvarum benedictio die ſexta Auguſti, an ab Euthychiano Pontifice inſtituta. p.248.

P

PAcis reſtaurandæ conditio ea ſemper fuit, ut nomen Papæ in Dyptichis reponeretur. p.395.

Pallii uſus Theophilacto Patriarchæ Conſtantinopolitano, ejuſque ſucceſſoribus a Joanne Papa X. conceſſus eſt. p.418.

Panvinii hiſtoria manuſcripta de Baſilica Lateranenſi. Eam Cæſar Raſponus, ſuppreſſo nomine auctoris, exſcripſit. p.117.

Pelagius I. ſeu II. Pontifex declarat a Catholica communione ſeparatos, qui nomen Papæ in ſacris myſteriis reticebant. p.356.

Petro Apoſtolo præcipue data eſt a Chriſto Domino poteſtas ligandi, & ſolvendi. p.60.

Pontifex in Patriarchio Lateranenſi pauperibus eleemoſynas diſtribuebat. p.75.

Pontifex cur in accipiendo cinere non genuflectit, & Epiſcopus cinerem imponens ſolitam formulam non pronunciat. p.338.

Præfatio in benedictione Palmarum diverſa ab omnibus aliis Præfationibus, quæ in Miſſalibus tam impreſſis, quàm mſs. legitur. p.80.

Præfatio de Sancta Maria Virgine in Placentina Synodo probata, in omnibus Eccleſiis recepta eſt. Præf. p. XL.

Proſæ, Sequentiæ, aliique hujuſmodi Rythmi, quo tempore cœperint. Præf. p. XLII.

S. Proſperi martyris commemoratio cum S. Chryſogono die 24. Novembris. p.294.

Q

DE Quadrageſima, Quinquageſima, Sexageſima, & Septuageſima. p.32.

Cur ita dictæ ſint. p.34.

De Quadrageſimæ, Quinquageſimæ, Sexageſimæ, & Septuageſimæ jejuniorum obſervatione; & cur, & quomodo obſerventur. p.42.

Quadrageſima antiquis temporibus a feria II. initium habebat. p.345.

Jejunia quatuor dierum Dominicam Quadrageſimæ præcedentium proprie ad Quadrageſimam non pertinebant. p. 347.

Digitized by Google

R

Ritus in conſecratione Altaris adhibiti explicantur. p.482.
Ritus Romanæ Eccleſiæ ſciendi cupidus eos, qui ad Eccleſiam Lateranenſem pertinent, præcipue indagare debet. Præfat. p. VI.
Romanus Pontifex, cum Eccleſiæ Catholicæ Caput ſit, in publicis precibus commemorari debet. p. 352.
Romanus Pontifex inferiorum judicio non ſubjacet. p. 339.
Romani Pontificis commemorationem unionis argumentum cum Eccleſia Græca, ejuſque omiſſionem ſchiſmatis ſignum eſſe, ſchiſmatici ipſi fatentur. p.433.
Romani Pontificis commemoratio primis Eccleſiæ ſæculis apud Græcos uſu recepta. p.361. 402.
Romani Pontificis commemorationem ſi quis omitteret, a Catholica communione cenſebatur alienus. p.355.
Romanæ Eccleſiæ libri Liturgici præſertim Baſilicæ Lateranenſis aliis præferendi ſunt. Præf. p.V.
Romanus Pontifex in Miſſa commemorabatur, cum unio inter Latinam, & Græcam Eccleſiam renovabatur. p.397.
Rutheni Epiſcopi in Synodo Zamoſcenſi hoc idem decreverunt. p.445.
Rutheni Epiſcopi conſtituunt, ut Romanus Pontifex in Miſſa ab omnibus Presbyteris commemoretur. p.431.

S

Sabbatum Pentecoſtes in noſtro Miſſali Sabbatum Sanctum nuncupatum. p.128.
Sabbato Sancto legebatur Paſſio Domini ſecundùm Marcum. p.89.
Sabbato Sancto quot lectiones, & orationes recitarentur. p.98.
In lectionibus *Sabbati Sancti*, quæ ordinis ratio ſit ſervata. p.99.
Sabbatum ante Dominicam Palmarum, cur a publica ſtatione vacabat. p.75.
Sabbatis, quibus ſtatio non erat, Romanus Pontifex eleemoſynas diſtribuebat, & aliis Eccleſiaſticis negotiis operam dabat. p.75.
Sancti Sabini Epiſcopi Spoletini acta, Miſſa, & Monaſterium in ejus honorem ædificatum. p.161.
Sacerdotales obſecrationes magnam auctoritatem habent in rebus fidei ſtatuendis. Præf. p.IV.
Schiſmatis indicium erat, ſi nomen Romani Pontificis Dypti-

Digitized by Google

ptichis inſcriptum non eſſet. p.375.
S. Scholaſticæ Miſſa apud Monachos primum uſitata. p.187.
Schiſmatici ad conciliandam ſuæ ſeparationi auctoritatem nomen Papæ in Dyptichis deletum fuiſſe a Majoribus ſuis comminiſcuntur. p.407.
Schiſmatici res adverſas Græco imperio accidiſſe fatentur, quia nomen Papæ deleverunt. p.409.
Sanctorum Sergii,& Bacchi Monaſterium prope Baſilicam Lateranenſem. p.278.
Severini, ejuſque ſucceſſorum nomina a Monothelitis è Dyptichis ejiciuntur. p.401.
Sanctorum dies obitus, dies Natalis vocatur. p.24.
Sanctorum dies Natalis, & octavus, qui octava dicitur, celebrandus eſt. p. ead.

T

SAnctiſſimæ Trinitatis commemorationem alii in octava Pentecoſtes, alii Dominica prima ante Adventum celebrabant. p.157.
Sanctiſſimæ Trinitatis feſtum quo tempore celebrari cœperit Dominicâ primâ poſt Pentecoſtes. p.156.

V

SAnctorum Vincentii,& Anaſtaſii memoria quo tempore recoli primum in Urbe cœperit. p.178.
Sancti Viti Monaſterium & Eccleſia celebris in Urbe. p.216.

FINIS.

11 6. 115

Digitized by Google

Digitized by Google

00567.0003

Digitized by Google